## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

http://books.google.com

# DIONYSII PETAVII AURELIANENSIS E SOCIETATE JESU,

# RATIONARIUM TEMPORUM

IN PARTES DUAS,
Libros tredecim diſtributum.

*In quo ætatum omnium ſacra profanáque hiſtoria Chronologicis probationibus munita ſummatim traditur.*

EDITIO ULTIMA

Nonnullis acceſſionibus auctior facta, & ab Auctore recognita.

PARISIIS,
*Typis Sebaſtiani Mabre-Cramoiſy:*
Apud FLORENTINUM & PETRUM DELAULNE,
in Sorbonâ ſub ſigno Imperatoris.
M. DC. LXXXVIII.
*CUM PRIVILEGIO REGIS.*

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek München

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

# D. LUDOVICO BORBONIO ENGUIENNENSIUM DUCI.

SI ipſa per ſe loqui artes, diſciplinaque poſſent (Illuſtriſſ. Princeps, magnas profectò tibi, ac tuo Parenti, ſummo viro, gratias agerent: nec minùs ſibi de hoc honore gratularentur, quem ſunt ad hanc diem maximum veſtro de ſe judicio conſecutæ.

Eſt enim hoc, quanti vos illas feceritis, illuſtre teſtimonium; quod amplitudinis uterque tantæ, ille te in earum ſinu, ac gremio educari voluerit: tu earundem convictu, & contubernio poſteriores aulæ delicias, & amœnitates duxeris. Hoc eſt,



Digitized by Google

*inquam, prorſus amplum literis noſtris, & magnificum, regia te ſtirpe puerum, & indole ſic illis tractandis aſſueſcere, non vt earum magiſtros ad te domum evoces; aut oblectamenti, & acroamatis adhibeas loco: ſed vt ad illorum ædes vltrò accedas ipſe quotidie: neque in Scholarum officiis obeundis proprium tibi quicquam præter cæteros aſſumas. Quare cùm ſempiternum vobis nomen, ac famam utrique comparatis, tum exemplum huic, & ſequenti ætati ſtatuitis, quanto illas in pretio haberi deinceps oporteat, vt id ex opinione evellatur hominum, quod pleriſque ordinis illius vel palam, vel vſu tacito ac judicio perſuaſum videtur: vt quiſque ſummo loco natus eſt, ita minimum cum otioſis illis, & inertibus ſtudiis habere commercij. Quòd ſi quis jactare audebit in poſterum; non Alexandri M. non Caroli noſtratis; non reliquorum, quos ex antiquitatis memoria proferre ſolemus: ſed recentiore iſto tuo, & Illuſtriſſimi parentis tui facto refelletur. Hoc igitur, vt dixi, nomine quàm-maximas ſe ambobus vobis gratias debere literæ profiterentur, ſi vti ſermone poſſent. tum qui hoc poſſunt, fauto-*

*res illarum, & amantes, prolixè, ac cumulatè facient: & hujus commendationem laudis adjungent ad cæteras, quarum ſegetem, ac materiam olim in Illuſtriſſimo parente tuo confectam habent: in te verò nihilo minorem, & his, quæ præ te fers, generis, naturaque bonis conſentaneam fore confidunt. Quam de te conceptam omnium opinione ſpem ratam exploratámque reddunt tot illa præſtantium, quæ vel id ætatis habes, indicia virtutum. Eſt omninò divinum neſcio quid in vobis principibus; & communi captu altior indoles, quæ vos ſecernit à vulgo; & ad hominum imperia, magnáſque res, & arduas capeſſendas natos eſſe demonſtrat. Atque ut in apum genere ſigna quædam regibus indita ſunt, quibus facilè dignoſcuntur ab reliquis: aut ut Spartorum poſteri, lancea; eburneo humero, Pelopidæ; Seleucidæ, ancora; naturalibus aliis alij notis inſignes erant: ſic eſſe ſolent eximium aliquid in magnis viris, quos ſupra ſortem aliorum non tam conditio generis, quàm omnia gubernantis, ac ſuum cuique deſcribentis ordinem Dei voluntas extollit.*

*Ejuſmodi in te eſſe illa didicimus: pri-*

*mum acre & excellens ingenium; cujus eſt ad omnes capiendas artes tanta celeritas, ut undecimo iam ætatis anno, primas in Eloquentiæ ſchola eruditionis induſtriæque teneas: animus item honeſtæ laudis, ac gloriæ incitatus ſtimulis: crebra cum adverſario de doctrinarum genere omni certamina; neque certaminibus rariores palmæ, ac victoriæ. dum tu quidem æquales inter, omnium rerum, quibus ornari ætas iſta ſolet, principatum obtines; &, ſive Parentis hortatu, ſive tuapte ſponte id aſſequeris, quod cuidam in militiam profecturo principi ſuus apud Homerum pater præcepiſſe legitur,*

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

*ut umbratili hac, & ludrica dimicatione præludas iis triumphis puer, quos matura poſt ætate iuſtis ex hoſtibus, præliiſque reportabis. His, quæ ſplendidiora videntur vulgò, multo accedunt illa potiora flos quidam integritatis, ac nitor, nullis vitiorum maculis oblitus: docilis natura, & ad fingentis arbitrium tenera, & flexibilis: tum candidi mores, & amabiles; atque adverſus omnes, etiam infimos, ſumma lenitas, affabilitáſque ſer-*

*monis: Chriſtiana denique, ſine fuco, pietatis diligens amor, & cultus. Hæc, & ejuſdem modi cætera, magna per ſeſe, tamen in te nonniſi ſemina ſunt, & initia, quibus ad dignum Principe decus tuus ſenſim adoleſcit & perficitur animus.*

*Sed ego laudum hîc tuarum præconium non decrevi facere. Id opus cùm erit, primùm univerſos, quod dicere cœperam, eò conſpirare, nitique ſimul oportebit, qui doctrinarum perſequuntur ſtudia. tum Societatem noſtram neceſſe erit ex omnibus: cuius inſtitutioni tuus te nunquam ſine laude nominandus pater addixit. Quod cùm ageret, unà præclarum obſidem, ac pignus dabat ſingularis de ea exiſtimationis, ac voluntatis ſuæ; & illius in te viciſſim obligabat fidem, ut quibus poſſet rationibus cùm amplificandæ gloriæ tuæ, tum iuvandis, ac provocandis ſtudiis tuis incumberet. Ego itaque, qui, quòd & ex illa Societate ſum, & ingenuis delector artibus, utriuſque lege officij teneri me ſentio, eo ipſo defungendum mihi hoc tibi inſeribendo Opere ſtatui: in quod hiſtoriam omnem ab Orbis initio ad ætatis noſtræ tempora, quanta potui*

*brevitate, diligentiáque contuli. Sic enim commodare primùm me putavi poſſe ſtudiis tuis: quorum præcipua pars in hiſtoria, & antiquitatis ſita eſt ſcientia. Hanc verò non decoram ſolùm principibus, ſed etiam perutilem eſſe, jure perhibent ſapientes viri. ſive quòd civilis ex illa prudentiæ diſciplina petitur; dum ex alienis exemplis, & caſibus, quid in ſuis, vel communibus gerendis rebus tenendum, vitandúmque ſit, addiſcunt homines, nullo ſuo labore, ac periculo, ſive ex tam aſsidua rerum humanarum, fortunæque, quam illic legunt, viciſsitudine, & imperiorum, ac civitatum occaſu, parvi iſta facere conſueſcunt, & in iis tuendis, aut appetendis, modum adhibere cupiditatibus ſuis; atque ad ſolida, conſtantiſque gloriæ fructum, qui ex una virtute, & pietate capitur, conſilia ſua transferre. Hunc uſum hiſtoriæ legendæ vel eſſe præſtantiſsimum, non ſemel admonet gravis imprimis auctor Otho Friſingenſis, præſertim his verbis, quæ in ſecundi libri fine poſuit:* Hæc omnia, *inquit*, nutantium rerum mala (vt ita dixerim) quotidianæ mortalium mortes, ad veram, ac permanentem æter-

Digitized by Google

nitatis vitam nos mittere deberent. *Ejuſmodi tu morum, vitaque fructum, non ſolùm utilius; ſed etiam, quæ tua eſt ingenij bonitas, jucundius, quàm illum ſcientiæ, cognitioniſque, cujus eſt vehemens imprimis amor in pueris ex hoc noſtro libro colliges. Atque hinc poſtremò, de duobus illis erga te officiis, quæ mihi cum univerſa Societate propoſita debere eſſe dixi, conſequens fiet alterum; ut, ſi privatis adhuc nullis tuis, Illuſtrißimi certè tui Parentis in me meritis; tum in noſtram Societatem utriuſque communibus, debitum à me viciſsim honorem, & cultum hac qualicumque nominis tui commendatione perſolvam.*

ILL. C.T.

Addictiſſimus
DION. PETAVIUS
è Societate IESU.

# AD CANDIDUM, ERUDITUMQUE LECTOREM.

NEQUE meram tibi (*erudite Lector*) hiſtoriam hoc in libro, neque porro Chronologiam inſtitui ſcribere. quæ duo quantum diſtent invicem, cùm eſt facilis exiſtimatio; tum in poſterioris partis initio docebitur. Medij eſt ergo generis quod aggredimur; & ex ambobus ita temperatum; ut id ex unoquoque, quo potiſſimùm commendatur, exprimat: quod minus ineſt commodum, eo careat. Habet hoc hiſtoria proprium, uti pleniùs rei geſtæ modum, ordinemque perſcribat; nullis ferè neque probationibus, & argumentis; neque teſtibus, unde ſingulorum annorũ ratio conſtet. Chronologia verò unum illud inquirens, quibus ſignis, & veſtigiis ad annos ſuos, ac tempora res quæque dirigatur, earum ſumma ferè appellatione contenta eſt: ac neque ſingulas diffundit latiùs: nec earum progreſſiones, & exitus cum initiis contexit. Ita non obſcura ſolùm præteritorum cognitio, ſed exilis etiam, & je-

Digitized by Google

juna ſumi ex illa creditur. Nos hîc præcipua, rerum ab exordio, totius hiſtoriæ capita ſic exponimus; ut & paullò uberiùs, ac nitidiùs, quàm Chronologia ſolet, atque hiſtorico penè more, tractemus: & uniuſcujuſque, quantum licet, notemus annos, ac tempora. quæ partim Chronologicis argumentis, partim idoneis auctoribus affirmare ſtuduimus. Huic lucubrationi *Rationarij* nomen fecimus: quo nomine ſummam Imperij Romani, hoc eſt, vectigalium ejus, virium, & copiarum Indiculum ab Auguſto confectum Suetonius appellat. *Suet. in Aug. c.* 28.

Cùm ſit igitur *duplex*, ut cum Phædro loquar, hujus *libelli dos*; ac tum perpetuam ab mundi primordio rerum hiſtoriam; tum rationem *temporis*, id eſt, χρονικὴν ἀπόδειξιν exhibeat: utrumque hîc *paullo* aliter, atque in priori editione, inſtitui tradere. Nam in iſta conjunctim ambo illa iiſdem & libris, & plerumque capitibus exponebantur; ac ſuæ cuique hiſtoriæ ſubjecta erat Chronologica probatio. tùm qui operis in principio poſitus erat liber, & primus in Lectoris incurrebat oculos, meram Chronologiam afferebat; hoc eſt elementa doctrinæ illius, & annorum ſtructuras, computandorúmque temporum præcepta. Quæ omnia etſi facilitate ſumma, quantam capere res ipſa poterat, explicata illic erant: tamen non defuerunt, qui eorum ſe difficultate abſterreri ab illius lectione dicerent: ac malle ſe plena hiſtoriæ ſpatia continenti peragrare curſu; quàm toties ad eas tricas, & ſalebras offendere. Addebant iidem, ne id quidem conſilij fuiſſe, quod in ipſo Operis aditu, qui quadam ſuavitatis, & facilitatis illecebra blādiri, ac Le-

ctorem allicere debeat, Chronologica iſta collocarim; quæ aſperâ fronte, ac tetricâ hiſtoriæ ab ſeſe ſtudioſos arceánt: neque Pindari præcepto paruerim admonentis, *cujuſlibet operis in capite ſplendentem ac renidentem faciem eſſe oportere.* Hæc cùm plerique jactarent; etſi me nondum ſuperioris conſilij pœnitebat, tamen illorum obſequi voluntati, quàm in propoſito perſeverare malui. Quare quidquid ad ſubtilem, & enucleatam rationem temporum attinebat, quod per libros ſingulos diffuſum erat, & cum hiſtoria permiſtum, ſecrevi vnum in locum, ac ſepoſui: totumque hoc Opus in partes duas diſtribui. quarum prior nudam ferè, ac ſimplicem hiſtoriam complectitur, eaque rurſus in Tomos eſt diviſa duos: è quibus alter ab mundi primordio ad Chriſtiana initia proficiſcitur: poſterior inde cœptam hiſtoriam ad noſtra vſque tempora perducit. Secunda pars Chronologicas probationes quatuor libris explicat præcipuorum hiſtoriæ capitum, quæ in priori Parte narrantur. Qua etiam in Parte priori, poſterioris locos ad marginem notamus; ex quibus probationes illæ repetendæ erunt, ſi quem ad iſta diligentiùs inquirenda voluntas induxerit. Ac præter hos Chronologicos locos; nomina inſuper adſcripſimus Auctorum ſingulorum, eorúmque libros, & capita, unde quælibet hiſtoria deſcribitur. Id autem ea cautione fecimus, ut, quoad licuit, quàm vetuſtiſſimos, & illorum vel æquales, vel ſuppares temporum, hoc eſt maximè omnium fide dignos adhiberemus. In quo & iſtud commodum eſt non ſanè prætermittendum, quòd hoc ipſum πάρεργον vice methodi eſſe

poſſit, quam in legenda plenius hiſtoria ſibi quiſque præſcribat. Habebit enim in Scriptorum notulis, quibus paginarum prætexuntur oræ, hiſtoricorum omnium ſeriem, & ordinem, qui temporibus ſingulis accomodantur. Cætera, quæ ex hujus libelli vſu adjumenta capies, tuæ (*Candide Lector*) experientiæ permitto: ne ambitiosè jactare noſtra, pluráque, quàm reipſa peti ex illius tractatione poterunt, polliceri tibi videar.

# INDICULUS AUCTORUM, qui in hoc priore Tomo primæ partis Rationarij Temporum citantur.

## A

*ABen Hezra.*
*Abul. Abulenſis.*
*Abyd. Abydenus apud* Ioſephum.
*Act. Acta Apoſtolorum.*
*Ælianus.*
*Æſchyli* Vita.
*Africanus.*
*Albatenius.*
*Alexan. Alexander Polyhiſtor.*
*Animad. Animadverſiones Petavij ad Epiphanium.*
*Anonymus auctor Argonauticorum.*
*Anonymus auctor Thebaicorum.*
*Anonymus auctor Troicorum.*
*Apollod. Apollodori Bibliotheca.*
*Apollon. Apollonius Rhodius.*
*App. Appianus.*
*Arati Vita.*
*Ariſt. Ariſtoteles.*
*Arria. Arrianus hiſtoricus.*
*Arund. marm. Arundelliana marmora.*
*Aſcon. Aſconius.*
*Athen. Athenæus.*
*Aug. Auguſtinus.*
*Auct. Troic. Auctor Troicorum à Neandro editus.*
*Auct. lib. de prog. Aug. Auctor libri de progenie Auguſti.*

## B

*Ber. Beroſus.*
*Burg. Burgenſis.*

## C

*Cæſ. Cæſar.*
*Can. Math. Canon Mathematicus regum Babylonis.*
*Caſtor apud Euſebium.*
*Cedre. Cedrenus.*
*Cenſor Cenſorinus.*
*Chion ad Matridem.*
*Chryſ. Chryſoſtomus.*
*Cic. Cicero.*
*Clem. Alex. Clemens Alexandrinus.*
*Con. Conon apud* Photium.
*Corn. Nep. Cornelius Nepos.*

Digitized by Google

Cteſ. Cteſias.
Curt. Curtius.
Cyr. con. Iul. Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum.

D

Dan. Danielis liber.
Dares Phrygius.
Demoſth. Demoſtenes.
Deut. Deuteronomium.
Dex. Dexippus in Collectaneis Græcis Scaligeri in Theſauro temporum.
Dyc. Cret. Dyctis Cretenſis.
Diod. Diodorus Siculus.
Diod. Ecl. Diodori Eclogæ.
Diog. Diogenes Laertius.
Dio hiſtoricus.
Dion. Halic. Dionyſius Halicarnaſſenſis.
Diſſert. var. ad Vran. Diſſertationes variæ ad Vranologium.
Doct. Temp. Opus de Doctrina temporum.
Don. Donatus.

E

Epiph. Epiphanius.
Epit. Epitome Livii.
Eratoſthenes.
Eſd. Eſdræ liber.
Evag. Evagrius.
Euripid. Euripides.
Euſ. Chron. Euſebius Chronico.
Euſ. Pont. Euſebius Pontaci.
Euſt. Euſtachius Homeri interpres.
Eut Eutropius.
Excerpta Græca Scaligeri.
Excer. Val. Excerpta Valeſii ex Polybio, Diodoro, &c.
Exo. Exodus.
Ezech. Ezechiel.

F

Flor. Florus.
Fron. Frontinus.

G

Gell. Aulus Gellius 4.
Geminus.
Gen. Geneſis.
Georg. Georgius Monachus.

H

Hal. Halicarnaſſenſis.
Harpoc. Harpocratio.
Heb. Epiſtola Pauli ad Hebræos.
Hegeſ. Hegeſippus.
Herodianus.
Herod. Herodotus.
Hier. Hieremias.
Hieron. Hieronymus.
Hipp. Hipparchus.
Hirt. Hirtius.
Hom. Homerus.
Hyg. Hyginus.

I

Idat. Idatius.
Ioſ. Ioſue.
Ioſeph. Ioſephus.
Iſa. Iſaias.

Iſoc. Iſocrates.
Iud. Iudicum liber.
Iulianus Toletanus.
Iul. Obſe. Iulius Obſequens.
Iuſt. Iuſtinus Hiſtoricus.

L

Lact. Lactantius.
Liv. Livius.
Luc. Lucas Evangeliſta.
Lycophron.
Lyra. Lyranus.

M

Mach. Machabaeorum libri.
Macro. Macrobius.
Man. Manilius.
Aldus Manutius.
Paulus Manutius.
Megaſt. Megaſthenes apud Ioſephum.
Miſcell. Exercit. Miſcellanea Exercitationes ad Iulianum.

N

Neem. Neemiae liber.
Not. ad Iul. Petavij. Notae ad Iulianum.
Num. Numerorum liber.

O

Orig. Rom: liber de Origine Romae:
Oroſ Oroſius.
Ovid. Ovidius.

P

Par. Paralipomenon libri.
Pauſ. Pauſanias.
Philo.
Phlegon.
Phot. Photius.
Pind. Pindarus.
Plato.
Plin. Plinius.
Plut. Plutarchus.
Polyb. Polybius.
Polyb. Ecl. Polybij Eclogae.
Proſper.
Ptol. Ptolemaeus.

R

Reg. Regum libri.
Rup. Rupertus.

S

Salluſt. Salluſtius.
Scal. Scaliger.
Serv. Servius.
Sig. Sigebertus.
Sigon. Sigonius.
Simpl. Comm. Simplicius in Commentariis ad Ariſtotelem.
Solin. Solinus.
Sophoclis Vita.
Steph. Stephanus de Urbibus.
Strabo.
Suet. Suetonius.
Suid. Suidas.

T

Tac. Tacitus.



Digitized by Google

*Tatianus.*
*Tert. Tertullianus.*
*Theocr. Theocritus.*
*Theod. Theodoretus.*
*Theoph. Theophanes.*
*Theophr. Theophraſtus.*
*Thomas Magiſter.*
*Thuc Thucydides.*
*Thucydidis Scholiaſtes.*
*Tob. Tobias.*
*Trogus Pompeius.*
*Tzet. ad Lycoph. Tzetzes ad Lycophronem.*

V

*Val. Max. Valerius Maximus.*
*Varr. Varro.*
*Vell. Velleius Paterculus.*
*Virg. Virgilius.*
*Vita Horatii.*

X

*Xeno. Xenophon.*

Z

*Zoſ. Zoſimus.*

FINIS.

Digitized by Google

## SVMMA PRIVILEGII REGIS *Chriſtianiſſimi.*

CAutum eſt authoritate Regis, ne quis in Regno ejus, aliiſve locis ejus ditioni ſubditis, librum qui ſic inſcribitur, *Dionyſij Petavij è Societate Ieſu, Rationarium Temporum*, quovis caractere aut forma excudere, aut alibi excuſum vendere, aliove quolibet modo diſtrahere poſſit intra viginti annos computandos à die abſolutæ primæ editionis, præter SEBASTIANUM CRAMOISY, Regis Typographum, & Regiæ Typographiæ Gubernatorem. Qui ſecus fecerit, mulcta eſt indicta; prout fuſius in diplomate Regio continetur. Datum Pariſiis die 5. Februarij 1662. Sic Signatum, de mandato Regis, MABOUL.

*Hæc editio, quæ prima eſt à conceſſo Privilegio, abſoluta fuit die 2. Octobris 1672.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# Summa Temporum ab Orbis initio ad ætatem noſtram.

*Annos ab rerum primordio, ad eum, qui Chriſti putatur 1633, numeramus 5616; proindéque ab initio mundi ad æram Chriſtianam, ſive ad eum annum, quo natus vulgo ponitur Chriſtus, computantur anni 3983, ita ut horum extremo communis Natalis inciderit. Hunc annorum numerum per intervalla certa ita partimur.*

1 *Ab exordio mundi ad Diluvium abſolutum anni ſunt* 1656.

2 *Ab eo anno, qui Diluvium proximè ſecutus eſt, ad Abraami quintum & ſeptuageſimum, quo ſtirpem illi pollicitus eſt Deus, anni numerantur* 366.

3 *Ab Anno Abraami 76, ad eum, quo Iſraëlis poſteri ex Ægypto profecti ſunt, anni* 430.

4 *Ab eo, qui proximè ab exitu cœpit Iſraëlitarum, ad tertium Salomonis, ante Templi conditum anni* 519.

5 *Ab quarto Salomonis anno, quo Templi fundamenta jacta ſunt, ad annum Cyri 21, ſive poſtremum Babylonicæ captivitatis, anni ſunt* 474.

6 *Ab ſoluta captivitate ad communem Chriſti natalem, anni ſunt* 538.

*Fiunt ab Orbe condito ad natalem Chriſti anni 3983 ad quos additi 1633, ſummam explent annorum à Mundi conditu 5616.*

RATIO-

# RATIONARII TEMPORUM PARS PRIMA,

## Quæ eſt ἱϛορική.

## LIBER PRIMUS

Annos continens ab orbis initio, ſive annos Per. Jul. 730, ad 3 Salomonis. qui eſt ejuſdem Periodi 3701.

*Quænam primo hoc intervallo, à mundi conditu ad diluvium digna memoria contigerunt: ubi de operibus ſex dierum, déque anno diluvij.*

CAPUT I.

MUNDUM à Deo eſſe factum, ſi non divina perſuaderet auctoritas, ſatis nos ejus per ſeſe contemplatio doceret. Hunc etſi ſummus ille artifex conſtantem partibus ſuis, & abſolutum momento creare potuit, paullatim tamen ſex intervallo dierum elaborare maluit.

Quocirca principio rerum omnium nihil præter terram, terræque circunfuſam aquarum immenſitatem extitit. Aquæ porrò non craſſæ erant, & concretæ, quales modò cernimus: ſed tenues, ac vaporis inſtar & nebulæ totum hoc inane repleverant, quod ſupra terram elementorum cæterorum, ac cæleſtium corporum vaſtitas occu-

A. 730. ad 238 C. P. I. ſpavit. Eas partim aquarum vocabulo, partim Abyſſi declarat Moyſes. quas & initio, nondum exorta luce, tenebris obſitas fuiſſe dicit; & iis Dei incubuiſſe ſpiritum. Ex aqua, terráque, velut materia, reliqua deinde formata ſunt corpora, quæ in ſex dierum opere percenſentur. Quod autem Deum in principio cælum & terram creaſſe Moyſes ait, ea generalis eſt ſententia, quæ id omne complectitur, quod ſex illis diebus effectum eſt, quódque per partes deinceps exponitur.

Gen. 1.

Prima die lucem procreavit Deus; quam aqua, ſive tenuis, & immenſus ille vaporum tractus excepit; nondum Sole producto. Et ut diei, noctiſque ſpatia definiret, eandem lucem nebuloſi illius corporis agitatione circumtulit.

Secuda die firmamentum à Deo fabricatum eſt. quo nomine tam cæleſtia corpora ſignificari credimus, quam aërem, & ætherem: hoc eſt totum id, quod à terra ad extremum uſque mundi patet, & inane vulgò creditur. Quibus fingendis omnibus abyſſus, hoc eſt aquæ in vaporem attenuatæ moles infinita materiam præbuit. Firmamento demùm vis illa eſt indita, ut ſuperiores aquas ab infimis ſepararet: non ut totum ipſum inter ambas medium intercederet; ſed aliqua tantummodo ſui parte, quæ citima terris regio aëris infima dicitur. Hæc enim ut firmamenti pars eſt, hoc eſt inanis illius exporrecti, ſic firmamentum, vel expanſum appellari poteſt. Superiores aquæ, nubes ſunt medio in aëre ſuſpenſæ, è quibus pluviæ gignuntur: inferiores, maria, fluminàque; quæ ſequenti die ortum habuerunt.

Tertia die primùm aquas in unum collegit locum; imò verò totidem in loca, quot maria, & lacus extiterunt. Nam exaggeratis in immenſum montibus, & excavatis alveis, aquarum conceptacula fecit. Exinde retectam humum herbarum, ac ſtirpium viriditate veſtiri, arboréſque juſſit educere.

Quarta die Solem, ac Lunam, Stelláſque collocavit in cælo.

Quinta die piſces & aves ex aqua procreavit.

Sexta demùm hominem finxit è terra, & divini afflatu ſpiritus animavit: cui ab terra Adami nomen impoſuit. Pòſt in hortos amœniſſimos à Deo conſitos novus homo transfertur; quos in Babylonia, vel in hujus & Meſopotamiæ confinio ſitos fuiſſe, juſta ſuſpicio eſt. Non enim alibi Tigris & Euphrates, quos nominatim Moyſes recenſet, alveos committunt. Iis in hortis cùm alias arbores ad uſum hominis, ac voluptatem; tùm inſignes collocavit duas; alteram vitæ, alteram ſcientiæ boni & mali. Prior ab effectu nomen invenit; quòd ei vis ineſſet perpetuæ cum vita fovendæ ſalubritatis, *a* ut Auguſtinus, & Proſper, aliique ſentiunt. Poſterior ab eventu ſic appellata eſt; quòd ejus deguſtato fructu ſtatim intellexerunt, quanto amiſſo bono, quantum in malum incidiſſent, ut eidem *b* Auguſtino videtur, nec non *c* Moſi bar Cephæ in Commentario de Paradiſo. ſive quòd boni, malíque ſcientiam illa ex arbore ſerpens promitteret: ut acutè *d* Rupertus. *Ibi dormientis ex Adami latere detractam* coſtam Deus formavit in feminam; quam illi comparem, & adjutricem dedit. Sed ea quovis hoſte graviorem ipſi perniciem attulit. Ejus quippe blanditiis infractus, oblatum ab illa interdictæ fructum arboris comedit. Cujus ſceleris noxam cùm ipſe præſenti mox pœna luit; tùm deinceps derivavit in poſteros. Igitur beata illa manſione dejectus, cum culpæ ſocia conjuge, in vitæ hujus ærumnas extruditur. Primi deinde mortalium ab illis orti ſunt Cainus & Abelus: quorum ille agricultura, hic paſtione pecorum vitam exercuit. qui & Deo propter integritatem fuit acceptior. Ob id furore ardens, & invidia Cainus innocentem fratrem peremit: & in ultionem parricidij hûc, illúcque vagus oberrans, ſimilem ſui, hoc eſt inviſam Deo, ac rebellem procreavit ſobolem. Idem de Henochi nomine urbem primus inſtituit. Stirpi huic adverſam, hoc eſt piam & religioſam alteram propagavit Sethus, aliquanto poſt Abeli necem Adamo genitus; cujus filius Enos Dei nomen invocare cœpiſſe dicitur, quòd, ut opinio eſt, Dei cultum ab Caini poſteris obliteratum publicè conſtituit,

A 730 P. I. ad 2386. Paradiſus terreſtris. Gen. 2. 14.

*a* Auguſt. 3. Ciu. c. 2. 28. Proſp. 2. de vita Cont. cap. 18.

*b* Aug. 14. Ciu. cap. 17.

*c* Par. 1. c. 19

*d* Rup. 2. de Trin. cap. 27.

Gen. 4.

Gen. 4, 5.

Gen. 4, 6.

Gen. 5, 22.



Digitized by Google

A° 730. P. I. ad 2356. Inter alios memorandus venit Henoch Jaredi filius. quem cùm ob innocentiam adamaſſet Deus, vivum adhuc ex hominum oculis eripuit, nondum legitima ætate confecta. Hujus poſteri, quos filios Dei Scriptura nominat, moribus in deteriora lapſis, cum Caïni gente matrimonia junxerunt. quo ex commercio gigantes procreati ſunt. Tùm in omne flagitiorum effuſi genus mortales, iram in ſe Numinis verterunt; cùm virtute ex hominibus extincta, nihil ei jam moræ poſſet objici. Ergo infenſus Adami poſteris Deus univerſos aquarum eluvione decrevit perdere. Unus è Sethi ſanguine Noëmus ſupererat; qui in fide, ac Dei obſequio perſtabat. Hunc de conſilio ſuo centum & viginti annis antè certiorem facit: ac paucis ex hominum pecudúmque numero ſervandis moliri arcam imperat. Centum totos annos in ea fabricanda Patriarcha poſuit. Quæ trecentos longa cubitos, lata quinquagenos, in altum tricenos aſſurgebat, triplici tabulatorum ordine, in quibus ſuas quibuſque generibus animantium manſiones attribuit. Octo in totum hominum capita; purorum animantium ſeptena; impurorum paria ſingula eo navigio incluſa ſunt, ac diluvij aquis erepta reliqua terrarum omnium eluvione conſumpta ſunt: quam quadraginta dierum continens imber, & effuſi latè gurgites effecerant: ſic ut altiſſimorum juga montium quindecim cubitis unda ſupergreſſa ſit. Annus ab rerum exordio 1656. tunc agebatur, ante Chriſti æram 2329.

Gen. 6.

*Arca Noemi.*

Gen. 7. 2.

Vide Part. 2. lib. 4. cap. 1.

### *Quæ ex ſacra profanáque hiſtoria intervallo iſto geſta memorantur, quod ab anno Periodi Iulianæ 2387 ad 2752 pertinet: ubi de Babelis ædificatione, ortu Abraami, & migratione: Aſſyriorum, Ægyptiorum, Sicyoniorum regnis.*

CAP. II.

Gen. 9.
Ioſephus 1. Ant. c. 4.

EXACTO diluvio, Noëmus ex arca digreſſus, ſacra ritè Deo fecit in montibus Armeniæ; ubi & Arcæ reliquias in longa tempora ſer-

vatas eſſe, prodidêre veteres aliqui. A. 2387. P. I. ad 2732.

Pôſt hæc, verſis ad agriculturam ſtudiis, vitem Noë conſerit: ac vino, cujus vim adhuc neſciebat, paullo largiùs epoto, in ebrietatem, ex eâque in ſomnum ſolutus eſt. quem nudatis verendis indecorè ſtratum in tentorio ludibrio Chamus habuit, fratribúſque monſtravit. hi aversi, retróque gradientes pallium injiciunt. Re pater poſteà comperta, Chami ſtirpem execratus, Japheto, ac Semo bene precatus eſt. Ab his tribus propagatum humanum genus brevi maximum incrementum habuit: ut non una regione capi amplius poſſet. Et videlicet frequentandæ erant orbis terrarum partes reliquæ. In has antequam immigrarent, à ſéque mutuò divellerentur, ingentem turrim in campo Sennaar ædificare placuit, quod commune ſui monimentum poſteris relinquerent. Erat hactenus mortalium omnium eadem lingua. Hanc fruſtrandis illorum conatibus Deus in plures diſtraxit. Ita commercio vocis ablato, *ædificandi* conſilium abjecerunt. Quod ex illa *molitione* reliquum fuit, Babylonis initium feciſſe creditur. Nam *Babel* à linguarum *permiſtione* turris illa nominari cœpit. Hæc ut in ortu ipſo Phaleci, hoc eſt uno ab Diluvio vertente ſæculo, minimè facta putamus: ſic in plura proferre nihil attinet. Alterius ergo ſæculi elapſo jam dimidio, quod oſtendam in ſecunda Parte, perturbatio linguarum, cum populorum, ac regnorum propagatione contigit. Par. 2. lib. 2. cap. 5.

*Abraami ortus.*

Ab Heberis ſtirpe, penes quam uſus cognominis linguæ, & vera religio conſtitit; ortum duxit Abraamus, in ingens pietatis, & obſequij futurus ſpecimen. Pater huic Thare, patria Chaldæa. è qua Dei monitu cum patre profectus in Meſopotamiam eſt ætatis anno 70. ac circiter annis quinque Charris habitavit. Ibi patre relicto, mox, ut juſſus eſt, cum uxore Sarai, & Loto fratris filio migravit in Chananæam, annum agens 75. Tharæi patris anno 145. Vixit deinde, patre ſuperſtite, annis in Chananæa ferè ſexaginta. quibus exactis, anno ipſe vitæ 135, in Meſopotamiam, ac paternam domum abiit. unde Partis 2. lib. 2. cap. 2.



Digitized by Google

A 2387 P. I. ad 2752. Part. 2. liv. 2. cap. 3.

mox, jubente Deo, in Chananæam regreſſus eſt. Sic illa conciliantur, quæ ex Moſis & Actorum hiſtoria ſolent objici.

*Aſſyriorum regnum.*

Poſtquam Noëmi poſteri per orbem terrarum diſſipati ſunt, nationum exinde, ac regnorum diſcrimina cœperunt. Quorum quidem literis prodita ſunt initia, vetuſtiſſimum fuit Aſſyriorum, ſive Chaldæorum, quod in Babylonia primùm exortum, ab ea in Niniven, Aſſyriámque tranſlatum, annis circiter mille, ac trecentis obtinuit. Nam quæ de Arabum & Chaldæorum antiquioribus regnis ex Africano commemorantur ab Euſebio, ea fabulæ, quàm vero propiora ſunt.

*Belus ſive Nembroth.*

Primus in regnum Aſſyriorum ſerie Belus ponitur: qui Babylone regnavit, ejúſque conditor habetur à profanis auctoribus. ex quo idem videtur eſſe, qui in ſacris litteris Nembroth dicitur. Huic, cùm quinque & ſexaginta imperaſſet annos, ſucceſſit Ninus: à quo condita Ninive; eóque ſedes tranſlata regni, quod deinceps ab

*Ninus.*

Diod. 8. Iuſt. 2.

Aſſyriis nomen accepit. Supra hunc profana hiſtoria non aſſurgit. Ac primus proferendi imperij cupiditate bella cum exteris feciſſe fertur. Aſiâ ſubactâ, poſtremò Bactrianos cum eorum rege Zoroaſtre domuit. Inde Semiramide in conjugium adſcita, ex eáque ſuſcepto filio Ninya, moritur poſt annos, quàm regnare cœperat duos & quinquaginta.

*Semiramis.*

Semiramis impubere filio circumſcripto, regnum artibus intervertit, quod duobus & quadraginta annis obtinuit. *a* Græcorum annales exſtructam & ab ea Babylonem aſſerunt. Veriùs amplificatam dixeris, mirabili mœnium ambitu cinctam. quorum circuitus *b* quadringenta & octoginta ſtadia colligebat. Aſiam præterea, Mediam, Perſidem, Ægyptum, Libyam, & Æthiopiam: demùm Indiam cum exercitu aditam ab illa, vaſtatámque memorant. Ad ultimum libidinoſa mulier filium ad inceſtum provocans, ab eo necatur anno regni 42. Semiramidis anno 23. Abraamus oritur, non, ut falsò perſuaſit Euſebius, Nini 43.

*a* Diod. 2. Iuſt. 1. Euſeb. Chr.

*b* Herod. 2.

*Ninyas.*

Ninyas interempta matre, regnum, quod à

parentibus ampliſſimum acceperat, per ſummam ſocordiam tenuit; ac per præfectos omnia gerens, raróque conſpectus, inter pellicum greges conſenuit. Quod inſtitutum ſequentes deinde reges amplexi ſunt. qui nulla re inſignes, ac vix nomine ipſo poſteris noti, tres ſupra triginta recenſentur in Euſebij Chronico. quaternos amplius numerat Africanus: & imperij totius intervallum juſto longius facit. quod, ut ſuprà demonſtravi, annis 1300 circunſcribitur.

A. 2387. P. I. ad 2731.

Per idem tempus, quo Aſſyriorum regnum primordium habuit, alibi quoque regna conſtituta ſunt; præſertim Ægyptiorum, & Sicyoniorum. Sed illorum origines fabularum licentia corrupit. Sicyone duodecim ferè poſt Aſſyriorum initium annis fundatum eſt imperium, anno ante Chriſtum 2164, ac mille propemodum perſeveravit annis.

Lib. 9. de Doctrina Temp. 15.

*Ægyptiorum dynaſtia fabuloſa.*

## *Summa hiſtoriæ ſacræ ſpatio illo comprehenſa, quod ab anno Periodi Iulianæ 2753 ad 3185 interceſſit: ubi de Abraami, Iſaaci, Iacobi geſtis, & hujus poſteris: tum de Iobo.*

CAP. III.

*Abraami geſta.*

ABRAAMI, & hujus poſterorum variæ peregrinationes, réſque ab iis geſtæ continentur hoc annorum ſpatio. Abraamus fame urgente, anno ferè, quàm in Chananæam primò tranſierat, *a* Ægyptum petiit. ubi ab regis libidine Saram ejus conjugem tutatus eſt Deus. *b* Inde reverſus in Chananæam ab Loto fratris filio divellitur; quem è Meſopotamia profectionis comitem, & hactenus contubernalem habuerat. Is Sodomis domicilium optavit: Abraamus Hebrone, ad convallem Mambre.

*a* Gen. 12. 1.

*b* Gen. 13.

*c* Secutum eſt bellum, quo à Codorlahomere, tribuſque ſociis regibus, victis aliis quinque toparchis, è quibus Sodomæ, Gomorrhæque reges erant, ac direptis oppidis; pars prædæ fuit Lotus, cum familia, fortuníſque omnibus. Sed re audita, victoribus ex improviſo ſupervenit Abraamus; iiſque per intempeſtam noctem fuſis, ac

*c* Gen. 14.



Digitized by Google

A. 2753. P. I. ad 3183.
fugatis, ſalva omnia cum Loto ſuo recuperavit. Redeuntem xeniis, ac panis & vini myſtica oblatione Melchiſedecus excepit rex Salem. hæc eſt Hieroſolyma, viciſſímque manubiarum primitiis ab Abraamo donatus eſt.

a Gen. 16, 3.
Poſt *a* annos decem, quàm habitare Chananæam cœperat Abraamus, Sara ſterilem ſe videns, Hagarem ancillam Ægyptiam viro ſuo permiſit. Ea gravida cùm dominam ſperneret, ab ea malè habita fugit in deſertum. *b* ſed Angeli monitu reverſa, Iſmaëlem Abraamo peperit annum agenti 86.

b Gen. 16, 16

c Gen. 17, 1.
*c* Undecenteſimo ætatis anno Patriarcha, ex fœdere, quo cum Deo percuſſit, cum omni familia, & Iſmaële 13. vel 14. annos circiter nato circunciſus eſt.

d Gen. 18, & 19. Sodomorum conflagratio.
*d* Idem annus Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, ac Seboim exitialis fuit. quæ oppida propter execranda flagitia, ac præpoſteram libidinem, pice, ac ſulphure animata cœleſtis flamma conſumpſit. Quo ex incendio ereptus ab Angelis Lotus, amiſſa conjuge, quæ contra vetitum poſt ſe reſpectans, in ſtatuam ſalis eſt mutata, primùm in urbem Segor, quam imminenti cladi precibus exemit: inde vicinum in collem ſubiit. ubi per noctem, & ebrietatem filias inceſto polluit. Hinc orti ſunt Moab, & Ammon; à quibus totidem propagati ſunt populi.

e Gen. 17, 17. & cap. 21, 5.
*e* Centeſimum annum agens Abraamus Iſaacum de Sara conjuge nonagenaria ſuſtulit anno ante Chriſtum 1936, ac tam illius, quàm Dei monitu, poſt annos aliquot, Agarem cum Iſmaële filio domo expulit. Iſaacus virili jam ætate, hoc eſt anno, ut putat *f* Joſephus, quinto & viceſimo, à patre immolandus ſiſtitur in monte Moria. Mox ejuſdem, à quo mactari juſſus erat, Dei imperio liberatus, poſt Saræ matris obitum, quæ *g* anno 127 exeſſit è vita, *h* Rebeccam duxit Bathuele natam, Nachoris filio, fratris Abraami. Erat tùm Iſaacus *i* annos natus 40. *k* Interim Abraamus Cethura in matrimonium ſumpta ſex filiis auctus eſt. *l* Iſaacus ſexagenarius conjugis ſterilitate precibus diſcuſſa, geminos ex ea ſuſcepit, Eſau, & Jacobum, anno ante Chriſtum,

f Ioſephi. Orig. cap. 14.

g Gen. 23, 1.
h Gen. 24.
i Gen. 25, 20.
k Gen. 25.
l Gen. 25, 16

Digitized by Google

A. 2753. P. I. ad 2153.

1876. *a* Abraamus poſtea moritur vitæ anno 175. ante Chriſtum 1862.

Pòſt Iſaacus *b* variis peregrinationibus, & incommodis exercitus, grandioribus jam filiis, hoc eſt 77. annum agentibus, 137. numerans ipſe, (ut ex Joſephi, & Jacobi, cùm in Ægyptum venit, ætate, & hujus apud Labanum manſione deducitur.) Eſau filio bene precaturus, venatu prius ab illo parari ſibi epulas jubet. ſed hortante matre, furtim obrepens Jacob paternam benedictionem intervertit. Mox fratris inſidias veritus *c* in Meſopotamiam ad Labanum avunculum fugit. Quo in itinere oblata ſibi per quietem Dei ſummis ſcalis incumbentibus ſpecie, ac promiſſis animatus eſt. Cùm autem Labano ſeptennem operam in paſcendis pecoribus locaſſet, non antè pactam ab eo Rachelem abſtulit, quàm majoris ſororis Liæ nuptiis per fraudem implicatus eſt anno ætatis ferè 84. P. I. 2921. Ex his, & earum ancillis duabus, Bala, & Zelpha, nati ſunt Jacobo liberi duodecim. *Ex Lia* 7. Ruben, Simeon, Levi, Juda, Iſſachar, Zabulon, cum Dina filia. Ex Rachele, 2. Joſephus, & Benjamin, *d E Bala*, 2. Dan, Nephtali. E Zelpha 2. Gad, Aſer. ſiunt mares 12. cum filia unica. Viginti apud Labanum annis expletis, Jacob in Chananæam rediit *e* anno vitæ circiter nonageſimo ſeptimo, ac variis in locis tentoria poſuit. Præſertim apud Sochotha; & ad Salem Sichimorum oppidum. ubi *f* poſt annos decem, quàm è Meſopotamia redierat, Dina ejus filia ab Sichemo Hemoris reguli filio vim eſt paſſa: quam injuriam uterini illius fratres, Simeon & Levi Sichimitarum internecione, & urbis direptione ſunt ulti. Profectus inde Jacob Bethelem abiit, novum jam adeptus Iſraëlis nomen *g* quod ei ad patrem è Meſopotamia redeunti Angelus, quo cum luctatus erat, monimentum fortitudinis impoſuit. *h* Rachel Benjaminum pariens obiit, cùm annos expleſſet Joſephus *i* ſedecim, & decimum ſeptimum iniiſſet. Qui pòſt paulò per invidiam à fratribus diſtractus, & in Ægyptum deductus, ab Putiphare præpoſito cubiculariorum Pharaonis regis emptus eſt. Apud

*a* Gen. 25, 7

*b* Gen. 16. & ſeq.

*c* Gen. 29.

*d* Gen. 30

*e* A. C. 1780.

*f* Alexand. Polyb. apud Euſeb. 9. Præp. p. 247.

*g* Gen. 32. 28.

*h* Gen. 35, 12

*i* Gen. 37, 2, & deinceps.

A. 2553 P. I. ad 3183.

hunc eum adoleviſſet, ab ejus conjuge fruſtra ſolicitatus ad ſtuprum, ejuſdem falſa delatione fidei & innocentiæ pœnas luit triennali carcere. Unde ad interpretandum Regis ſomnium eductus, cùm imminentem fertilitatem annorum ſeptem, ac totidem ſterilitatem præſagiiſſet; toti Ægypto præficitur. Eò demum *a* Jacobus, hortatu filij, cum familia, & fortunis omnibus, graſſante jam tertium annum fame, proficiſcitur anno ante Chriſtum 1747, annum agens *b* 130, qui erat Joſephi quadrageſimus. Vixit in Ægypto Jacob annis omnino 17. Eo mortuo, corpus in Palæſtinam, ut optaverat, delatum, & in parentum ſuorum ſepulcro conditum eſt.

*c* Joſephus anno vitæ expleto 110, mundi 2308 moritur, qui 71 circiter fuit, ex quo Jacob in Ægyptum immigrarat. Secundùm hæc Jacobi ſobole majora in dies incrementa capiente, *d* Ægyptiorum Rex quâ invidia, quâ metu, ne deficerent, paullatim accidere illorum genus inſtituit. Itaque necari, præter feminas, quidquid deinde ſtirpis naſceretur jubet, aut in profluentem abjici. Ita *e* Moyſes ad flumen expoſitus, à Pharaonis filia tollitur, & in aula ad ſpem regni capeſſendi alitur. Hic Amrami filius, Caathi nepos, Levi pronepos, Maria ſorore, & Aarone fratre junior fuit. *f* Annos natus quadraginta, gentiles ſuos inviſens, Ægyptium quendam, à quo Hebræus pulſabatur, occidit. Neque hoc rege clam fuit. Itaque pœnam metuens in Madianitidem fugit Moyſes. ubi Jethro ſacerdotis filiam Sephoram duxit.

*g* Anno ætatis octogeſimo Moyſes, dum ad montem Oreb, qui & Sinai dictus eſt, greges paſceret, ex flagrante rubo divinis animatus oraculis, in Ægyptum ad ſuos revertitur.

Eodem intervallo Jobum admirabile patientiæ, ac fortitudinis exemplum extitiſſe probabile eſt. *h* Quem ex Eſaü ſtirpe deſcendiſſe cum pleriſque veterum arbitramur. Hujus ex veriſimili conjecturà ſic annos ordinamus. Natus eſt Zara nepote Eſaü ſub annum ante migrationem Iſraëlitarum ducenteſimum triceſimum ſecundum, ante Chriſtum 1763. Idem anno vitæ

*a* Gen. 47.
*b* Gen. 47, 9.
*c* Gen. 50, 25.
*d* Exod. 1.
*e* Exod. 2.
*f* Act. 7, 30.
*g* Exod. 3, & 4.
Iob.
*h* Euſeb. 1. de Dem. cap. 4. Epiph. Chryſ. Hom. 2. de Iob. Auguſt. 18. Civ. cap. 47.

Digitized by Google

quinquageſimo permiſſus Satanæ, variis calamitatibus anno uno conflictatus eſt. Quibus perfunctus vixit deinde annos 139, ac mortuus eſt ætatis anno 189, *a* ante migrationem ex Ægypto 45.

A. 2753. P. I. ad 3183.

*a* A. C. 1575.

## *De Argivorum regno, Inachi poſteris, & Ogygis diluvio, Prometheo, & Athenienſium regno.*

CAP. IV. *Argivorum regni initi.*

SEXTO anno poſt Abraami obitum, ante Chriſti æram 1857, Argis in Poloponneſo novum regnum auctore cœpit Inacho. quem veteres plerique Moſis æqualem fecerunt: ſed aliquot ſæculis illo fuiſſe ſuperiorem, fidem facit Euſebius. Nos annum, antequam ex Ægypto migrarent Iſraëlitæ, 327 illius regni finimus exordio. Poſt Inachum ſedes Argis perſeveravit imperij annis 546, ſub regibus tredecim. è quibus novem priores, ad Gelanorem uſque, Inachidæ vocantur, quod ab Inacho recta ſerie deſcendant. Gelanore ab Argivis expulſo, horum conſenſu regnum Danaus occupavit, ex Ægypto advena, & ab Inacho ipſe ſtirpis originem trahens. quippe Beli filius, Epaphi, quem Io Inachi filia Jovi peperit, pronepos fuiſſe dicitur. Ab Danao quattuor itidem Argis ſedem habuêre regni, ad Acriſium uſque. quo per imprudentiam ab nepote occiſo Perſeo, Mycenas hic tranſtulit regnum. cujus è ſanguine poſtremus fuit Euryſtheus. Eo ab Heraclidis interfecto, Pelopidæ rerum potiti ſunt numero ſex. quorum ultimi reges fuere Tiſamenus & Penthilus Oreſte geniti. Mycenis porro regnatum eſt annis 210. In totum ab Inacho, 756 uſque ad annum 80. poſt excidium Trojanum. Quæ omniá ſub conſpectum ſimul hîc data, ſuis intervallis poſteà reddentur. Hoc quidem, quod Iſraëlitarum ex Ægypto profectione terminatur, hæc ferè contigerunt.

Par. 2. lib. 2. cap. 3.

Caſtor apud Euſeb.

*Phoroneus.*

Phoroneus *b* Inachi, & Meliſſæ Oceaninæ filius *c* rudes adhuc homines & ſparſos oppidis legibúſque muniit, ac totam, ſi *d* Appollodoro credimus, ſub ditione ſua Poloponneſum habuit.

*b* Apollod. & Euſeb.
*c* Pauſ. Cor. p. 58.
*d* Inis. lib. 2.



Digitized by Google

A. 2753. P. I. ad 3183.

*a* Apollod. 2.

*a* Hujus filius Apis, à quo Apia dicta, quæ poſtea Peloponneſus, ob mutatum in tyrannidem regnum inviſus ſuis, ab Thelxione, & Thelchine ex inſidiis opprimitur, nulla relicta prole; *b* ac poſt mortem in Ægypto divinis conſecratus eſt honoribus. Quin & *c* Inachi filiam Io in Ægyptum pervectam memorant, *d* ibidem pro Dea habitam eſſe, ac nominatam Iſidem. Verùm Pauſanias recentiori id alteri tribuit Jaſo Triopæ filio genitæ, quod & mihi vero ſimilius videtur.

*b* Euſeb. & August. 18, Civit. cap. 6.

*c* Herod. 1.

*d* Euſeb.

Sub eodem Phoroneo Ogyges in Attica regnabat: cujus tempore magnum ibi diluvium accidit, quod Ogygium vocant. *e* Id Olympiadem primam mille ac viginti annis anteceſſiſſe proditum eſt ab Acuſilao. qua ratione Chriſtianam æram præceſſerit annis 1796, quintoq; ab Iſaaci morte anno contigerit. *f* Quanquam alij duobus circiter ac viginti annis tardius referant.

*e* Excerpt. Scal. Græca p. 363.

*f* Vide cap. 5, lib. 2, part. 2.

Apride regnante Spartam conditam affirmat Euſebius.

*g* Septimi Argivorum regis ætate Triopæ, ac Cecrope in Attica regnante, Prometheus Iapeti filius, ejuſque frater Atlas, ambo aſtrologiæ ſcientia nobiles, ſed fictis Poëtarum fabulis nobiliores extiterunt. quod tempus ſub diſceſſum ex Ægypto Hebræorum incidit. *h* Siquidem Triopas anno cœpit ante Chriſtum 1557, tertio & viceſimo priuſquam Dei populus emigraret: cùm jam ante annos aliquot Athenis Cecrops regnum inchoaſſet. quod initium æra Chriſtiana prius eſſe annis 1558 ponit Euſebius, Arundelliana marmora tribus & viginti circiter anteverterunt. Ægyptium hunc fuiſſe docent *i* veteres: & quod Ægyptiacam linguam Græcámque calleret, Διφυῆ nominatum. Ab hoc reges in Euſebij Chronico recenſentur numero 17, quorum poſtremus fuit Codrus. Secuti ſunt Prætores perpetui numero 13. deinde decennales ſeptem. demum annui conſtituti ſunt. quæ quibus temporibus geſta ſint, ſuis locis explicabimus.

*g* Tatianus.

*h* Vide loc. cit. par. 2.

*Atheniensium regnum.*

*i* Afric. in exerc. Scal. p. 365, & Euſ.

A. 3134. P. 1. ad 3761.

## *De his, quæ poſt migrationem ex Ægypto primis 46. annis memoria digna contigerunt Iſraëlitico populo.*

CAP. V.

MOYSES octogeſimo ætatis anno, quod de Iſraëlitis ab Ægyptiaca tyrannide liberandis mandatum ſibi erat, aggreſſus eſt exequi. *b* Commeatu ab Pharaone Rege fruſtrà petito, multiplicibus prodigiis, & calamitatibus adeò perterruit Ægyptios, ut cùm *c* poſtremò qui primi in quaque illorum familia geniti erant, ab Angelo nocte occiſi forent, eâdem ipſa egredi permitterentur Hebræi. Quod antequam facerent, ſollemni agni epulo Paſcha dedicarunt. Is dies feſtus ad æternam partæ illo die libertatis memoriam deinceps inſtitutus eſt. *d* Prima illa nox ea fuiſſe videtur, quæ inter Aprilis diem ſecundum ac tertium interceſſit: *e* Cenſa ſunt Iſraëlitici nominis peditum duntaxat virorum milia ſexcenta. *f* Fugientem populum mox inſecutus eſt Pharao. Sed Moyſes interrupto mari rubro viam ſuis aperuit: quam dum terga premens illorum Ægyptius ingreditur, eâdem, quâ diductum erat, virgâ percuſſum mare coiit, ac trepidantes involvit hoſtes. Ita trans ſinum Arabicum evadentes Iſraëlitæ *g*, menſe tertio, qui eſt Sivuan, legem à Deo conditam accipiunt, qua ſacra, profanáque populi jura conſtituta ſunt.

Multis deinde ſtationibus confectis *h*, anno altero, quàm egreſſi erant, ineunte, Aprilis circiter 8 die, Moyſes tabernaculum erexit; Aaronem Pontificem; filios ejus Sacerdotes inſtituit. At ingratus adverſus tot beneficia Dei populus, cùm & de cœlo ad eos alendos continuè Manna plueret *i*, & interdum coturnicibus immiſſis, etiam delicias indulſiſſet, jurgari, ac Deum, Moyſémque provocare non deſtitit. *k* Miſſi denuum à Moyſe in Chananæam exploratores decem, qui poſt dies 40 reverſi, cùm terrore ac diffidentia populi animos impleſſent, fruſtrà

*a* Ante Chr. 1531.
*b* Exod. 5, 6, & ſeq.
*c* Exod. 12.
*d* Lib. 9. de Doct. Tem. c. 24.
*e* Exod. 14.
*f* Exod. 14.
*g* Exod. 16.
*h* Exod. ult. 15.
*i* Num. 16.
*k* Num. 13.

Digitized by Google

A. 3184 P. I. ad 3701.

obnitentibus Joſue, & Calebo, qui & ipſi exploratum iverant, rem ad ſeditionem vocarunt.

a Num. 14.

a Ob id Chananææ terræ aditu prohibiti, ac retrò per Arabiæ deſerta circumducti ſunt: donec rebelles omnes ſuo quiſque fato conſumpti ſunt; duobus ſolis è tanta multitudine, qui in fide manſerant, relictis, Joſue & Calebo. Ergo undequadraginta circiter annis in illa ſolitudine Nomadum more vagati ſunt. Qua in peregrinatione perpetuæ in Deum, Moſémque contumaciæ graves pœnas dederunt. b Imprimis Core, Datan & Abiron nefariæ defectionis auctores, ſubitò dehiſcente terra, cum ſuis familiis abſorpti: ac 250. ex ea factione tus adolentes, cæleſti flamma deuſti ſunt: eodémque mox incendio correpta milia quatuordecim, ac ſeptingenti cæteris exemplo fuerunt. Complures quoque diuturni erroris tædio Moſi obtrectantes, igneorum morſibus anguium extincti ſunt. c Cæteris, ne eandem necem incurrerent, Moyſes ænea ſerpentis effigie ſublata conſuluit. Hæc anno ab exitu quadrageſimo geſta ſunt. Quo d Aaroni ſummo Sacerdoti mortuo ſuffectus eſt ejus filius Eleazarus. Seone poſt hæc Amorrhæorum, & Ogo Baſanis rege devictis, Balac Moabitarum rex, adjunctis ſibi Madianitis, non tam aperto Marte, quàm artibus Hebræos oppugnavit, conducto ad execrandum ariolo Balaamo. Sed in fauſtam precationem divinitus verſis ejus carminibus; eleganti ſpecie puellas, eodem hortante Balaamo, rex Iſraëlitis obtulit; ut eos illecebra caperet. e Quo tempore Phinees Eleazari filius pietate in Deum ardens, principem virum unà cum ſcorto ſub omnium confodit oculis, eoque facto perpetuum ſibi ſacerdotij decus, populo delicti illius gratiam impetravit.

b Num. 16.

c Num. 21.

d Num. 20.

e Num. 25.

f Deut. 34.

f Anno ab exitu quadrageſimo, menſe undecimo exeunte, Moyſes in monte Nebo, qui è Moabitidis campeſtribus aſſurgit, diem obiit, g anno ætatis 120. Huic ſuffectus eſt Joſue filius Nun, è tribu Ephraim: qui populum, ſiccato Jordanis alveo, in Chananæum traduxit h decima die menſis primi, qui eſt Niſan, quæ in Aprilis 6 incidit. Exinde arma circumferens, oppida

g Ante Christ. 1492.

h Iosue 4, 19.

quampluſrima cum eorum incolis ferro, flammíſque conſumpſit, *a* ab Hierichunte orſus: cujus orbis mœnia, circumlata ſeptem diebus Arca, ad extremum clangore buccinarum, ac vociferatione militum in plana ſubduxit. *b* Quinque regulos Gabaonem, quæ Hebræis deditionem fecerat, oppugnantes repente irruens in fugam egit. ad quos perſequendos, penitúſque delendos, quo plus haberet ſpatij, Solem, Lunámque diei unius intervallo juſſit conſiſtere. Denique *c* uno & triginta debellatis regibus, ac ſex totis annis majori ſubacta Palæſtinæ parte, eam Hebræorum diviſit in tribus circa annum ante Chriſtum 1486.

A. 3184 P. I. ad 3701.
*a* Ioſ. 9.
*b* Ioſ. 10.
*c* Ioſ. 11.

## *Reliqua ſacra hiſtoria ad Templi conditum; quibus tam Iudicum geſta, quam Saülis, ac Davidis, & Salomonis continentur.*

JOSUE poſt annos à Moyſis obitu quatuordecim vita functo, ætatis *d* 110, ſeniores rempublicam adminiſtrarunt annis circiter decem: quibus deinceps reliqui ſucceſſerunt eo ordine, ac tempore, quæ in parte hujus operis altera propoſuimus. Res autem à ſingulis, vel ſub eorum præfectura geſtas uberiùs exequi inſtituta hoc in opere brevitas vetat. Quare paucis illis contenti erimus. *e* Subinde poſt obitum Joſue, Judæ tribus Adonizebecum regem Chananæum vicit prælio, & in fuga comprehenſo manuum, ac pedum extrema præcidit, pari in eum divinitus conſtituto ſupplicio, ac ſeptuaginta ante reges effecerat. Aliæ poſtea tribus civitates alias partim ceperunt, partim ſtipendiarias fecerunt: non ſine offenſione numinis, à quo omnis cum illa gente conditio prorſus erat interdicta.

CAP. VI. *Ioſue.*
Vid. Par. 2. lib. 2. cap. 6.
*d* Ioſue ult.
*e* Iud. 1.

Michæ, ac Danitarum hiſtoria, quæ Jud. 18. perſcribitur, ſub illis Senioribus, qui Joſue ſucceſſerunt, accidiſſe videtur; cùm Jonathan Moyſis nepos, ejúſque filij Sacerdotes à Danitis electi eodem loco dicantur. *Michas.*

Per idem tempus bellum quoque civile conflatum eſt ob ſtupro violatam à Gabaonitis, qui *Gabaonitæ.*

A. 3184. P. I. ad 3701. de tribu Benjamin erant, Levitæ conjugem. Quod flagitium reliquæ tribus acerrimè vindicarunt; Benjaminitis, qui pro tribulibus ſuis in armis ſtabant, propè occidione cæſis tertio prælio, cum duobus antè victores in acie fuiſſent. Id eo, qui dixi, tempore contigiſſe fidem facit *a* quod Phinees Eleazari filius, Aaronis nepos, ſacris tum præfuiſſe legitur.

*a* Ioſ. 20, 21.

Extinctis ſenioribus illis, qui utcumque Dei populum auctoritate ſua continebant, patria deſtituta religione, *b* & ipſe à Deo deſtitutus, ab Chuſano Meſopotamiæ rege octo annorum ſervitute premitur: ut cujus ſecundis ſuis rebus obliti erant, per adverſa meminiſſent Dei. Reſipiſcentibus vindex, aſſertórque datus eſt Othoniel anno ante Chr. 1459. qui oppreſſo Chuſano partam populo ſuo libertatem annis 40. moderatus eſt. Eo vita functo pari ad nefariam ſuperſtitionem, & ſervitutem gradu rediêre. Hanc enim ſub Eglone Maobitarum rege annis duodeviginti pertulerunt: donec anno Periodi Iul. 3313. Eglone ſublato lucem rebus attulit Aodis Judicis virtus; qui longiſſimo tempore, annis ſcilicet 80. præfuit.

*b* Iud. 3.

Anno ante Chriſtum 1301. *c* Iſraëlitæ poſtquam ab Jabino Chananæorum Rege viginti annis oppreſſi ſunt, reconciliato ſibi numine, jugum excutiunt. Victoriæ partæque libertatis artifices fuêre mulieres duæ, Debora Prophetiſſa; quæ Baracum Nephthalitam ad bellum capeſſendum acuit: & Jahel, quæ Siſaram ex acie profugum tabernaculo excepit, ac ſopitum impacto per tempora clavo trucidavit.

*c* Iud. 4, & 5. *Iab.n.* *Debora.*

*d* Mortua Debora: rurſus in priſtina ſcelera, cultúſque dæmonum Hebræi relapſi ſunt. Ob id Madianitis in ſervitutem traditi, quibus cùm annos ſeptem ſerviiſſent, anno mundi 2730. *e* per Godeonem in libertatem aſſeruntur. Qui júſſu Dei trecentis omninò delectis, eos tubis ac fictilibus laguncuIis inſtruxit. Producti in aciem, cùm lagenas, quibus faces erant incluſæ; comploſiſſent, & eodem omnes tempore tubis ceciniſſent, territi hoſtes mutuam in cædem ruerunt.

*d* Iud. 6, & 7.
*e* Ante Chriſt. 1254. *Gedeon.*

Digitized by Google

*a* Gedeone poſt annos 40. mortuo, tyrannidem occupat Abimelech ejus filius, Sichimitarum opibus adjutus. qui regnum per nefas partum firmare parricidiis aggreſſus, 70. fratres ſuos crudeliſſimè mactavit: ipſéque trienno per ſummam impotentiam, ac ſævitiam exacto; poſtremò dum Thebes oppido capto, turrim illius obſidet, atque incautius ſubit, ſaxo ab muliere capiti ejus illiſo, armigero ſe jugulandum præbuit. A. 3:34. P. I. ad 3701. *a* Iud. 8.

*b* Interjectis aliquot Judicibus, qui nihil dignum memoria geſſerunt, illuſtris habitus eſt Jephte, vir ut obſcuro genere, (nam ſcorto natus eſt) ita ſtrenuus, ac manu promptus, quem çum latronum turba vagantem Iſraëlitæ, qui Galaaditidem incolebant, Ammonitarum oppreſſi jugo ducem ſibi ſumpſerunt. Hic cum hoſte pugnaturus vovit ſe quidquid domum ſibi poſt victoriam redeunti ex ea primùm occurriſſet, Deo immolaturum. Damnatus voti, quam primam in occurſum habuit, unicam filiam mactavit. Id evenit anno ante Chriſtum 1166, duodeviginti circiter poſt Trojanum excidium; decem amplius poſt interfectam ſimiliter ab Agamemnone filiam. niſi hæc fabula potiùs eſt ad veræ illius hiſtoriæ conficta ſpeciem. *b* Iud. 11. *Jephte.*

*c* Anno ante Chriſtum 1135 judiciariam functionem iniit Samſon, heroica vir fortitudine, ad Palæſtinorum comprimendam tyrannidem à Deo ſubmiſſus. *d* Natus hic matre ſterili, Deóque conſecratus ex utero, comam ex *e* Nazaræorum lege, promiſſam habuit: indéque tantum ei divinitus roboris datum eſt, ut obvium in itinere leonem, quaſi hœdum manu diſcerperet. Uxorem è Palæſtinorum gente duxit, quæ cum, eo abſente, collocata eſſet alteri; hac offenſus injuria, graſſari in illos hoſtili more ſtatuit. *f* Trecentis primùm captis vulpibus, & ad earum caudas invicem junctas illigatis facibus, ſuccenſiſque, cùm eas dimiſiſſet, latè per maturas ad meſſem ſegetes incendium ſparſit. Hinc à Palæſtinis poſtulatus ad ſupplicium, & ab Hebræis qui tum illorum imperio tenebantur, deditus, ruptis repente vinculis, arrepta quæ fortè jace- *c* Iud. 14, & ſeq. *Samſon.* *d* Iud. 14. *e* Ibid. *f* Iud. 15.

A. 1384 ad 3701. Iud. 16. P. I. bat, aſini maxilla, mille hoſtium mactavit. *a* Quin & Gazæ occluſis portis interceptus, earum unam cum clauſtris ac poſtibus revulſam, humeris comportavit in propinqui montis verticem. Poſt hæc, & ſimilia inauditi roboris exempla, mulierculæ captus illecebris, & ab ea Palæſtinis proditus; inde excæcatus, & ad ludibrium productus: concuſſis utraque manu columnis, quibus ea domus ſuſtinebatur, in quam frequentes proceres ad epulas, ac ſpectaculum confluxerant, eâdem ſe & illos ruinâ ſepeliit, anno viceſimo quàm Judex eſſe cœperat.

*b* 1. Reg. cap. 1. & ſeq. *Heli*. Lib. 2. cap. 6, part. 1.

Mortuo Samſone circa annum ante Chriſtum 1115, *b* Heli pontifex judicis titulo populum gubernavit annis viginti. Nam priores totidem cum Samſone communes habuit, ut alio loco ex inſtituto docuit. Utroque rempublicam adminiſtrante, hoc eſt anno Samſonis ſecundo, ante Chriſtum 1134, natus videtur Samuel, patre Elcana, ex poſteris Caath, Leviticæ tribus: uti *c* Scriptura demonſtrat. quem votis, ac precibus impetratum à Deo mater Anna pia femina Templi miniſteriis addixit. Per hunc fruſtrà monitum Heli, uti graſſantem ad ſacrorum injuriam filiorum ſuorum libidinem coërceret, tandem ſeverè ultus eſt Deus. *d* Victi ingenti acie à Palæſtinis Hebræi: Arca, quam ad ultimum ſubſidium in caſtra portaverant, ab hoſte capta: ambo Pontificis filij cæſi: pater ipſe, nuncio tantæ cladis accepto, è ſella corruens ſubitò eſt extinctus.

*Samuelis ortus.*

*c* 1. Paral. c. 6.

*d* 1. Reg. 4.

*e* Ante Chriſt. 1095.

*e* Exinde Samuel ætatis agens quadrageſimum circiter annum, populi curam capeſſit. cui quidem & Sauli annos quadraginta liber *f* Actorum imputat. è quibus Sauli duodecim, reliquos ſoli Prophetæ ex conjectura tribuimus. Ut rempublicam attigit Samuel, ſtatim converſa rerum facie, in melius omnia ceſſerunt. *g* Arca ſeptem apud Palæſtinos morata menſibus, cùm, quocumque portaretur, luem, ac perniciem ſpargeret; ad Iſraëlitas remiſſa, annis viginti Cariathiarimis conſedit. *h* Poſt id tempus ſub annum mundi 2909, ſollemni apud Maſpham populi conventu habito, Samuel fœdus cum Deo redin-

*f* Act. 13. 20.

*g* 1. Reg. 6.

*h* 1 Reg. 7.

Digitized by Google

tegravit. Conciliati numinis index inſignis ſubinde contra Palæſtinos victoria fuit. quos ſuperiorum bellorum præmiis exutos ſuis ſe continere finibus Propheta compulit. A. 3384. P. I. ad 3701.

*a* Poſt id tempus, populus libertatis nimiæ pertæſus, *b* ſub rege deinceps eſſe voluit. quem & impetravit, *c* Saüle Cis filio ex tribu Benjaminitica divino prius, quàm humano ſuffragio ad hoc faſtigium evecto. *d* Ab eo Jabenſes Galaaditæ præſenti erepti diſcrimine, Naaſo Ammonitarum ſuperato rege, qui deditionem ea conditione cogebat facere, dextros ut omnibus oculos erueret. Ab Ammonitis in Palæſtinos arma convertit; *e* qui tum Hebræis dominabantur. quos audaci Jonathæ filij facinore conſternatos toto campo, cecidit; tanto id quidem ardore, ut ne guſtandi quidem cibi poteſtatem cuiquam ſub mortis interminatione faceret, cujus edicti Jonathas ignarus, cùm ſumma virga paululum ori ſilveſtris mellis admoviſſet, ab jurato patre damnatus inſons, deprecante populo vix eſt ereptus. Idem verò paulatim mutatis moribus, dum divinis mandatis privatam libidinem antiquiorem habet, à Deo rejectus eſt: *f* eíque ſucceſſor ex tribu Judæ deſtinatus eſt David Iſai filius. quem anno ferè ætatis 22 clanculum inunxit Samüil, anno ante Chriſtum 1063, ut proinde circiter anno ante Chriſtum 1085, videatur in lucem editus.

*a* Ante Chriſt. 1767.
*b* 1. Reg. 8.
Saül.
*c* 1. Reg. 9.
*d* 1. Reg. 11.
*e* 1. Reg. 14.
*f*. 1. Reg. 16. 13.

Poſt annos inde ſex *g*, obiit Propheta Samuel biennio ante Saulem, uti Clemens Alexand. Strom. 1. refert.

*g* Anno ante Chr. 1057.

*h* Saül anno regni duodecimo, cum Palæſtinis dimicans, *i* cum Jonathane filio cecidit. Cujus in Dagoni templo ſuffixo capite, corpus pro mœnibus ſuſpenditur.

*h* 1. Reg. 31.
*i* Ante Chriſt. 1855.

*k* David utriuſque necem lacrymis, ac luctu proſecutus regnum capeſſit. quod in tribules ſuos primùm tenuit *l* annis 7, menſibúſque ſex, cùm apud Hebronem ſollemni ritu, ac frequentibus comitiis inunctus eſſet, anno ætatis tricesimo.

*k* 2. Reg. 1. David.
*l* 2. Reg. 5, 4, & 5.

*m* Interim Iſboſeth Saülis filius reliquas in tribus imperium cepit. Nec finis ambos inter affi-

*m* 2. Reg. 2. 8.

A. 3184. P. I. ad 3701.

nes bellorum plus quàm civilium fuit; illo paternum jus regni; iſto divinum beneficium armis vindicante. ſed divinis tandem humani præſidia ceſſerunt. *a* Octavo, quàm patri ſucceſſerat, anno domui ſuæ per ſummum ſcelus à ſicariis oppreſſus Iſboſeth ſolidam Davidi regni poſſeſſionem reliquit.

*a* 2. Reg. 4, & 5.

*b* Anno ante Chriſtum 1047 conventu totius Iſraëlitici nominis habito, Hebrone denuò rex inauguratus eſt David, bellica virtute vir, ac geſtis rebus illuſtris: ſed pietate præſtantior. Prima illi rudimenta ſub Saüle rege fuerunt. *c* cui egregiis moribus, ac memorabili facinore conciliatus, quo occiſo Goliatho, egregiam de Palæſtinis victoriam adeptus eſt, regiam affinitatem meruit, *d* ducta Michole Saülis filia. Sed vehemens hic amor momento in odium, invidiamque vertit. Quæſitus ad necem ſæpius, ac per deſerta loca, & per abrupta montium, ac ſpeluncas feræ in modum latebras captans, ægrè hoſtiliter inſequentis, ac curioſè omnia perſcrutantis soceri ſedulitatem eluſit. Nec ſemel eundem cùm in poteſtate haberet, interficere noluit. Per hæc tolerantiæ, ac manſuetudinis exempla annis 7. ut conjicimus, exactis, mortuo, uti ſuprà dictum eſt, Saüle, in tribules primùm ſuos; inde in reliquos poſt necem Iſboſethi, ſine competitore principatum obtinuit.

*b* 2. Reg. 5.
*c* 1. Reg. 17.
*d* 1. Reg. 19.
*Davidis calamitates.*
*Rex fit Iudæa.*

Quem ut adeptus eſt, *e* Sionis arcem, pulſis inde Jebuſæis, expugnavit, ibique regiam conſtituit.

*e* 2. Reg. 5, 7.

*f* Anno verò ante Chriſtum 1045. ex ædibus Aminadab, & oppido Gabaa Arcam tranſtulit. quæ dum in Sionem portatur, Ozia, quòd eam temere tetigiſſet, repente mortuo, territus David in domum Obededum Gethæi illam avertit. indéque poſt menſes tres in Sionem magna pompa detulit.

*f* 2. Rex 6.

*g* Sub annum ante Chriſtum 1039. qui decimus ſeptimus à Saülis obitu numeratur, Davidis adulterium, ac cædes innocentis Uriæ contigiſſe videtur, Ammonitico bello. Anno verò ſequenti natus eſt ex Bathſabee legitima jam uxore *h* Salomon, *i* eodémque Amnonis

*g* 2. Reg. 11.
*h* 2. Reg. 12, 24.
*i* 2. Reg. 13.

Digitized by Google

inceſtus cum ſorore Thamar accidit. A. 3134. P. I. ad 3101.

*a* Poſt biennium verò, Amnon Abſalomi fratris, uterini Thamaris, inſidiis inter epulas occiditur. *a* 2. Reg. 13, 23.

Anno porro *b* quadrageſimo quàm rex Saül factus eſt, ab ejus morte ſeptimo & viceſimo, impius Abſalom Davidem patrem Hieroſolymis, ac regno expulit, occupatáque regia, fœdiſſimo ſtupro paternas concubinas polluit. Sed paulò pòſt prælio victus, dum per aviumſaltum præcipiti in fugam mulo vehitur, patulæ quercus, & condenſæ ramis implicato capite ſuſpenſus hæſit. Coma, quam ad decorem prolixam gerebat, pependiſſe auctor eſt *c* Joſephus, haud probabili commento. Hærentem, uti credibilius eſt, collo juvenem Joabus Davidici dux exercitus triplici jaculo confodit. *b* Cap. 15. 7. *Abſalom.* *c* Lib. 7. cap. 9.

*d* David quod regni, ac vitæ reliquum fuit, in ſecundis rebus & otio tranſacto, demum ſenio, ac laboribus confectus, anno regni ſui quadrageſimo, ætatis ſeptuageſimo, cùm Salomonem in ſolio ſuo collocaſſet, moritur. Erat tùm Salomon natus annos circiter 23. cujus initium competit in annum ante Chriſtum 1015. *e* Hic Adoniæ fratri, novarum rerum ſuſpecto vitam eripuit *f* Pharaonis Ægypti regis filiam in matrimonium accepit. Deo per viſum apparente ſibi, & cujus velletrei optionem dante, cùm ſapientiam opibus, ac cæteris omnibus antepoſuiſſet, non illam ſolùm, quam petierat: ſed reliqua inſuper, quæ neglexerat, votis majora ab eodem obtinuit. *d* Lib. 3. Reg cap. 2. *Salomon.* *e* Reg. 2. *f* 3. Reg. 3.

### *De vetuſtis Græcorum originibus, quas ſpatium illud amplectitur, quod ab exitu Iſraëlitarum ad Salomonis 4. annum pertinet: ac de triplici Græcorum genere, Æolico, Dorico, & Ionico, qui ab Hellene Deucalionis filio procreati.*

HOc intervallum vetuſtiſſimæ Græciæ origines illas amplectitur, quarum qualem- CAP. VII.

P. I. A. 3184. ad 3701. cumque veritatem ſic Poëtæ mendaciis ſuis obruerunt, ut ea dijudicari modò nequeat. Adhibenda tamen à nobis opera eſt, ut quæ ex idoneis antiquitatis teſtibus afferri utcumque repurgata potuerunt, in ſui temporis ordinem vocentur. Et quoniam in Græcis ferè rebus, ac populis illuſtrandis labor iſte vertitur, de Græcis ipſis, ac primis nominis illius generiſque divortiis par eſt dicere.

Ex Apollod. lib. 1. Diod. 4. Strab. 8. Pauſan. Conon apud Phot. Cod. 186. Græcum omne nomen ac genus ob Hellene Deucalionis filio propagatum in tria faſtigia dividitur: in Æolicum genus, Doricum, Ionicum. Stirpis auctor, ut dixi, Deucalion fuit, qui in Theſſalia ſedem, ac regnum habuiſſe fertur. Hujus ætate diluvium in Græcia contigit: cujus tempus in nonnulla ſententiarum varietate poſitum, in annum ante Chriſtum 1529 conjicimus, tertium ab Ægyptiaca profectione: uti ſuo loco demonſtrabimus. Part. 2, l. 2. c. 9.

Deucalionis ac Pyrrhæ filij duo fuere, Hellen, & Amphictyon. Amphictyon pulſo Cranao Athenis regnavit. Ab Hellene Græci ἕλληνες vocati. Hic ex Orſeide filios tres genuit, Æolum, Dorum, & Xuthum. * Æolus natu maximus patri ſucceſſit, obtinuitque quidquid inter Enipeum & Aſopum fluvios interjacet. Ita præter Theſſaliam, Locros, ac Bœotiam eſt adeptus. Doro ceſſit ea regio, quæ Parnaſſo ſubeſt, ubi Boëum, Cytinium, Pindum, & Erineum condidit. ab eóque Doris regio nomen accepit. Xuthus natu minimus, quòd paternas pecunias depeculatus eſſet, pulſus à fratribus, in Atticam profugit. ubi Tetrapolim condidit, & Erechthei filiam Creüſam conjugem duxit.

* Conon apud Phot. Lib. 27.

*Æolidarum ſoboles.* Æolus ex Enarete Deimachi filia ſeptem mares ſuſtulit; feminas quinque. Mares fuere Critheus, Siſyphus, Athamas, Salmoneus, Deion, Magnes, Perieres. Filiæ verò, Canache, Alcyone, Piſidice, Calyce, Peimede. Critheus ex Tyrone Salmonei fratris filia Æſonem, Amythaonem, & Pheretem. Æſonis filius Jaſon fuit. Amythaon Pylum in Poloponneſo tenuit, ac Melampodem, & Biantem genuit. Melampus ob Prœti filias à furore liberatas regnum Argis cum

Digitized by Google

Biante fratre à Megapenthis filio Anaxagora ſuſcepit. Et ex hujus filia Iphianira Antiphaten, Manto, Biantem, & Pronoen genuit. Antiphate nati ſunt Oïcles, ſive, ut Pauſanias vocat, Iocles, & Amphalces: Oïcle verò Amphiaraus Amphilochi pater, & Alcmæonis. A. 3154. P. I. ad 3701.

Bias ex Perone Talaum ſuſcepit, Adraſti, Parthenopæi, & Eriphyles Amphiarai conjugis patrem.

Pheres Admetum, & Lycurgum procreavit. ex hoc Opheltes natus eſt; qui & Archemorus Hi Crithei filij.

Siſyphus Corinthum condidit, & ex Merope Atlantis filia Glaucum genuit Bellerophontis patrem.

Athamas Bœotiæ regulus ex Nephele Phryxum, & Hellen, pòſt ex Ino Cadmi filia Learchum, & Melicerten filios habuit.

Salmoneus in Theſſalia primùm habitavit; pòſt in Elide, cujus filia Tyro, antequam Critheo patruo nuberet, Peliam, & Neleum ex Neptuno peperit. Qui cùm adoleviſſent, diſcordes inter ſe fuerunt. Neleus itaque Meſſanam fugit: atque ex Chloride Amphionis filia undecim mares *ſuſtulit*. qui omnes, præter Neſtorem; ab Hercule interfecti ſunt. Filiam verò præterea Pero.

Pelias in Theſſalia regnavit, ex eóque nati ſunt Acaſtus, & Alceſtis filia.

Deion Phocidem tenuit. cujus filij cùm alij, tùm Cephalus fuit Procridis conjux.

Magnetis filij Polydectes, & Dictys Seriphi incolæ. Perieres ex Gorgophone Perſei filia Aphareum, Leucippum, Tyndareum, & Icarum ſuſcepit.

Hactenus Æolidarum progenies ex Apollodoro. At * Diodorus Siculus præter iſtos Æoli filium refert alium Mimantem; qui fratribus in diverſa loca profectis, in Æolide regnavit. Hujus filius Hippotes, qui ex Melanippe Æolum genuit. cujus filia fuit Arne, quæ ab Neptuno compreſſa, ob ídque Metapontino cuidam à patre tradita, apud eum geminos peperit, Æolum avo cognomine, & Bœotum. E quibus Æolus

* Lib. 4. p. 187. Græcæ edit.

A 3184. P. I. ad 3701.

inſulas occupavit, quæ ab eo dictæ ſunt Æoliæ. Bœotus ad avum Æolum rediit, & in Æolide regnavit, Arnénque condidit, ac Bœotiis de ſuo nomen indidit.

*Ionum ſtirps.*

Xuthus verò (nam de Dori ſtirpe nihil eſt memorabile ſcriptis proditum,) Hellenis liberorum natu minimus, pulſus à fratribus, in Atticam conceſſit: ubi ducta uxore Erechthei regis Athenienſium filia, Achæum, & Ionem filios habuit. Achæus cæde præter voluntatem facta, in Peloponneſum abiit (ut auctor eſt Conon apud Photium) & in ea regione, quæ ab eo dicta eſt Achaia, (Ægialea antea vocabatur,) Tetrapolim condidit. Inde Athenienſium & Ægialenſium auxilio, in Theſſaliam profectus, paternam poſſeſſionem recepit.

*Iones Attici dicti.*

Ion Athenis conſtitit: &, ſi Cononi creditur, Erechtheo mortuo, ibidem regnum obtinuit. ab eóque Attici populi Iones appellati ſunt. Sed hoc ſolus iſte ſcriptor aſſeverat. neque in Atticorum regum catalogo ponitur Ion. Qui Pauſanias in Achaicis, Erechtheo mortuo ſcribit inter hujus filios de ſucceſſione exorta lite, Xuthum Ionis patrem, & Achæi, arbitrum ab illis eſſe captum. qui cùm Cecropi, tanquam ſeniori regnum adjudicaſſet, ab hujus fratribus ſolum vertere coactus, in Ægialum, quæ tum erat Achaia, ſeſe recipiens, ibi diem obiit. De Ione quoque refert idem Pauſanias, eum in Achaia (quò ex Attica fugiſſe debuit) adverſus Selinuntem regem bellum molientem, pactione nuptiarum conciliatum fuiſſe, accepta in matrimonium Helice Selinuntis unica filia; atque & ſocero ſucceſſiſſe, & Ionas ab eodem appellatos eſſe, qui priùs Ægialenſes vocati. Poſtea cùm Athenienſes inter, & Eleuſinios bellum eſſet ortum, Ionem ab illis electum ducem ex Achaia veniſſe, & in Attica vitam finiſſe. Hæc in Achaicis, Atticíſque Pauſanias.

*De Græcorum variis linguis.*

Operæ pretium nunc eſt animadvertere, quæ ab illis auctoribus ſtirpis populorum per Græciam, linguarúmque facta ſint divortia. Nam populi fuere potiſſimùm tres, Æoles, Dores, & Iones. quibus adjungi poſſent Attici, qui ſe

indigenas

indigenas, αὐτόχθονας eſſe gloriari ſolebant; niſi cum Jonibus in unum coaluiſſent. Strabo quidem ex quatuor Græciæ linguis, Æolica, Dorica, Jonica, & Attica, duas eſſe primigenias, & ſinceras ait: reliquas ex corruptela, & aliarum permiſtione factas. Priores ſunt Dorica, & Attica. quarum illa vetus eſt Æolica; hæc Jonica vetus. quæ autem Æolica, & Jonica deinceps appellatæ ſunt, & diverſorum generum commercio ab ſui cujuſque proprietate deſciverunt. Nam priores ob id incorruptæ manſerunt; quod ambæ illarum regiones, Doris, & Attica, propter aſperitatem, & ſterilitatem minus exterorum migrationibus, & coloniis opportunæ, eoſdem perpetuò incolas habuerunt.

A. 3184. P. I. ad 3701. Strabo lib. 8. init.

Addit ſcriptor idem, populos omnes, qui extra Iſthmum erant in Græcia, exceptis Athenienſibus, Megarenſibus, & Dorienſibus Parnaſſi accolis, Æolenſes ad ætatem ſuam uſque nominatos eſſe. Sed & olim intra Iſthmum Æolenſes habitaſſe. quibus cum Iones ex Attica profecti, & Dorienſes è Doride, poſtmodum immiſti ſunt. Hos enim Heraclidæ ſecum in Peloponneſum reduxerunt. Sed cur reductos ab Heraclidis in Peloponeſum Dorienſes aſſerat Strabo, non ſatis video. Neque enim, perinde ut Jones, aut Æoles, priùs ibi ſedem habuerant, quod equidem legerim. At idem auctor lib. 9. ſcribit Dorienſium regem Æpalium ab Hercule reſtitutum in regnum, in ejus rei gratiam Hyllum Herculis filium adoptaſſe, ac ſucceſſorem reliquiſſe: indidémque profectos Heraclidas poſtea Peloponneſum occupaſſe. Cæterùm Iones (ait * Strabo) ab Achæis Æolenſis generis ex Ægialo, ſive Achaia facilè pulſi ſunt. Unde ſola in Poloponneſo remanſerunt genera duo, Doricum, & Æolicum.

* Strabo lib. 8.

Arcades porro, & Elei, qui in priſtinis ſedibus hæſere; illi quòd propter montana regionis, ac prærupta loca haud facilè adiri poſſent; hi propter religionem, quòd Olympio Jovi erant ſacri; Æolicè locuti ſunt. Alij miſtam uſurparunt ex Attica, & Dorica. Hæc Strabo initio octavi libri. qui locus nonnihil apud auctorem im-

A. 3184. P. I. ad 3701.

peditus, & corruptus legitur.

Horum omnium exactè computare tempora nullius eſt humani ingenij. Sic autem rudi Minerva delineare licet. Xutus è Theſſalia pulſus in Atticam ad Erechtheum regem ſe contulit. Erechtheus autem regnare cœpit anno ante Chriſtianam æram 1400. ferè Deucalionis diluvium circa annum ante Chriſtum 1529 ponitur. Ergo Hellenes Græci nominati; & in varios illos populos diſtributi ſunt decimo quinto, ac decimo-quarto ſæculo ante Chriſtum: ſub id tempus, quo Iſraëlitæ Palæſtinæ poſſeſſione adita, ſub Judicibus eſſe cœperunt. Hoc velut cardine poſito, ſingulorum Hellenis poſterorum tempora partim ex aliis certioribus hiſtoriis, quibus alligata ſunt: partim ex conjectura prudentèr æſtimabimus. quod non eſt loco neceſſe facere.

## *Mycenæorum regum, qui Argivis ſucceſſerunt, tempora, ac de Inachidarum, déque Perſei ſtirpe quædam ad vetuſtatis notitiam ſcitu digna.*

CAP. VIII.

2. Par. lib. 2, cap. 8.

ANTIQUISSIMAM regum familiam, quæ Argis imperavit, in Acriſio terminat Euſebius; indéque tranſlatum ait à Perſeo Mycenas regnum; quam ille urbem condiderat. Sed Argis interea non minùs regnatum eſt. Nam poſt Acriſium Megapenthes Prœti filius, Talaus, & Adraſtus in ea urbe principatum tenuerunt. Ac Megapenthi Talaus ſucceſſit. quo mortuo, Adraſtus ejus filius, Argis relictis, Sicyonem migravit, ibíque cùm annos aliquot regnaſſet, Argos repetiit: ubi & Tydeum, ac Polynicen profugos excepit. Sanè quo tempore Mycenis regnabat Agamemnon, Diomedes Tydei filius Argis dominabatur, ut Euſtathius obſervat ad Iliad. 9, & ad hunc verſum,

(Vide 9. de Doct. Temp. c. 16, & 18.)

Ἥμενον ἐνὶ οἴκῳ, ὃν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης.

Ut ad Mycenæos tranſitum faciamus, explicandum hîc erit Perſei ſtemma, quocum pleræque res Græcorum illius ætatis implicantur. Sed altiùs origine repetita, etiam Agenoridarum, ſive Cadmidarum ſtirpem recenſebimus, Apollodo-

Apollod. l. 2.

rum maximè ſecuti. Inachus filiam Ionem habuit. Ea in Ægyptum profecta ex Jove Epaphum genuit Ægypti regem: cujus ex filia Libya, & Neptuno gemini nati ſunt, Belus & Agenor. Ita quidem Apollodorus, ſed nos *a* Pauſaniæ libentius aſſentimur, qui Ionem hanc non Inachi filiam, ſed Jaſi, multis poſteriorem annis facit. quod & Danai ætas exigit. Præter hos duos, Neptunus ex Libya *b* Buſirim quoque genuiſſe proditur. qui haud procul Nilo degens, latrociniis, hoſpitúmque cædibus infamis eſt habitus, ſub id tempus, ut apparet, quo ex Ægypto receſſêre Judæi. Redeo ad Epaphi filios. è quibus Agenor in Phœnicem abiit. Belus in Ægypto regnavit, ac liberos ſuſcepit duos, Ægyptum, & Danaum. Priorem Belus ad Arabiam obtinendam; poſteriorem, in Libyam miſit. Poſtea cùm Ægyptus mares 50, totidem Danaus filias procreaſſet, hic oraculo monitus ſibi ab uno è fratris filiis impendere necem, 50 remorum actuaria navi fugit in Græciam: ubi mortuo Sthenelo, ejúque ſucceſſore Gelanore pulſo, conſenſu populi delatum eſt Danao regnum. Id anno ante Chriſtum 1475 accidit, triennio poſt obitum Joſue. Ab eo ferunt Argivos appellari Danaos. Pòſt Ægypti filij, cùm Argos veniſſent, à Danaidibus ſponſis ſuis interfecti ſunt, uno excepto Lynceo, qui Danao ſucceſſit. Lyncei exordium capit annus ante Chriſtum 1425. Quare paullo ante hunc cædes illa facta ſit oportet. Lynceum Abas filius excepit. Huic gemina ſoboles contigit, Prœtus, & Acriſius: quorum ille prior Argis regnaſſe perhibetur ab Euſebio. Sed * Pauſanias Corinthiacis ambos ait paternum regnum ita partitos eſſe, ut Acriſius Argos, Prœtus Tyrinthem, Midiam, & Heræum obtineret. *c* Apollodorus ambos illos fratres, poſt patris Abantis obitum, de regno contendiſſe memorat; ac victorem Acriſium Argis hæſiſſe; Prœtum in Lyciam ad Jobatem fugiſſe; cujus filiam Sthenobœam, aut, ut Homero placet, Antiam duxit. Inde ſoceri auxilio fretum in Peloponneſum rediiſſe, ac Tyrinthem occupaſſe. Huic verò adverſatur Euſebius, qui Prœtum in

A. 3184. P. I. ad 3701. *Belidarum ſtirps.*

*a* Pauſ. Corin. p. 58.

*b* Euſ. Apoll. 2.

*Danaus à quo Danai*

* P. 58, & vide 9. de Doct. Temp. cap. 18.

*c* Apollod. 2.



Digitized by Google

A. 3184. P. I. ad 3791. Argivorum regum ſerie collocat ante Acriſium. Quare interjecti illius anni 17. in Abantem, aut Acriſium refundendi ſunt. Hic ille Prœtus eſt, ad quem Bellerophon Glauci F. ſextus à Deucalione, confugit ob patratam cædem: & ab Stenobœa ſolicitatus ad ſtuprum, cùm ei morem gerere noluiſſet, in crimen adductus, *a* ab Jobaten miſſus eſt in Ciliciam, ubi cum Chimæra conflixiſſe fingitur. quæ res commodè cadit in annum ante Chriſtum 1360, Aode judiciarium munus apud Hebræos exercente.

*a* Apoll. 2.

Perſeus. Acriſio, ut opinor, regnante, naſcitur ex ejus filia Danaë Perſeus. quod anno ejus ſecundo, ante Chriſtum 1343. conſentaneè ponitur. Idem periculis perfunctus iſtis, quæ ex fabulis ſunt notiſſima, circa annum ætatis, ut eſt conjectura, quintum & viceſimum, cum copiis profectus in orientem, ea geſſit apud Cepheum, quæ Poëtarum celebrata ſunt verſibus: atque Andromedam conjugem habuit. Ea eſt ἀϱιϛεία Perſei, quam ex antiquis Chronologis Clemens Alexandrinus annis ante Trojanam cladem quatuor & triginta poſuit, errore manifeſto: quem paucis antè paginis altera ab eodem inſtituta temporum putatio refellit. Enimverò cùm Acriſius à Perſeo nepote per imprudentiam occiſus eſſe dicatur, objerit autem * Acriſius exactis in regno annis 31, circa annum ante Chriſtum 1312, vel 1311, eodem quoque Perſeus in Græcia fuerit oportet unà cum Andromeda conjuge, atque adeò quinque circiter, aut ſex annis anteà illam ipſam liberarit. Etenim Acriſio regnante probabilius eſt, quàm privato, natum eſſe Perſeum, neque triceſimum ætatis annum exceſſiſſe cùm Acriſium occidit. * Quo interfecto, Argis habitare non ſuſtinens, cum Megapenthe Prœti filio, patruele ſuo permutavit imperium, ac Tirynthe, quam obtigiſſe Prœto ſuprà docuimus, regnum conſtituit. quod in urbem à ſe conditam Mycenas poſteà tranſtulit. Megapenthes verò cùm Argis aliquot regnaſſet annis, locum Talao dedit; ut ſuperiùs attigimus.

Clementis error. Strom. 1.

* Euſeb. Chro.

* Pauſan. Corinth. p. 58.

Perſei filii. Perſeus itaque circiter anno ante Chriſtum 1312, regnare eſt orſus, primùm apud Tirynthem;

deinde Mycenis. Qui præter Perſen apud Cepheum ſocerum relictum, à quo Perſæ nominati, filios ex Andromeda Mycenis genuit ſex, Alcæum, Sthenelum, Helam, Meſtorem, Electryonem, & filiam Gorgophonem, quam Perieri Æoli filio, Hellenis nepoti nupſiſſe paullo antè ſignificavi. A. 3184. P. I ad 3701.

Alcæo, & Hipponome Menœcei filia natus eſt Amphitruo, & Anaxo filia. Ex Meſtore, & Lyſidice filia Pelopis Hippothoë genita eſt. cujus ex Neptuno filius extitit Taphius; qui Taphum coluit urbem Cephalleniæ, populúmque Teleboas vocavit. Taphij filius Pterelas fuit, quem Neptunus immortalitate donavit.

Electryo ex Alcæi filia Anaxone Alcmenam ſuſcepit, unà cum maribus 9, & ſpurium ex Midea Licymnium. Sthenelus ex Nicippe Pelopis filia Euryſtheum genuit; cui in ſervitutem eſt addictus Hercules.

Inter initium regni Perſei, & Stheneli anni ſunt 58. Nam Sthenelus circa annum mundi 2730 iniit. Quo toto intervallo non videtur ſuperſtes fuiſſe Perſeus, ſi Apollodoro credimus. Hic enim Mycenis cum Taphio regnaſſe Electryonem ait. Pauſanias autem in Corinthiacis, Mideæ. Potuit idem & Mycenis, & Mideæ regnare. Nam Midea, & Tiryus Mycenis contributæ ſunt. Proinde in Mycenæorum regum ſerie numerandi videntur Electryo, & Taphius Perſei filij, atque ante Sthenelum locandi: niſi eodem tempore plures ſimul regnaſſe velimus. quod tunc erat uſitatum; cum & oppidorum domini reges appellarentur. Sanè Taphius cum Electryone pariter ſceptrum tenuit. cujus filij paterni regni portionem ab Electryone repoſcentes, orto jurgio, hujus liberos interficiunt. quos ut ulciſceretur Electryo, Alcmenam filiam Amphitruoni paciſcitur, ea lege, ut non eam antè contingeret, quàm ab expeditione rediiſſet, quam contra Teleboas parabat. Sed cùm Electryonem imprudens occidiſſet Amphitruo, pulſus à Sthenelo cum Alcmena Thebas ad Creontem profugit; à quo expiatus, contra Teleboas rem ex ſententia geſſit. Per idem tempus genitum Herculem fe- *Herculis ortus.*



Digitized by Google

A. 3134. P. I. ad 3701. *Euſebius notatur.*

runt; quod circa annum ante Chriſtum 1289 incidit. Quæ cùm ita ſint, apparet Mycenæorum regum catalogum haud ſatis ex fide ab Euſebio eſſe redditum. Nam Perſeo mortuo Electryo ante Sthenelum regnavit. neque Perſeus annos 58 Mycenis præfuit, ut ex illius, & Pauſaniæ deſcriptione olim ſtatuimus.

*Pelopidæ.*

Perſei poſteritate in Euryſtheo deficiente, Mycenis regnarunt Pelopidæ à Pelope filio Tantali Phrygiæ regis oriundi; à quo Peloponneſus nomen eſt ſortita. Ex quo conjectari poſſit aliquis, toti illum Peloponneſo dominatum fuiſſe. Sed no eſt ita. nam in Piſnæa regnavit; & fortitudine, ac ſolertia pleroſque peninſulæ illius incolas adiunxit ſibi, ut teſtatur *a* Diodorus. Hic è Phrygia trajecit in Græciam, & Hippodamiam Oenomai filiam fraudis potiùs, quàm celeritatis in curſus certamine præmium abſtulit. quod ſub annum ante Chriſtum 1334. incidit, extremo Judicis Aodis tempore *b* Hujus filij Atreus & Thyeſtes paricidialibus inter ſe odiis, & inceſtis ſtupris clarum ſibi nomen apud poſteros fecere. Thyeſtes uxorem fratris Aëropen polluit. Atreus viciſſim epulandos illi filios ſuos dedit. Pòſt Thyeſtes Pelopis filiæ imprudens vitium obtulit. unde natus eſt Ægyſtus: qui Atrei filium Agamemnonem occidit. Hunc tamen Apollodorus Pliſthene Atrei filio ſatum, ut & Menelaum, aſſerit; idque auctore Heſiodio confirmat Euſtathius ad primum Iliados, in hæc verba.

*a* Diod. l. 4. p. 192.

*b* Hyg. F. 81, & ſeq.

*Agamemnon.*

Ἀτρεΐδης τε ἄναξ ἀνδρῶν.

Igitur Mycenæorum regnum à Perſeidis ad Pelopidas tranſlatum, èo tempore deſitum eſt, quo Heraclidæ Peloponneſo potiti ſunt. de quo pòſt agetur. Nam Pelopidæ cum Perſei ſtirpe affinitate juncti ſunt; ſiquidem ex Nicippe Pelopis filia Sthenelus Euryſtheum ſuſcepit; ut antea dictum eſt.

Digitized by Google

A. 3134. P. I. ad 3701.

## *De alia duplici Inachidarum ſtirpe, Agenoridarum, & Pelaſgorum, déque Cadmi progenie.*

CAP. IX.

HÁctenus Belidarum ſive Danaidarum, è quibus Perſeidæ fuerunt, genus deſcripſimus. Nunc Inachidarum ſtirps altera, quæ ab Agenore propagata eſt, perſtringenda paucis videtur. Eſt enim ad res antiquioris Græciæ cognoſcendas non inutilis hic labor.

Agenor. Vide Par. 2. l. 2. cap. 9.

Agenor ex Telephaſſa filiam Europam; mares autem tres, Phœnicem, Cadmum, & Cilicem genuit. ut Apollodorus libro prodidit. Sed idem in Phœnicia, quæ eſt Aſiæ regio, liberos iſtos ab Agenore ſuſceptos indicat in 2 libro in 3 verò, cùm in Europam veniſſet. cui & conſentaneè ſubjecit, Phœnicem ad quærendam ſororem cum Cadmo fratre miſſum, ea non inventa, in Phœniciam abiiſſe: quaſi inde eum pater non miſerit. Igitur cùm Europam rapuiſſet Jupiter, Agenor tres ad illam inquirendam filios deſtinat, quibus cum profecta eſt Telephaſſa mater. E inde Phœnix Phœniciam occupat; Cilix Ciliciam. Cadmus, Telephaſſa matre vita functa, venit in Græciam, ac Thebas condidit, urbem patriæ, ut apparet, cognominem. Nam Ægyptiis Thebis oriundus Agenor videtur. Scribit apud Photium *a* Conon, Europam Phœnicis fuiſſe filiam, (quod & Apollodorus refert;) Cadmum verò, qui apud Phœnicas auctoritatis erat maximæ, ab eorum rege miſſum in Europam, novas ut ibi ſedes conſtitueret; ſimulaſſe quærendæ ſororis ſe gratia profectum, ac demum Thebas in Bœotia condidiſſe, de Ægyptiarum nomine ſumpto vocabulo; quod Phœnices, qui tùm Aſiæ partem maximam obtinebant, ſedem imperij Thebis in Ægypto collocarant. Ex eo manaſſe fabulam, Cadmum ad Europam ſororem quærendam navigaſſe, qui ad occupandum in Europa domicilium veniſſet. Hæc Conon. *b* Scholiaſtes Pindari ſcribit Agenorem in Phœnicia regnaſſe. Utcumque res habet, poteſt adventus in Græciam Cadmi, conditúſque The-

Cadmus.

*a* Conon. l. 32 & 37.

*b* Nemeac. 10.



Digitized by Google

A. 3154. P. I. ad 3701.

barum imputari primis Judicum Hebræorum temporibus.

*Cadmi poſteritas.* *Bacchi gen.*

Cadmi ex Harmonia filiæ recenſentur, Autonoë Ino, Semele, Hagave: filius Polydorus. Autonoë Ariſtæo nupſit, Ino Athamanti, Agave Echioni. Semele Bacchum peperit. cujus ortus competit in annum circiter ante Chriſtum 1354, Aode Hebræorum Judice. Euſebius verò confert in annum Abraami 628, qui eſt ante Chriſtum 1389, Sed nondum erat nata Semele. Ita Phryxi cum Helle ſorore fuga per idem tempus accidere potuit. a quos ambos Nephele Athamanti peperit. Hic verò cùm Inonem deinde ſibi connubio junxiſſet, hujus artibus Phryxus & Helle neci à patre deſtinati in Colchos fugere coguntur. quo in itinere Helle in mare decidens, huic de ſuo nomen reliquit: Phryxus quò intenderat pervenit, ac theſauros, quos ſecum exportarat, Æetæ regi Colchorum reliquit. Aurei velleris arietem hunc fuiſſe, eóque pervectum in Colchidem Phryxum, ac prædivitem hanc pellem ibi aſſervatam eſſe, carminum licentia Poëtæ finxerunt. Polydorus Thebis regnavit; & ex Nycteide Nyctei filia Labdacum genuit. Qui poſt Pentheum moriens Laium filium anniculum reliquit. Ideò Lycus Nyctei frater, ( ambo iſti ex Eubœa venerant ) regnum occupat. Nycteo filia erat Antiopa, quæ de Jove gravida, patris iram metuens, Sicyonem fugit ad Epopeum, eíque nubit. Nycteus moriens Lyco fratri mandat ut Epopeum ulciſcatur. Quem cùm, capta Sicyone, occidiſſet, & Antiopam abduceret; ea in itinere geminos enixa eſt, Zetum & Amphionem, apud Eleutheras Bœotiæ: ubi à bubulco ſublati, educatíque ſunt. Interim Antiopa malè ab Lyco, ejúſque conjuge Dirce habita, clam evadens, à filiis jam aduhis agnita eſt: qui occiſo Lyco, ac Dirce ad tauri indomiti caudam alligata, necatáque, Thebis potiuntur. Laius ab iis pulſus in Peloponneſum abiit, & Zethus Theben; Amphion Nioben duxit Tantali filiam. Quibus omnibus extinctis, Laius in regnum reſtitutus eſt, & Jocaſtam conjugem aſciſcit Menœcei filiam; è qua natus eſt Oedipus. cujus in-

a Apoll. 1. Hyg. fab. 3.

ceſtas cum matre nuptias, ac filiorum cædes mutuas Poëtæ omnes, ac theatra omnia perſonant. De Thebarum expugnatione paullò poſt. reliquorum tempora, conſtituto anno adventus in Græciam, prudenter æſtimanda ſunt. Hæc Apollodorus lib. 3.

A. 3184. P. I. ad 3702.

Poſtremò ex Europa & Aſterio Cretenſium Rege, ut ſcribit *a* Euſebius. ut Apollodorus, ex Jove, *Minos*, Radamanthus, & Saperdon orti ſunt. Minoës porrò duos fuiſſe auctor eſt. *b* Diodorus, alterum Europæ filium, alterum nepotem.

*a* Euſeb. Chr. *b* Diod. 4, p. 183.

Tertium ab Inacho Poëtarum, & Hiſtoricorum prædicant literæ, Pelaſgicum genus. Nam Pelaſgus Jove & Niobe Phoronei filia, Inachi nepte natus dicitur. *c* Pelaſgi Lycaon filius 50 liberos habuit, qui omnes Nyctimo excepto interfecti feruntur. *d* Habuit & Calliſtonem filiam Lycaon, è qua natus eſt Arcas. Hujus filij Elatus & Aphidas. Hic Aleum, & Stenobœam genuit Prœti conjugem. *Aleo nati ſunt* Cepheus, & Lycurgus, & Auge amborum ſoror. quæ ex Theuthrante Telephum Myſiæ Regem peperit. Lycurgi filij memorantur, Ancæus, Epocus, Amphidamas, & Idæus. Amphidamantis Melanion, qui Atalantam Jaſi, ſeu Schœnei filiam duxit, Parthenopæi unius è 7, qui ad Thebas occubuerunt, ducibus, matrem.

*Inachidarum ſtirps tertia.*

*c* Dion. Hal. lib. 1, Apoll. 2. & 3.

*d* Hæc Apoll. lib. 3.

Ergo Pelaſgi Arcades fuiſſe videntur: qui Peloponneſo pulſi, in Hæmoniam, quæ Theſſalia eſt dicta poſtea, migrarunt, ducibus Achæo, Phthio, & Pelaſgo. Unde ſexta ætate à Curetibus, & Lelegibus, qui deinde Ætoli, ac Locri nominati ſunt, ejecti, pars in Cretam abierunt; pars Cycladas inſulas; alij Heſtiotidem ad Olympi & Oſſæ radices; alij Bœotiam, Phocidem, & Eubœam: Aſiam & Helleſponti oram: ac Leſbum tenuerunt alij. Complures in Saturniam, quæ eſt Italia, tranſmiſerunt; ſeque Ab originibus adjunxerunt. Hæc Dionyſius. quibus & Strabo conſentit.

Strab. lib. 5. p. 153. Dion. Halic. lib. 1. p. 14.

A. 3184. P. I. ad 3701.

## *De Hercule, Iaſone, Argonautarum expeditione, Minoë, Theſeo, Oedipo, ejúſque filiis, ac Thebano bello.*

CAPUT X. Vide Par. 2. l. 2, cap. 9.

HOc temporis ſpatio, quod Hebræorum exitum ab Ægypto deinceps eſt ſecutum, inſignia illa carminibus Poëtarum nomina, & fabuloſi Græciæ Heroës extiterunt. quorum alij majorum in Deorum gentem adſcripti ſunt: alij inter minores, ac ſemideos habiti. Horum pleroſque ſparſim, ut ſe occaſio dabat, attigimus. Nunc illuſtriores quoſdam referemus, ac primum omnium Herculem. quod nomen non uni tributum eſſe conſtat. *a* Tres à Diodoro commemorantur, quorum unus omnium antiquiſſimus fuit Ægyptius; qui cum armis terrarum orbem peragravit. Secundus Cretenſis, qui ex Idæis Dactylis fuit, ac ludos Olympicos inſtituit. Poſtremus paullo ante Trojanum bellum natus ex Alcmena; qui Euryſthei imperio paruit. Hos tamen in unum conflari vulgò idem Diodorus aſſerit. *b* Cicero ſex enumerat; quorum ultimus idem ille eſt Alcmena genitus. de quo nos hic agimus. Alcmenæ pater fuit Electryo, Perſei & Andromedæ filius: mater, ut Apollodorus cenſet, Anaxo Alcæi filia. ut autem *c* Diodorus ait, Eurymeda, vel Eurydice Pelopis. Illa cum Amphitruoni nupſiſſet patrueli ſuo, (hic enim Alcæo natus eſt Electryonis fratre, Perſei filio) Herculem de Jove peperit. cujus ætas circa Gedeonis præfecturam convenit. Nam Euryſtheus anno Periodi Julianæ 3468, Gedeonis nono regnare cœpit, ante Chriſtum 1246. Natus apud Tirynthem Hercules, Thebas cum Amphitruone tranſlatus eſt. *d* quam urbem, ut primùm adolevit, ab Ergini Minyarum regis dominatu in libertatem aſſeruit, & Orchomenum Bœotiæ oppidum, quæ regni illius ſedes erat, evertit. Ob id Creon Thebarum rex filiam ei Megaram conjugem dedit. Inde Euryſtheo in ſervitutem deditus varia obiit certamina. *e* Cum Jaſone quoque inter Argonautas navigavit in Colchos,

*a* Diod. fine l. 3. *Hercules plures.*

*b* Cic. 3. de Nat. Deor. *Herculis poſtremi geſta.*

*c* Lib. 4. p. 151.

*Herculis geſta.*

*d* Diod. 4. p. 152.

*e* Diod. 4. p. 185. Hyg. Fab. 14, & 89. Apoll. 1.

& *a* cum Amazonibus, earúmque regina Hippolyta ad Themiſcyram urbem acie congreſſus, eas devicit. *b* Trojam inde rediens expugnaſſe, ac cæſo Laomedonte, Priamo regnum dediſſe fertur. Idem in Hiſpaniam, Italiámque penetravit annis ante ultimam Trojæ vaſtitatem circiter 55, ut mox explicabitur. *c* Olympicis verò celebratis in Græcia ludis, in deſperatum morbum incidens, vivus ſe ardentem injecit in rogum. quorum omnium certum tempus ex Argonautarum expeditione poteſt conjici. de qua ideo paucis hîc dici convenit. A. 3134. P. I. ad 1701. *a* Diod. 4. p. 156 *b* Diod. 4. p. 165. Hyg. 89. *c* Diod. 4. p. 170. Euſeb. Chron.

*d* Critheus Æoli filius, Hellenis nepos, Deucalionis pronepos, ex Tyrone Salmonei filia Æſonem genuit Jaſonis patrem, & ex eádem à Neptuno vitiata Pelias eſt ortus. Hic, mortuo Critheo, Theſſaliæ regnum invaſit, fratre pulſo Æſone: cujus filiam viribus, & ætate florentem Jaſonem veritus, eum in Colchos ad aureum vellus reportandum navigare juſſit; hoc eſt ad repetendos theſauros, quos Phrixus fugiens apud illos depoſuerat. Ejus expeditionis fama vulgata per Græciam, quæ tum viris fortibus abundabat, complures ex iis in ſocietatem glorioſi laboris excivit: quorum variè prodita ſunt nomina. *e* Primarij fuiſſe perhibentur, Hercules Alcmenæ filius, Orpheus Oeagro, & Calliopa genitus, muſicæ, ac poëticæ artibus illuſtris; Caſtor, & Pollux; Peleus Achillis pater; Telamon, Theſeus, Pirithous, & cæteri. Hi duce Jaſone, majore, quàm viſa erat hactenus, fabricata nave, quæ Argo ab celeritate dicta eſt, ad Troadem appulerunt; ubi Heſionem Laomedontis filiam, ceto interfecto, cui erat expoſita, liberavit Hercules, eámque ſibi ex pacto conceſſam, cum equis pernicibus apud patrem reliquit, dum ab expeditione rediens cuncta reciperet. Jaſon ut in Colchidem venit, conciliata ſibi Medea regis Æetæ filia, voti compos eſt factus, eámque connubio ſibi junctam cum aureo vellere pervexit in Theſſaliam. Hercules ab Laomedonte præmium ex pacto repetens, ac perjurio ejus illuſus, Trojam expugnat, Laomedontem interficit, filium ejus Priamum regem con-

*d* Apollo: 1. *Argonaut. ex expeditio.*

*e* Vide Hyg. Fab. 14. Apoll. 1. Apoll. Rhod. Val. Flac. Orph. &c.

Diod. 4. Hyg. &c.

A. 3184. P. I. ad 3701. Vide Par 2. l. 2, cap. 9.

ſtituit. Quadrageſimo id anno geſtum eſſe, priuſquam Græci Trojam funditus everterent, Iliados parvæ teſtis eſt ſcriptor. Quare Argonautarum navigatio, ſi vera iſta ſunt, in annum cadet, qui ante Chriſtianam epocham numeratur, 1226. Paullo hæc aliter à Darete Phrygio narrantur; Argonautas à Laomedonte Trojanis litoribus excluſos, mox ut reverſi ſunt in Græciam, comparata claſſe, duce Hercule, in Throadem profectos, oppidum Ilion cepiſſe, ac Laomedontem cum filiis omnibus occidiſſe, uno excepto, qui tum fortè aberat, Priamo: Telamoni Heſionem in virtutis ceſſiſſe præmium. Quam cùm Priamus per legatos incaſſum repoſceret, Alexandrum filium ſuum cum claſſe miſit in Græciam: à quo abducta Menelai uxor Helena, belli ingentis occaſionem attulit. Hæc Dares Phrygius.

a Diod. 4. p. 178.

*a* Argonautæ, poſtquam in patriam rediêre, ſollemne ludicrum magno apparatu in honorem Jovis inſtituerunt facere, ejúſque curationem Herculi permiſerunt; qui in Elide Peloponneſi provincia ad Alpheum amnem ludos inſtauravit Olympicos: tametſi auctorem illorum Atreum facit *b* Velleius, per eoſque generis omnis certaminum victorem fuiſſe dicit Herculem. Sed fieri poteſt, ut non ſemel, & ab ambobus, brevi interjecto ſpatio, celebrati ſint. Mors Herculis haud longè ante tentatam ab illius poſteris Peloponneſum, & Euryſthei necem accidit, quæ ſub annum cadit ante cladem Trojanam viceſimum, ut poſtea demonſtrabitur.

b Vell. 1.

Diod. p. 179. Apoll. 1.

c Diod. ibid.

Interim Jaſon Corinthi degens apud Creontem regem, Glaucen ejus filiam, Medea repudiata, conjugem duxit: *c* cùm jam annos cum illa vixiſſet decem. quam injuriam barbara mulier in Creontis familiam, & genitos ex Jaſone filios ſuos ulta, Thebas ad Herculem confugit; ac poſt longos errores in patriam longo intervallo rediit. Jaſon magna ob perfidiam invidia collecta, rerum omnium inops ſibi vitam eripuit. Unus ex Jaſonis, ac Medeæ liberis necem evaſit *d* Theſſalus: qui Iolcum poſtea Jaſonis patriam petens, paterno ſibi jure debitum adiit re-

d Diod. p. 180

gnum, ab eóque Theſſalia nomen accepit: quamvis id alteri cuidam nominis ejuſdem *a* Velleius aſſignat.

A. 3184. P. I. ad 3701.
*a* Velle. 1.

*b* Sub idem tempus Minos in Creta regnabat Minois alterius nepos, quem Jovis filium ex Europa fuiſſe memorant. Hujus filium Androgeon Ægeus Theſei pater in Attica per ſicarios occiderat. Ob eam cauſſam Athenienſibus Minos intulit bellum. tùm eodem tempore fame, ac ſiccitate per Atticam, Græciámque reliquam divinitus immiſſa, principes civitatum Delphos deliberatum miſerunt, quodnam iis malis remedium caperent. *c* His conſulentibus oraculum editum eſt, ut Æacum Jovis, & Æginæ filium pro communi Græcia deprecatorem adhiberent. Æacus votis ritè ſuſceptis, omnium, præterquam Athenienſium, agris fertilitatem reddidit. His verò rurſus adeuntibus Pythia reſpondit: non priùs mali finem eos habituros, quàm de nece Androgei ex Minois arbitrio ſatisfecerent. Hujus itaque decreto, ſeptimo quoque anno ſeptenos mares, ac totidem puellas in Cretam mittere jubentur. *d* Eò cùm Theſeus ſive ſponte ſua, ſive ex ſorte veniſſet Ægei filius, Ariadnæ, quæ ejus amore capta erat, opera Minotauro ſuperato, quem Minois ducem fuiſſe referunt vocabulo Taurum; periculo ſe, Athenas ſervitute in perpetuum liberas fecit. Id paullò ante mortem Ægei, & initium regni Theſei incidit. Nam cùm navem è Creta Theſei nigris velis Atticam in portum tendere, non albis, ut inter eos convenerat, Ægeus è littore proſpiceret, ſeſe in mare præcipitaſſe dicitur. *e* Theſeus porro ſive annis ante Trojanum excidium ſeptem & quadraginta; ſive paullo pluribus regnare cœpit. *f* Poſtea Minos Dædalum ingenioſiſſimum artificem, qui è Creta in Siciliam ad Cocalum regem aufugerat, armis repetens, ab eodem Cocalo in balneo ſuffocatus eſt. Theſeus æmulatione Herculis rebus maximis confectis, tota Græcia celebre nomen eſt adeptus.

*b* Diod. 4. p. 183. Plu. Theſſ. Apoll. 3. Hyg. Minor.
*c* Diod.
*d* Hyg. Fab. 41. & 42.
*e* Clem. Alex. 1. Strom.
*f* Diod. 4, p. 194. Hyg. 43.
*Theſeus.* Vide Par. 2. l. 2. c. 9.

*g* Inter alia porro Amazonum copias, quæ ex Ponto claſſe in Atticam pervenerant, collatis ſignis cecidit Boedromione menſe; qui ob illius

*g* Plut. Theſ. Diod. 4, p. 163.

Digitized by Google

A. 3184. P. I. ad 3701.

victoriæ memoriam id deinceps nomen accepit. Herculis deinde poſteros ab Euryſtheo rege armis appetitos, egregia fidei commendatione, Athenienſium ſuorum præſidio tutatus eſt: *a* Poſtremò cùm decennem Helenam *b* quinque & viginti ante Trojanam cladem annis rapuiſſet, *c* magnúmque ab Tyndaridis bellum in ſe provocaſſet, Meneſthei factione pulſus Athenis in Scyrum inſulam conceſſit, ibíque ex mœrore obiit, non ſine ingratæ patriæ deteſtatione: *d* quam per pagos diviſam, ſub regni ſui primordium unum in corpus civitatis contraxerat.

*a* Diod. 4, p. 185.
*b* Vetus Chron. apud Clem. Alexan. l. 1. c.
*c* Plut.
*d* Arund. marm.

*e* Triſte ante hoc tempus Thebis editum eſt ſpectaculum. Oedipus Laio patre per imprudentiam occiſo, Iocaſtæ matris nuptias in præmium interfectæ à ſe Sphingis adierat. quo ex conjugio nati ſunt Etheocles, & Polynices. Re comperta, Oedipus effoſſis ſibi oculis voluntarias pœnas luit. Ejus filij inter ſe ita pacti ſunt, ut alternis annis regnarent. Etheocles anno ſuo perfunctus Polynici fratri cedere noluit. qui Argos ad Adraſtum ſe recipiens gener illius eſt factus. Hinc, *f* Theſeo adhuc ſuperſtite, motum eſt adverſus Thebanos vehemens bellum; Polynice contra fratrem Etheoclem Adraſti, & aliorum principum arma concitante. qui omnes ſeptem numero fuiſſe narrantur; Adraſtus, qui Argis regnabat; Tydeus Oenei Calydonij filius; Cappaneus; Hippomedon; Parthenopæus Atalanta Schenœi filia genitus; Amphiaraus, qui Adraſti ſororem Eriphylem habebat in matrimonio, & Polynices. Hi præter Adraſtum eo bello univerſi perierunt, cum ingenti militum ſtrage, quorum omnium cadavera ſepeliri Creon vetuit Iocaſtæ matris ejuſdem, & conjugis Oedipi frater. *g* Sed Athenienſes duce Theſeo pro communi humanitate Thebanis indixêre bellum; eorúmque capta urbe, parentandi propinquis copiam fecere.

*e* Diod. 4, p. 18. Hyg. 67, & ſeq. Apol. 3.
*f* Apollod. 3. Diod. 4 l, p. 185. Hyg. 18, & ſeq. Apoll. 3.
*Septem ad Thebas ducum nomina.*
*g* Apoll. 3.

Accidit Thebanum hoc bellum, ſi veteri apud *h* Clementem Chronologo creditur, annis ante Trojam dirutam ſeptem, triginta. *i* Poſt annos decem, principum illorum, qui ad Thebas occubuerant, liberi, quos epigonos vocant; du-

*h* Clem. Alex. 1. Strom.
*i* Diod. 4, p. 187. Hyg.

ee electo Amphiarai filio Alcmeone, bellum contra Thebanos capeſſunt, iiſque acie victis, urbem diripiunt; *a* Tireſiam abducunt, qui in itinere mortuus eſt: filiam ejus Manto Delphos ablegant, quæ inde in Aſiam eſt profecta. *b* Diodorus eam Daphnen nominat, quam apud Delphos hæſiſſe, & , ut præclara erat indole, ſingulari elegantia oracula ſcriptitaſſe refert, ex quibus Homerum ait haud pauca ſumpſiſſe *c* Thebani urbe ſua pulſi, Dorienſes viciſſim oppidis ſuis ejiciunt, ac plerique Thebas poſtea reverſi ſunt.

A. 3184. P. I. ad 3701.

*a* Pauſ. Achai. p. 298.

*b* Diod. 4, 187.

*c* Diod. 4, 187.

## *De Trojanorum regno, ac Troja excidio, Ænea in Italiam profectione, Iovis & Saturni ætate.*

ANNO, poſtquam ex Ægypto profecti ſunt Iſraëlitæ, ferè quinquageſimo, paullo ante mortem Joſue, *d* Trojanum regnum in Aſia fundatum eſt, auctore Dardano, quanquam primus in Troade regnaſſe Teucer dicitur, Scamandri & Idææ nymphæ filius, à quo Teucrorum populis illis inditum eſt nomen. Jovis porro, & Electræ Atlantidis filij extitere duo, Dardanus, & Jaſion, ſive Jaſius, qui ambo primùm in Italia regnarunt, *e* ac Tuſciæ urbe Corito etſi *f* aliis placet non ex Italia, ſed Arcadia duci illorum originem. Igitur patriis ambo relictis ſedibus, in Samothraciam venerunt.

CAP. XI. Par. 2, l. 2, c. 10.

*d* Apoll. d. 3 Diod. 4, p. 1..

*e* Virg. 3. Aen. & Serv.

*f* Varoni, & Græcis apud Serv. ibid.

Unde poſtea Dardanus in Troadem tranſmittens, ab rege Teucro humaniter exceptus eſt, ejúſque filiam Batieam in matrimonium accepit. *g* Sunt qui ab Dardano fratrem interfectum eſſe velint Jaſium. *h* Apollodorus ob tentatam Cererem fulmine ictum eſſe prodidit. Nec *i* deſunt qui Dardanum prius in Troade regnaſſe, quàm Teucrum exiſtiment: atque hunc è Creta veniſſe. *k* Teucro mortuo Dardanus cognominem ſibi urbem condidit ad montem Idam, prope mare, populóſque de ſe Dardanos nominavit. Hujus filius Erichthonius ex Aſtyoche Simoëntis filia Troëm ſuſcepit, *l* à quo regioni Trojæ nomen impoſitum. *m* Troi è Callirrhoë Scamandri

*g* Serv. ad 3. Aen. Auct. Troic.

*h* Apoll. 3.

*i* Serv. ad 3. Aen. Auct. l. de prog. Aug.

*k* Apoll. Diod.

*l* Apoll. 3.

*m* ibid.

Digitized by Google

A. 3184. P. I. ad 3701.

filia nati ſunt Ilus, Aſſaracus, Ganymedes, & filia Cleopatra. Ganymedem Tantalus rapuit *a* Paphlagoniæ rex, annis ante Trojanum excidium circiter 192, *b* ut ex antiquo Chronologo Clemens Alexandrinus aſſerit. Paulò infra hoc tempus hiſtoriam iſtam ſummovet Euſebij Chronicon. quod & Phrygiæ, quæ tum Mæonia dicebatur, regem appellat Tantalum. *c* Hanc injuriam Ilus armis perſecutus Tantalum exuit regno. Aſſaraco natus eſt Capys, cujus Anchiſes filius, Æneæ pater. Ilus in campeſtri Troadis regione Ilium condidit, ac Laomedontem genuit: cujus filij Tithonus, & Podarces, filia Heſione. Tithonus in Orientem, & Æthiopas uſque profectus, Memnonem ibi filium ſuſcepit. Podarces, occiſo, ut ſuprà meminimus, Loamedonte, regnum accepit ab Hercule, quod *d* annis quadraginta tenuiſſe ſcribitur. Complures hic liberos habuit; è quibus Alexander, qui & Paris eſt dictus, navibus in Poloponneſum, ac Spartam delatus, Menelai hoſpitis uxorem Helenam rapuit. ob quam grave bellum adverſus Trojanos Græci *e* toto decennio geſſerunt, magno gentis utriuſque damno, & occiſis amborum fortiſſimis ducibus. Sed Græcis, quorum erat cauſſa juſtior, ad extremum ceſſit victoria, proditione Antenoris & Æneæ urbe capta, atque direpta. Clades iſta certiſſimè incidit in eum annum, qui eſt Periodi Julianæ 3530, ante Chriſtum 1184, ſub Jaire Hebræorum Judice. Victores domum redeuntes nihilo commodior fortuna, quàm victos excepit. Plerique tempeſtate jactati, aut oppreſſi Agamemnon in ipſo conjugis, ac Deorum penatium complexu, ab Ægiſtho adultero Thyeſtæ filio confoſſus eſt. *f* Sed hujus necem ultus eſt poſtea filius ejus Oreſtes: qui cum Electra ſorore conſiliorum omnium participe, Ægiſthum, & Clytemneſtram matrem ſuſtulit; Diis, ut ferunt, parricidium approbantibus diuturnitate imperij pariter, & felicitate. Nam regnavit annos 70, vixit 90. & Hermionem habuit uxorem, Menelai, & Helenæ filiam, occiſo apud Delphos Pyrrho Achillis filio, qui ejus pactæ ſibi nuptias invaſe-

*a* Diod. 4, p. 191.
*b* Clem. Alex. 1, Stro.
*c* Diod.
*d* Auct. Troic.
*Trojanum bellum.*
*e* Dictys Cret. Dares Phryg. Hyg.
*f* Vell. lib. 1. Hyg. Fab. 19.

rat, *a* annis viginti poſt everſum Ilium.

Melioribus auſpiciis ex illo incendio patriæ longinquas in oras evolarunt Trojani duo, Antenor, & Æneas. quorum *b* ille per Adriaticum mare ad Venetorum appulſus litora, urbem ibi Patavium poſuit *c* alter claſſe navium duarum & viginti pervenit in Latium, cui Latinus tum præerat Fauni filius; ſive, ut quibuſdam videtur, Herculis. *d* Ante quem quatuor omnino fuiſſe reges accepimus, *e* Janum, Saturnum, Picum, & Faunum. Jano regnante Saturnus à Jove filio pulſus ad Italiam appulit; ibique exceptus hoſpitio, haud procul Janiculo arcem condidit, quam de ſuo nomine Saturniam vocavit. Quatuor iis regibus annos 150. tribuit Euſebij Chronicon. Ex quo videtur initium Jani in annum convenire, qui ante Chriſtum fuit 1330. *f* indidémque conſtat quanta ſit vetuſtas gentilium Deorum. Nam cùm Jano, ut dixi, regnante Saturnus vixerit, poſt annum ante Chriſtum 1330: non multo antè naſci Jupiter potuit; adeóque ſub Aod Iſraëlitarum Judice, ante tria circiter ab hac ætate noſtra annorum millia: circa quod tempus ætas aurea fuit, Poëtarum commendata fabulis. Picum Saturno genitum fuiſſe *g* Virgilius, & *h* Ovidius affirmant. Fauno verò regnante *i* annis ante Trojæ excidium ſexaginta Evander ex Arcadia navigavit in Italiam; & Pallantium extruxit, ubi Roma eſt poſtea condita. Ante hunc Pelaſgi è Theſſalia in Epirum, & Dodonam primò; tum inde in eandem Italiam profecti, cum Aboriginibus, qui ex Arcadia eò pridem appulerant, ſeſe conjunxerunt. à quibus ejecti Siculi ſub annum vel 60, ut Philiſto placuit: vel 90, hoc eſt γενεὰς tres, ut Hellanicus ſcripſerat, in Trinacriam, ſive Sicaniam trajecerunt, quæ ab illis Siciliæ vocabulum traxit. Quinque poſt Evandrum annis: ante Trojanam cladem quinque, & quinquaginta, Hercules cum Græcorum manu ad eandem appulſus oram ab Evandro comiter exceptus eſt.

*k* Demum Latino rege, & anno ejus 35, Æneas anno à calamitate Trojæ tertio, in Laurentem adductus agrum, pacem cum Latino, affinita-

A. 3184 P. I. ad 3701.
*a* Euſeb.
*Antenor in Italiam proficiſcitur.*
*b* Dictys l. 5. Vir. 1. Æn.
*c* Dares. Halic. 1. l. 1.
*d* Euſeb. Chr. l. de Orig. Roman.
*e* Halic. Vide Par. 2, l. 3, c. 10.
*f* Vide Lact. fine lib. 1. *Iovis* [illegible], *& Saturn.*
*g* Æn. 7.
*h* 14. Met.
*i* Dion. Halic. 1. Victor. de Orig.
*Herculis adventus in Italiam.*
*k* Dion Halic. 1. l. 1. Aliter Conon. apud Phot. cod. 186, l. 46.

A. 3184. P. I. ad 3701. *Turnus.*

téinque junxit, filia ejus in matrimonium accepta Lavinia, à qua conditum à ſe oppidum appellavit Lavinium. Turnus deinde Rutulorum rex Latinum ſimul & Æneam bello petiit, iratus utrique, quod prius pactam ſibi Laviniam ille advenæ, quam indigenæ, dare maluiſſet. Victi acie Rutuli; Turnus, & Latinus occiſi quarto anno poſt Trojam erutam. Ita ſolus Æneas rerum triennio potitus eſt. cui in prælio, quod Rutuli ac Mezentius Tyrrhenorum rex cum eo geſſerunt, interempto ſucceſſit Aſcanius. Is hoſtibus fuſis, pacéque cum Mezentio facta, triceſimo poſt conditum Lavinium anno, Albam longam extruxit. Qua in urbe 14 poſt Aſcanium reges imperarunt ad Romulum uſque, Romæque primordium.

*Æneæ mors.*

## *De Herculis poſterorum expeditionibus in Peloponneſum: Melantho, & Codro Athenarum regibus: tum de Archontibus: de Æolica, & Ionica migratione, aliiſque nonnullis.*

CAP. XII. *a* Ex Apoll. 2, Diod. l. 4, p. 181 & ſeq Pauſ. Corint. p. 60. & alibi paſſim. Euſe. 5. de Præp. p. 224.

HERCULI *a* Alcmenæ, & Amphitruonis filio utrumque genus è Peloponneſo, ac Mycenarum regibus fuit. Ambo enim illius parentes Perſei nepotes, & patrueles invicem erant. Alcæi quippe Perſeo nati filius Amphitruo: Electryonis eodem geniti Perſeo filia fuit Alcmena. Amphitruo, fratre eodémque ſocero per imprudentiam occiſo, ab Sthenelo patruo Mycenis exturbatus Thebas petiit. Hercule mortuo, Mycenarum rex Euryſtheus Stheneli filius ſtirpem illius omnem conatus eſt extingere; veritus ne, ſi adoleviſſet, Mycenarum ad ſe transferet imperium. Igitur Ceyci regi, apud quem Trachine morabantur, denuntiat, ut ſuſpectum ſibi genus, niſi mallet dedere, ſuis finibus expelleret: hoc ni faciat, bellum expectare jubet. Hoc mandato territi Heraclidæ, cùm nemo eos Euryſthei metu recipere auderet, ad Athenienſes, eorumque regem Theſeum, non, ut *b* Euripides ait, Demophoontem, ſe conferunt. Eu-

*b* In Heracl.

Digitized by Google

ryſtheus magnum in illos exercitum ducit. Fit deinde prælium, in quo ducibus Iolao Iphicli fratris Herculis filio, & Hylio, quem ex Dejanira idem Hercules genuerat, ac Theſeo, victus Euryſtheus ab Hyllo perimitur; unáque proles ejus omnis occubuit. *a* Victores Heraclidæ Peloponneſum occupant, ac brevi amiſſa omnia recuperant. Sed ingruente peſte, quod ante conſtitutum tempus reditum acceleraſſent, ab oraculo moniti ſponte diſcedunt. Poſt hæc Hyllus conſulto iterum Apolline reſponſum accipit, uti fructum tertium expectet. Id eò valebat, ut in tertiam hominum ætatem differre juberetur. at ille tertium annum ſignificari putans, poſt id tempus novam expeditionem comparat, pérque Iſthmum copias immittit, ancipiti altero falſus oraculo, quod *b per humentes anguſtias* ducentibus victoriam pollicebatur: qua ambage mare ipſum intelligebat Pythia, quo ad eaſdem illas Peloponneſi fauces contenditur. Ingruentibus Heraclidis Atreus Euryſthei avunculus, *c* ejúſque ſucceſſor ſe cum armis oppoſuit. Commiſſa pugna cadit Ariſtomachus unus Heraclidarum. ac demum Hyllus hoſtium quemlibet ad ineundum ſecum ſingulare certamen provocat, cum ea lege, ut utrius partis victor eſſet, ea Peloponneſum obtineret; Heraclidæ porro, ſi vicisſet hoſtis, non ante certam diem, (quinquageſimum annum Diodorus; *d* alij centeſimum finiunt) illius aditum repeterent. Conditione accepta pugnat Echemus Tegeatarum rex, & Hyllum interficit. Heraclidæ in Atticam revertuntur. *e* Prima hæc irruptio annis viginti Trojanum excidium anteceſſit.

A. 3184. P. I. ad 3701.

*a* Apoll. 2.

*b* Euſeb. 5, de Præp.

*c* Thucyd. 1.

*d* Thucyd. Schol. lib. 1.

*e* Schol. Thuc. ad lib. 1.

Exinde poſt annos à priore centum; ab Trojana clade, *f* octoginta, rurſus Heraclidæ Peloponneſum aggrediuntur. Horum principes erant, Ariſtomachi filij tres, Temenus, ſive Temenes Creſphontes, & Ariſtodemus. qui dum claſſem moliuntur ad Naupactum, Ariſtodemus ſive *g* ictu fulminis, ſive Pylade, *h* & Electæ filiorum, Tiſameni propinquorum, dolo periit: in cujus locum ambo ejus filij, Procles, & Euryſthenes ſuffecti. Illi ducem expeditionis triocu-

*f* Thuc. 1 Vell. 1. Tatian. Eratoſt. apud Clem. Alex. 1, Strom.

*g* Apoll. 2.

*h* Pauſ. init. Lacon.

Digitized by Google

A 3184. P. I. ad 3701.

a Apoll. 2. Pauſan. Elia c. 1.

lum adhibere juſſi ab oraculo, in luſcum *a* quendam incidunt mulo inſidentem; cui nomen Oxylus, genus ex Ætolia. Huic pacti Elidem ſe daturos, ejus ductu hortatúque claſſem inſtruunt, ac Peloponneſum invadunt. Eam regionem per id tempus incolebant ferè populi duo, Achæi, & Iones ab ambobus Xuthi filiis ita dicti. Achæi Argos, & Lacedæmonem habitabant ſub Pelopidarum, hoc eſt poſterorum Agamemnonis regno. Tiſameni, & Penthili; quorum pater Oreſtes fuerat. Iones Achaïam tenebant. *b* Heraclidæ pulſis Achæis trifariam ſortes diſtribuunt. ex quibus Temeni Argos obtigit, Creſphonti Meſſenia, Ariſtodemi filiis Laconia. *c* Nec verò regiones iſtas priùs armis, quàm jure ad ſe pertinere dicebant. quippe Argos antè Perſei, quàm Pelopis, tenuiſſe poſteros: Laconicam verò, interfecto, qui eam occuparat, Hippocoonte, Tyndareo commiſiſſe Herculem. ſimiliter & Meſſeniam Neſtori, quam occiſo ejus patre Neleo, ac fratribus omnibus armis acquiſierat.

b Pauſan. Meſſen. 113. Apoll.

c Pauſ. Cor. p. 60.

d Pauſ. Eliac. 1. p. 150. Strabo lib. 8.

*d* Oxylus Elidem, ut convenerat, accepit; cujus è progenie Iphitus fuit, qui agones inſtauravit Olympicos. Soli Arcades priſtinis in ſedibus hæſere, quod in aſperis, ac præruptis locis degerent. Elidenſes Ætolos advenas in partem agri receperunt. *e* Phliaſias invaſit Rhegnidas Phalci filius, Temeni nepos, Hippaſo depulſo; qui inde Samum contendit, & filium habuit Euphronem, qui Mneſarchum procreavit; è quo natus eſt Pythagoras.

e Pauſ. Cor. 8. 56.

Heraclidarum hæc incurſio magnis per omnem Græciam populorum motibus, ac migrationibus originem præbuit: cùm ut quiſque à valentiore ſedibus ſuis ejectus fuerat, in alterum imbecilliorem incumberet; non ſecus ac ventis turbato mari fit, ut è longinquo concitati fluctus proximum quemque propellant. *f* Achæi iis, quas dixi, provinciis coacti cedere, contra Ionas in Achaïam erumpunt; iiſque debellatis, & in fugam actis, in illorum immigravêre locum, rege amiſſo Tiſameno, qui in conflictu cecidit. *g* Iones in Atticam fugêre, ubi eos Melanthus excepit, qui cum aliis Neleidis, ac Neſtoris

f Pauſ. in Eliac. 1, & 1. Acha. p. 206.

g Pauſ. in Acha.

poſteris eodem non multò ante pervenerat. A. 3:84. P. I. ad 3701.

Hunc Andropompi filium *a* Pauſanias fuiſſe dicit, Bori nepotem; cujus pater Penthilus, avus Periclymenus fuit Neſtoris filius, & ab Heraclidis expulſu Athenas migraſſe. cui & *b* Conon aſſentitur. Fortè tum Athenienſes cum Bœotis ſuper Oenoë bellum gerebant, idque ſingulari regum prælio dirimi placebat. Ab eo cùm Thymœtes Athenienſium rex abhorreret, Melanthus oblata ſpe regni, periculum adiit, & Xantho Bœotorum interempto rege, Athenarum imperio mutavit exſilium. Mox idem pulſos ab Achæis Jonas peregrinus ipſe ſuſcepit. Hinc apparet, poſt Heraclidarum reditum in Peloponneſum Melanthum in Attica regnare cœpiſſe: contra quàm Euſebius in Chronico exiſtimaſſe videtur. *c* Paternam æmulatus gloriam Melanthi filius Codrus, majorem etiam virtutem promeruit. Bello quippe, quod inter Dorienſes novos Peloponneſi incolas & Athenienſes erat, cùm reſpondiſſet *Pythia*, quorum dux in acie cecidiſſet, eos fore ſuperiores, paſtorali ſumpto habitu, hoſtium agmen ingreditur. ibi temerè jurgium ciens, ab gregario quodam milite, quem ſauciarat, interficitur. Agnito regis cadavere Dorienſes ſine pugna recedunt. Quo in facto utrum magis mirêre neſcias, vitæ, an regni contemptum, quod utrumque mortales cariſſimis omnibus anteferre ſolent. Ea pugna congruit in annum ante Chriſtianam æram 1071, qui eſt Per. Jul. 3643.

*a* Corint. p. 60.
*b* Conon lib. 39, apud Phot. cod. 186, Suid. in voce Μέλανθος.
*Melanthus.*
*c* Velle. 1. Iuſt. 2. Pauſ. Acha p. 232.
*Codrus.*

Codri morte regum Athenis extincta ſucceſſio eſt: adminiſtratióque reipublicæ magiſtratibus permiſſa, quos ἄρχοντας vocabant: iíque initiò fuere perpetui. & primus horum Medon fuit *d* Codri filius, pede altero, debilis. quem cùm ideo frater ejus Neleus principem ſe negaret Athenis paſſurum fieri, re ad arbitrium Apollinis delata, ſecundum Medontem ille pronuntiavit.

*d* Pauſ. Acha. p. 106.

Ut de Græcorum migrationibus, & coloniis quod inſtitueram abſolvam: poſt Heraclidarum reditum inſignes ab auctoribus commemoratæ ſunt duæ: altera Æolica, duce *e* Penthilo Oreſtis filio, qui ſtatim atque Laconica ceſſit, in

*Æolica migratio.*
*e* Strabo lib. 13.

A. 3184. P. I. ad 3701.

Traciam primò cum ſuis penetravit. tum eo vita functo in Aſiam trajecêre, ejúſque partem illam, quæ Æolis deinceps appellata fuit. Nam Achæi, qui Laconicam incolebant, Æolenſes erant. Altera longè celeberrima migratio, quam Ionicam nominant, annis poſt Trojæ cladem centum & triginta; vel, aliis viſum eſt, decem amplius evenit *a* Iones Athenas profecti, uti ſuprà demonſtravimus, poſt Codri obitum, Neleo, & Androclo filiis ejuſdem ducibus, tranſmearunt in Aſiam, & oram ejus, quæ ab illis vocata eſt Ionia, oppidis frequentarunt.

*Ionica migratio.*

*a* Pauſ. Acha. p. 206. Strabo 13. Vell. 1. Aelian. 8, Var. c. 5.

*b* Medio inter ambas tempore novam è Laconica Minyarum coloniam Theras duxit Auteſionis filius, Polynicis Oedipi filij abnepos, cujus ſoror Argia Ariſtodemo nupta Proclem & Euryſthenem peperit. Erant Minyæ Argonautarum è Lemniadibus poſteri. qui à Pelaſgis Lemno pulſi Lacedæmonem ſupplices acceſſerant. ubi comiter accepit, ac civitate donati, cùm inſoleſcere cœpiſſent, ac jus etiam vindicare ſibi regni, in vincula conjiciuntur. Inde cum uxoribus permutato habitu in Taygetum evadunt. Sed cùm ad ſupplicium Lacedæmonij eos expeterent, Theras condonari ſibi illos poſtulat, ut ad novas capiendas ſedes ſecum educeret. His impetratis itineris ſociis, in Calliſten inſulam, quæ inter Cretam, & Libyam ſita eſt, colonos intulit, ac de ſuo nomine Theram appellari conſtituit. Id una antè Ionicam profectionem ætate incidiſſe *c* Pauſanias refert, quod 30 annis æſtimari ſolet.

*b* Herod. l. 4.

*c* Pauſ. Acha. p. 226 Strabo 13.

Pòſt Ionum ex Attica demigrationem, Cumam Phricotidem, vel Phriconidem, ſive Æolicam in Aſia colere cœperunt Æoles, qui eodem, quo Penthili ſocij, tempore profecti è Laconia, circa Locridem, ejúſque montem Phricium hæſerunt. unde in Aſiam tranſportati, Comam illîc ab eo, quem incoluerant, monte nominarunt, *d* annis poſt frequentatam civibus Leſbon viginti. *e* Hanc verò ſub Ionum adventum in Aſiam novis auctam eſſe coloniis conſtat.

*d* Herod. in vita Hom.
*e* Aelian. l. 8. Var. c. 5.

*f* Æoles duodevicesſimo, poſtquam ad Cumam appulerant, anno Smyrnam condiderunt, hoc eſt poſt Trojanum bellum 168. quo tempo-

*f* Herod. in vita Hom. Vell. Cyril. 7. con. Iul. Vide Euſ. 10. de Præp.

Digitized by Google

re clariſſimum ingenij lumen Homerus in lucem exiit annis ante Chriſtum circiter mille Judæis Salomone regnante. etſi de ejus ætate non planè inter auctores convenit. Huic tempore & ingenio famâque ſupar Heſiodus vixit: quem nonnulli vetuſtiorem; quidam verò recentiorem faciunt *a* ſed æqualem fuiſſe, ex Arcturi ortu, quem poëta ille deſcribit, eruditi artis illius colligunt. A 3184 P. I. ad 1701. *Homerus.* *a* Longom. 2. Sphær p. 83.

Cuma fuit altera, *b* oppidum Eubœæ inſulæ; *c* ex qua, & Chalcidæ, Hippocle Cumæo, ac Megaſthene Chalcidenſi ducibus, cloni profecti, Cumas in Italia condiderunt. Quorum curſum ante eos volitans columba rexiſſe fertur: ſive etiam ſtrepitus æris, qualis per nocturna Cereris ſacra fieri conſueverat. Aiunt ſic illos inter ſe pactos eſſe, ut amborum populorum alterius eſſet colonia, alter ſuum illi nomen imponeret. Itaque ab Cumæis dicta, propria Chalcidenſium fuit. quam Euboicam idcirco Virgilius appellat. Hanc demigrationem omnium, quæ in Siciliam, Italiámque factæ ſunt, vetuſtiſſimam eſſe confirmat Strabo, proindéque Troicis rebus antiquiorem. at multo citeriorem Velleius & Euſebius exiſtimant. *b* Steph. *c* Strabo 5. Vell. 1. Euſeb. Chron.

## *De Lacedæmoniorum & Corinthiorum regnis, ac de Cypſelo, & Periandro.*

DORIENSES cum Heraclidis, occupati Peloponneſo, regna ibi præcipua fundarunt duo, Lacedæmonium, & Corinthiacum. Lacedæmonem, pulſis Achæis, & Oreſtidis, obtinuerunt Ariſtodemi filij Procles, & Euryſthenes, quos geminos fuiſſe, anno autem Procli vitam breviorem, eúmque fratri rerum geſtarum gloria præſtitiſſe, *d* Cicero prodidit à quibus regum in illa urbe familiæ duæ propagatæ ſunt, Euryſthenidarum, quæ præſtantior eſt habita; & Proclidarum, qui ſecundæ principatus tributæ. Hæc eadem Eurypontidarum eſt dicta ab Eurypontе Proclis nepote. Regum ex priori ſtirpe ſeries notata diligentius eſt: obſcurior altera re- CAP. XIII. Par. 2, lib. 2. cap. 10. *d* Lib. 2. c. 10.

A. 3134. P. I. ad 3701.

manſit, ſine annorum, quot regnavit quiſque, numero. Initium regni illius proximè ab Heraclidarum in Peloponneſum reditu contigit, ſub annum ante Chriſtum 1102, deſiit in Ageſipolide, & Lycurgo, *a* qui poſt Cleomenis obitum, circa annum primum Olymp. 140, utcumque regnarunt.

*a* Polyb. 4. p. 271 & 304.

*b* Sub idem tempus, quo Heraclidæ Lacedæmone regnare cœperunt, Corinthi quoque regnum conſtituerunt: quod hactenus Æolidæ, vel Siſyphidæ tenuerant, ut refert *c* Pauſanias. Qua ex progenie poſtremi Doridas, & Hyantidas ab Alete Hippotæ filio, Phylantis nepote, pronepote Antiochi, Herculis abnepote, exuti regno, in eadem urbe privati conſtiterunt, ac deinceps Aletæ poſteri rerum potiti ſunt. quorum ultimus Teleſtes à Pauſania recenſetur. poſt quem annui Prytanes ſubſtitui, initio ab Automene facto, quem regem facit Euſebius. Solet tamen Corinthiorum Regum nova familia à Bacchide duci, quam Bacchiadarum vocant. Ultimus Heraclidarum Rex Teleſtes apud Euſebium deſiit triennio ante primam Olympiadem. ad quem computantur anni 324. ab Aletæ primordio, qui eſt annus proximus ab Heraclidarum adventu.

*b* Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 31.

*c* Corint. p. 47.

Poſt Automenem optimates ex eodem Bacchiadarum ſanguine civitatem gubernarunt uno ex ſuo grege magiſtratu annuo creato, quem πρύτανιν vocabant, uſque ad Cypſelum, qui à Melane Antaſi filio originem trahebat. Erat Melas Goneüſa oppido ſupra Sicyonem oriundus. qui cum Aleta, & Heraclidis Corinthum expugnavit. ab jiſque poſtea in civitatem adſcitus eſt. *d* Cypſelus annis 30 tyrannidem tenuit: Periander verò Cypſeli filius annis 44. Itaque ab initio regni Heraclidarum, ad Periandri obitum anni ſunt elapſi 518.

*d* Herod. l. 5, c. 92. Ariſtot. 5. Pol. c. 12.

RATIONARII

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ
## LIBER SECUNDUS.

**Annos continens 484, à quarto Salomonis; qui eſt Periodi Jul. 3702, ad mortem Cyri, P. I. 4185.**

***Regum Iuda à Salomone ad Ioſaphatum; & Iſraëlitarum regum à Ieroboamo ad Baaſam geſta res, ac tempora.***

ANNO ab rerum conditu 2972, ante Chriſtum 1012, Salomon parta divinitus ſapientia, & incredibili copiarum apparatu, quas ad hoc olim pater illius congeſſerat, inſtructus, Templum Hieroſolymis aggreditur, opus longè magnificentiſſimum: quod Judaïcæ religionis deinceps ſacrarium foret. Id anno abſolutum eſt octavo. CAPUT I. 3. Reg. 6. *Salomon.*

a Poſt templum regias ſibi, & uxori ſuæ Pharaonis filiæ; tùm alias ædes Salomon annis tredecim molitus eſt. Tametſi poteſt fieri, ut eodem tempore Templum Domini, & palatia iſta conſtruxerit, adeóque non anno regni ipſius 24, ſed 16, ad exitum ædificatio omnis adducta ſit. a 3. Reg. 7. 1.

A. 3702. P. I. ad 4185. a 3. Reg. 11. a Interim opibus ac ſapientia mortalibus longè omnibus antecellens, cùm & regum, populórúmque donis, & obſequiis honeſtaretur, & longiùs dilatatis regni finibus, pace, otióque frueretur, ad extremum ſecundarum rerum magnitudinem non tulit. Quippe vergente jam ætate, uxorum, & concubinarum, quas utraſque ad mille contraxerat, illecebris captus, ad vetitas nefariáſque ſuperſtitiones abducitur. nec utrum ante mortem reſipuerit, hactenus conſtat. ex quo anceps de illius ſalute conjectura poſteris eſt relicta

Roboam. b 3. Reg. 12. Regnum paterno vitio pessundatum evertit Roboam. b Hic enim rogatus à populo, ut in ſe paullo mitiùs, quàm à patre factum erat, exerceret imperium, ſeniorum rejecto conſilio, qui juſtis illius querelis dandum aliquid putabant, de æqualium ſuorum ſententia ſuperbè, aſperéque reſpondit. Quæ res ſic illorum efferavit animos, ut decem omninò tribus à Davidis familia divulſæ, novum ſibi regem ſtatuerent, Jeroboamum Nabati filium Ephraimitam, ſolis duabus, Judæ, ac Benjamini, Roboamo reliquis factis. Ex eo ſciſſum eſt in regna duo Judaïcum nomen: quorum alterum Judæ, alterum Iſraëlis appellatum eſt: hoc verò poſterius etiam Ephraimiticum ab ejus conditore, Jeroboamo, & Samariæ vocari ſolitum, poſtquam in id oppidum tranſportata regni ſedes eſt, quæ hactenus in urbe Sichem, c quam in monte Ephraim Jeroboamus extruxit, collocata fuerat: nam alterius regni Hieroſolymis arx fuit. Davidis poſteri in Judæ tribu regnum tenuerunt unus & viginti: Iſraëlitæ, decem & octo. Priores poſt obitum Salomonis annos imperarunt circiter 387, poſteriores ferè 254.

c Reg. 12, 25.

Jeroboam. d 3. Reg. 12, & ſeq. Ut ad ambos illos reges revertar, neutri vera in Deum pietas conſtitit. Citiùs tamen Iſraëlita defecit. d Qui ut rex factus eſt, veritus ne ſi Hieroſolymam ad ſtata ſollemnia commearent ſui, paullatim eos divortii illius tædium caperet, ultrà ſacrorum cauſſa proficiſci illò vetuit: & ut haberent apud ſe quod venerari poſſent, aureas vitulorum effigies erexit, præſertim in Bethele, ac

Dane: quibus & ſacrificulos, & profanas religiones verarum æmulas inſtituit. Quem aureo vituli ſimulacro thus adolentem Propheta vehementiùs increpavit. Eum verò rex, indignè id ferens, comprehendi mox jubet: ſed cùm ejus manus, qua ut caperetur innuerat, exaruiſſet, hoc prodigio territus, & ad preces converſus, pœnæ illius gratiam obtinuit. Propheta eò, unde venerat, rediens, ab altero Prophetâ domum invitatus eſt, ibíque, contrà quàm à Deo mandatum ſibi fuerat, curato corpore, mox ut digreſſus eſt, à leone interficitur, aſino, quo is vehebatur, incolumi relicto. A. 3700 P. I. ad 4115.

*a* Eâdem Deorum ſuperſtitione contactus Roboamus, ſuos & ipſe traxit in perniciem. Ergo aras & fana poſuêre paſſim, ac lucos in collibus profanis dicavêre numinibus. Hinc iratus Deus Seſacum, quem *b* Seſoſtrim Joſephus exiſtimat, Ægypti regem in eos immiſit, qui *c* anno 5 Roboami Hieroſolymam veniens, theſauris, ac donariis omnibus direptis inde diſceſſit. *a* 3. Reg. c. 14, & 2. Paral. 12. *b* Lib. 8, c. 4. *c* 3. Reg. c. 14. 25.

*d* Sub Abiamo rege Roboami filio ingentem cladem Jeroboamus accepit. Octingenta millia hic in aciem eduxerat. contra quem cum quadringentis millibus progreſſus Abiam, ac propè circumventus, implorata patrij numinis ope inſignem victoriam adeptus eſt, cæſis hoſtium quingentis millibus. quod pro anguſtiis utriuſque regni vix fidem habeat, ſi alio quàm Deo teſte referatur. Nec is tamen tanto beneficio ab imitanda patris impietate abſterreri potuit. *Abiam.* *d* 2. Par. 13.

*e* Aſæ initia laudatiſſima fuerunt. Nam aras, & idola, ac paternæ ſuperſtitionis veſtigia ſuſtulit, excelſis tantummodo relictis. Erant hæc altaria veri quidem Dei cultui, ſed paſſim, & alibi, quam in urbe primaria, contra interdictum Moyſis erecta. *f* Eo regnante, Zara rex Æthiopum cum decies centenis millibus militum, ac trecentis curribus irrumpens, piis regis precibus, obſecundante Deo, internecione deletus eſt. *g* Poſtea Baaſâ adverſus Aſam Ramam muniente, Benadad Syriæ rex donis ingentibus contra Iſraëlitas evocatus cœptum coëgit omittere. quod *h* anno 36 factum Scriptura memorat, nem- *Aſa.* *e* 3. Reg. 15. & 2. Par. 14. *f* 2. Par. 16. *g* 3. Reg. 15, & 2. *h* 2. Par. 16, 1.

A. 3702. P. I. ad 4185. pe ab eo tempore, quo ambo regna divulſa ſunt. Sed cùm ab Hanani propheta objurgatus eſſet ideò, quòd ſpem ſuam à Deo ad humana præſidia tranſtuliſſet, ægrè id ferens, monitorem abduci juſſit in nervum: neque deinceps in officio ſtetit. Iraque pedum doloribus triennio conflictatus, divina ope contempta, in unam medicorum intentus artem periit anno regni 41. *a* Ejus funus ambitioſa pompa, & odorum, unguentorúmque barbarico luxu celebratum eſt.

*a* 2. Par. 16. 14.

*Ioſaphatus.*

Sextus à Davide Joſaphatus pietate pariter & opibus illuſtris fuit. Primam in exordio regni conſtituendæ religionis curam habuit. *b* Sublatis enim ſuperſtitionis impiæ monimentis, anno regni tertio, principes ſuos cum Levitis ad erudiendum populum circum oppida dimiſit, anno Per. Jul. 3802, qui erat Sabbaticus, eóque ad illud inſtitutum aptior. Ea re tantum nominis ſui terrorem finitimis gentibus objecit, ut ei certatim tributa penderent. *c* Habuit autem ad regni præſidium, quod incredibile ſit, virorum fortium undecies centena ſexagena millia.

*b* 2. Par. 17.

*c* 2. Par. 17.

## *De aliis Iudæ & Iſraëlis regibus ad Ezechiam uſque.*

CAPUT II. Par. 2. lib. 1. c. 11.

AT in Iſrëlitide, *d* mortuo Baaſa, ejúſque filio Ela, qui ambo quatuor & viginti annos, nec eos integros regnarunt, Zamri, à quo occiſus Ela, diebus tantummodo ſeptem rerum potitus eſt. *e* Exinde populus Iſraëliticus in duas factiones abiit. Nam altera pars Thebni filio Gineth paruit; altera Amri ſecuta eſt; *f* à quo Zamri Therſæ cùm eſſet obſeſſus, deſperata ſalute ſe cum regia ſuccenderat. At videtur civilis iſta diſſenſio ad annos quatuor perducta; hoc eſt ad Aſæ 31, quo Amri regnum *g* auſpicatus eſt: quod ſic interpretamur, ut ab eo tempore ſolus imperarit, competitore ſublato. *h* Hic ille eſt Amri, qui cùm ſex annis Therſæ regni ſedem habuiſſet; montem Someron emit à Semere, ibíque Samariam condidit. quò & domicilium regni tranſtulit, ſub annum ante Chriſtum 923.

*d* 3. Reg. 16. 21.

*e* 3. Reg. 16, 21.

*f* Ibid. verſ. 18.

*g* Ibid. verſ. 23.

*h* 3. Reg. 16, 24. *Samaria condita.*

Huic anno regni duodecimo perfuncto ſuc-

ceſſit *a* Achab ejus filius, patre deterior: *b* qui Jezabelem Ithobali Tyriorum regis filiam infauſtis auſpiciis duxit, perditam, ac turbulentam feminam. Hujus regis implicatus eſt affinitate Joſaphatus. *c* Quippe Joramo filio ſuo Achabi & Jezabelis filiam conjugem dedit. Per id tempus, & anno circiter Achabi 13, ut in Seder holam aſſerunt Hebræi, hoc eſt ſub annum Per. Jul. 3809, ante Chriſtum 905, prodire cœpit Elias Thisbites. cujus parentes, & ætatis initia Scriptura tacuit. *d* Hic trium annorum, ſexque menſium ſiccitatem indixit. Inde ad torrentem Carith aliquandiu moratus, annonam ſuppeditante corvo, ad Sarephtanam viduam perrexit. cujus filium poſtea mortuum vitæ reſtituit. Idem, velut arbiter mundi, ad condictum diem, pluviam ac terræ fœcunditatem reddidit: cùm provocatis ad fidem veri numinis miraculo ſanciendam ſacerdotibus Baalis, fruſtràque ſatagentibus, ipſe cœlitus evocata flamma perlitaſſet, ac ſacerdotes iſtos numero 850 jugulaſſet. Ob id quæſitus ad necem, & minas Jezabelis minas fugiens, Dei fruitur alloquio, *e* ejúſque monitu Prophetam, ac ſucceſſorem ſibi Eliſeum deſignat.

A. 3702. P. I. ad 4185.
*Achab.*
*a* 3. Reg. 16, 29.
*b* 3 Reg. 16, 31.
*c* 2. Par. 21, 6.
*Elias.*
*d* 3. Reg. 17, & 18.
*e* 3. Reg. 19, 19.

*f* Benedad rex Syriæ contra Achabum valido exercitu bellum iteratò commovens, fruſtrante conatus illius omnes Elia, poſt fœdiſſimam cladem, in qua *g* Syrorum centum & viginti ſeptem millia occiſa ſunt, pacem ſupplex petiit.

*f* 3. Reg. 20.
*g* Ibid. verſ. 29.

*h* Sed Iſraëlitarum rex contra tot Dei beneficia obfirmatus ad perfidiam, pœnas ad extremum dedit cùm aliorum ſcelerum, tum per calumniam *i* interfecti Nabothis; & in prælio quod contra Syros commiſerat, tertio quàm pacem cum iis fecerat anno, ſagitta confoſſus mortem oppetiit. Joſaphat verò, qui conjunctis copiis in periculi ſocietatem venerat, Dei auxilio admirabiliter eſt ereptus. *k* Poſt hæc Moabitarum, & Ammonitarum innumerabiles copiæ contra Joſaphatum poſitis caſtris, ſolis ipſius precibus occidione deletæ ſunt. Ex quo tantum prædæ fuit, ut exportari triduo non poſſet.

*h* 3. Reg. 21, & 2. Par. 18.
*i* 3. Reg. 22.
*k* 2. Par. 20.

Achabo mortuo regnum Iſraëlitarum Ocho-

*Ochozias.*



Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4183. Eliſæus.

zias tenuit ejus filius, anno ante Chriſtum 897. Quo inſuper anno Elias igneo curru raptus in cœlum, pallium ex alto projecit Eliſeo; eúmque Prophetici muneris ſibi heredem ſubſtituit. Id anno Joſaphati 17 accidiſſe confirmat Hebræorum Chronicon, quod Seder holam nuncupant. Sed & *a* liber Regum quartus indicat, non diu poſt Ochoziæ Iſraëlitæ mortem ſuperſtitem in terris Eliam fuiſſe. Quippe eodem anno moritur Ochozias. qui æger ad conſulendum de ſoſpitate ſua Beelzebubem certos homines allegarat; quibus occurrens Elias, graviter incuſato principi nunciari juſſit, ipſum ex eo morbo deceſſurum. *b* Mox ſatellites ad ſe comprehendendum à rege miſſos devocato cœlitus igne conſumpſit.

*a* 4. Reg. 1, & 2.

*b* 4 Reg. 1.

*Joram.*

Poſt Ochoziam frater ejus Iſraëlitis præfuit Joram *c* anno 18. Joſaphati, paternæ impietatis heres; etſi commodior aliquando fuit. Huic cum Joſaphato, & Idumæo rege contra Moabitas exercitum ducenti, & in ſiticuloſa regione potus inopia periclitanti ſubvenit Eliſeus in Joſaphati gratiam: ac præter aquam, de hoſte quoque victoram dedit. Quo in bello Maobitarum rex in eam deſperationem venit, vt obſidione vallatus, ac fuſtrà conatus erumpere, *d* heredem regni filium ſuum parricidali religione mactaverit. Secundum hæc miraculis, ac futurarum rerum prædictionibus majorem in modum Eliſeus inclaruit, quæ *e* in 4 Regum capitibus aliquot explicantur.

*c* 4. Reg. 3, 31.

*d* Ibid. verſ. 27.

*e* 4. Reg. 4, & ſeq.

*Jorami duo,*

Per idem tempus Jorami duo utrique regno dominati ſunt, alter Joſaphati; alter Achabi filius. Joſaphat enim annos quinque, & viginti exegit in regno. poſt cujus obitum Joramus fratres ſuos interfecit, ac pari infelicitate & perfidia tranſactis reliquis quatuor annis *f* locum dedit Ochoziæ filio ex Athalia Achabi filia, Amri nepte. Qui vix anno integro perfunctus, cum Joramo Iſraëlita ab Jehu necatus eſt. Hunc enim ad Achabi ſtirpem funditus abolendam Dominus evexit ad Iſraëliticum regnum. quod ut eſt adeptus, ſtrenuè quidem Deo iſtam navavit operam: nam Iezabelem è feneſtra præcipitari

*f* 4. Reg. 10, & 2. Par. 22.

*Ochozias. Jehu et geſta.*

juſſit; cujus cadaver cùm ad ſepulturam quæreretur, nihil ejus præter calvariam, ac pedes, manúſque ſummas eſt repertum: cætera canes devoraverant: ſed & Achabi ſeptuaginta filios eodem momento trucidandos curavit: Baalis quoque ſacrificulos omnes per ſpeciem ſollemnis ſacri in unum coactos jugulari præcepit, ſimulacrum ſuccendit, ædem demolitus eſt: ſed, quod reliquum erat, patrii numinis cultum haud reſtituit; atque in vitulorum, quos Jeroboamus poſuerat, veneratione perſtitit. — A. 3702. P. I. ad 4185.

At Hieroſolymis *a* Athalia Jorami Judæ regis uxor, mortuo Ochozia, quidquid ſupererat ſtirpis regiæ ſuſtulit, ac tyrannidem invaſit. Unus Ochoziæ filius Joas ab amita Joſaba Jojadæ ſummi pontificis uxore neci eſt ereptus. Quem poſt annos ſex, Athalia necata, Jojadas paternum in ſolium reſtituit. — *Athalia.* *a* 4. Reg. 11.

*b* Joas rex Judæ, quoad vixit Jojadas, inter optimos reges cenſeri potuit. Eo mortuo *c* anno ætatis 130, aulicorum adulationibus corruptus Joas, patria religione ſpreta, ad lucos, & idola reſpexit. Addidit & nefariæ ſuperſtitioni indigniſſimam *d* necem Zachariæ Prophetæ filii Jojadæ illius, cui vitam, regnúmque debebat: quòd is divino impellente ſpiritu eorum impietatem argueret. Nec diu tanti ſceleris ultionem diſtulit Deus. Anno vertente, Syriæ rex Hazaël cum exiguis copiis Judæ regnum populatus, principes occidit omnes, & ab Hieroſolymis, quibus jam imminebat, vix ingentibus donis, in quæ theſauri omnes effuſi ſunt, averti potuit. Joas ipſe paullo pòſt miſerrima confectus ægritudine, à ſuis in lectulo confoſſus interiit anno regni 40, nec in ſepulchra regum illatus eſt. — *Joas.* *b* 4. Reg. 11. & 2. Par. 24. *c* 2. Par. 24, 15. *d* Ibid. 20.

Apud Iſraëlitas mortuo Jehu, filius ejus Joachaz tum Joachazi filius Joas, annis ambo ſedecim regnant. Inde Jeroboam Joaſi filius annis 41. illaudati omnes, & idolis dediti. Porrò Joas Judæ rex ſucceſſorem habuit Amaſiam filium, annis undetriginta. Amaſiam Azarias, qui & Ozias excepit, ac præfuit annis 52. — 4. Reg. 13. & ſeq. *Joachaz rex Iſraelis.*

Undecimus à Davide regnavit Amaſias Joaſi F. *e* cujus, perinde ut patris, initia laude digna: — *Amaſias.* *e* 4. Reg. 14, & 2. Par. 25.



Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4185.

diſſimiles exitus fuerunt. Bellum adverſus Idumæos totis regni viribus adortus trecenta ſuorum armavit millia; præter quos ex Iſraëlitico regno centum millia conduxit. quæ ſubinde unius ad Prophetæ vocem talium auxilio prohibentis uti, neglectis quos in illos fecerat ſumptibus, domum dimiſit. Eâ regis obedientiâ delectatus Deus vincere hoſtem dedit. Sed ea victoria, uti ſecundæ ferè res ſolent, victoris in perniciem vertit. Deorum enim ſimulacra plurima ex manubiis parta cultu, ac ſacris proſecutus eſt: neque abſterrentem ab eo ſcelere Prophetam auſcultare voluit. Ideò deſtitutus à Deo, primùm ab Joaſo Iſraëlitarum rege, quem ſtolidè provocarat, victus atque captus eſt: Hieroſolymorum mœnia diruta: gaza omnis tam ſacra, quàm regia, direpta. Amaſias demum, poſt annos à Joaſi morte quindecim, conſpiratione ſuorum oppreſſus eſt.

*a* 4. Reg. 13.

*Eliſeus moritur.*

*a* Regnante Joaſo, ejúſque, ſi quid Hebræis creditur, anno decimo, qui eſt Periodi Julianæ 3884, moritur Eliſeus. quem hac ratione perdiu propheticum id munus obiiſſe neceſſe eſt, ſub Iſraëlitarum regibus ſex. Moriens Joaſo regi triplicem de Syro victoriam promiſit: quam & paullò pòſt eſt adeptus. In ejus verò ſepulchrum abjectum cadaver hominis, mox ut oſſa ſancti viri contigit, ad vitam excitatur.

*Ozias.*

*b* 2. Par. 26, 16.

Duodecimus ab Davide regnavit Azarias, ſive Ozias princeps ſatis bonus; ideóque divino tectus præſidio regnum feliciter adminiſtravit. *b* Verùm oblitus poſtremò ſui, dum quæ ſacerdotum erant partes per ſuperbiam uſurpat, elephantiacus repente factus, ab omni, etiam civili functione depellitur, tranſlata in Joatham filium procuratione regni.

*c* 4. Reg. 15, 1.

*Prophetæ.*

Apud Iſraëlitas Jeroboamus eodem tempore ſceptrum gerebat, quo Azarias cœpit. Hic enim anno *c* illius 27 iniiſſe fertur.

Sub hoc & Ozia regibus, complures Prophetæ floruerunt, præſertim in Iſraëlitico regno, quod ut altero depravatius erat, ita frequentioribus remediis opus habuit. *d* Regnante ergo Jeroboamo Jonas extitit, qui de Syris victoriam

*Jonas.*

*d* 4. Reg. 14, 25.

Digitized by Google

ei prædixit. Sub Ozia porro celebres fuerunt Oſee, Joël, Amos, Abdias. Iſaias quoque eodem rege vaticinatus eſt. A. 3782. P. I. ad 4185.

*a* Tertius decimus à Davide in regno Judæ Joathamus extitit, pietate patris Oziæ non diſſimilis. *b* Sed ejus filius Achaz regum peſſimus fuit, & ab religione patria ſic abhorruit, ut Baalem coleret, eique ſtatuas, & aras poneret, filios ritu nefario igne luſtraret. Ob id maximis eum vicini reges affecêre cladibus, Iſraëlita, Syrus, &, quem adverſus hunc magnis incitarat præmiis, Aſſyrius: nec non Idumæi, ac Palæſtini. Eas ut calamitates expiaret, ſtolido conſilio Damaſcenos ſibi Deos placare ſacris inſtituit, & occluſo templo, paſſim aras profanis numinibus excitavit.

*Ioatham & Achaz.* *a* 4. Reg. 15. *b* 4. Reg. 16, & 2. Par. 28, 2.

Achazo Judæ tribum regente, Iſraëlitis præerat Oſee prioribus Iſraëlitarum regibus paullo tolerabilior, neque tamen inanium Deorum cultum abjecit, aut ad veri religionem animum tranſtulit.

*Oſee*

At qui Achazo patri ſucceſſit Judæ rex. *c* Ezechias poſt Davidem principibus longè omnibus antecelluit. Hic enim Deorum ſtatuas omnes, ac ſana diſiecit, lucos excidit, excelſa ſuſtulit: ac denique Moſaïcæ legi obtemperavit penitus. Hujus *d* anno ſexto, Oſee nono Per. Iul. 3993, Salmanaſar rex Aſſyriorum, capta Samaria, Iſraëlitas omnes tranſportavit in Aſſyriam: atque ita regnum Iſraëliticum deſiit, quod annos ferè tenuit 254.

*Ezechias.* *c* 4. Reg. 18, & 2. Par. 29. *d* Ibid. verſ. 10

*e* Anno quartodecimo Ezechiæ, Periodi Jul. 4000, Sennacheribus Salmanaſaris filius, rex Aſſyriorum, in Judæam irrumpens, oppida plurima cepit, aut evertit. Rapſacem deinde obſidendam Hieroſolymam cum copiis mittit. Quo reverſo, dum ad invadendam urbem Sennacheribus accingitur, una nocte centum octoginta quinque Aſſyriorum millia ab Angelo interfecta ſunt.

*e* 4. Reg. 18, 13 & c. 19.

Eodem anno, poſt cladem Aſſyriorum, Ezechias in letalem morbum incidit: à quo per Eſaiam Prophetam divinitus eſt ſanatus, & in annos quindecim illius vita producta. *f* Præpo-

*f* Vide 9. de Doct. Temp. cap. 36.



Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4185.

ſterè faciunt, qui morbum Ezechiæ ante ſtragem Aſſyriorum collocant.

*Tobias.*

*a* Vide 10. de Doct. Temp. c. 4.

Inter Iſraëlitas, qui à Salmanaſare deportati ſunt, *a* fuit Tobias vir ſanctiſſimus, cuius hiſtoria peculiari Scripturæ libro traditur.

*Manaſſes.*

*b* 4. Reg. 21. & 2. Paral. 33.

Sextus decimus à Dauide regnat Manaſſes annum agens duodecimum, *b* qui à parternis moribus ita degeneravit, ut neſcias uter utram in partem illuſtrior extiterit: ille pietate in Deum, ac virtutum cæterarum officiis; iſte contemptu patriæ religionis, crudelitate, libidine, quibus in ſacra pariter & humana graſſatus eſt. Ideò octavo circiter, ut conjectamur, anno regni ſui à principibus exercitus Aſſyriorum regis captus, & compedibus vinctus in Babylonem perducitur: ubi malis edoctus, ac toto pectore converſus ad Dominum, ab eo reſtitutus eſt in integrum. Móxque idolis, & omnibus ſuperſtitionis impiæ monimentis abraſis, numinis patrij cultum repræſentare ſtuduit. *c* Nobis, vt & aliis plerisque, probabile eſſe videtur, à Merodacho Babyloniæ tum regulo, & Aſſyriorum regi ſubjecto, captum eſſe Manaſſem. Nam utriuſque tempora congruunt, ut poſtea videbimus: ac per idem tempus *d* Iudithæ & Holophernis hiſtoriam eveniſſe. Siquidem Aſſyriæ rex Nabuchodonoſor, unus ex Aſſarhaddonis poſteris, Medos, & Babylonios, alióſque populos, ac dynaſtas, obnoxios habebat: ita tamen ut per ſeſe res illi ſuas interim agerent, ac privatim & ipſi regnum exercerent. *e* Quare ſub annum ante Chriſtum 688 Judithæ facinus accidiſſe credimus.

*c* Vide 12. de Doct. Temp. c. 26.

*Iudith.*

*d* Iudith.

*e* Vide 12. de Doct. Temp. c. 26.

*f* 4. Reg. 21, & 2. Paral. 33.

*g* 4. Reg. 22. & ſeq. & 2. Par. 34. & ſeq.

*f* Poſt Amonem Manaſſis filium, qui priorem parentis ſui vitam imitatus, ſceleratiſſimè regnavit ad biennium vſque, *g* Joſias octennis puer ad imperium eſt evectus. Qui ſanctitate & religione jam tum à teneris excelluit: & abolita omni penitus ſimulacrorum, ac gentilium ſacrorum memoria, Deum ſincerè, & ex animo veneratus eſt. Anno 18 regni ſui ex collatitia pecunia templum inſtauravit. Ibi reperto legis volumine, ac coram rege lecto, præ terrore denuntiatæ deſertoribus pœnæ, veſtimenta ille ſua diſcidit. Eo-

Digitized by Google

dem anno Paſcha celeberrimo apparatu Hieroſo- A. 3702. P. I.
lymis indixit. Tandem verò dum Neco, ſive ad 4185.
Nechao Ægypti regi adverſus Aſſyrios tendenti inconſultè ſeſe cum copiis objicit, in prælio cæſus eſt anno regni ſui 31.

### *De Ioſia poſteris, maximè Sedecia, & clade Hieroſolymitana, ac de 70 annorum ſervitute.*

CAP. X.

JOSIÆ liberi *a* recenſentur quatuor, Johanam, Joakim, Sedecias, & Sellum. Ex quibus poſt patrem regnaſſe Sellum ſcribit *b* Hieremias. Idem igitur eſt cum Joachazo, qui Joſiæ ſucceſſit, menſibúſque ſex regnavit, & à Necao Ægypti rege de ſolio dejectus, & in Ægyptum abreptus eſt: qui regem illius loco conſtituit Eliacim, ſive Joakim illius fratem. *c* Johanam porro ſuperſtite adhuc Joſia deceſſiſſe videtur. Itaque ſublato Joachazo, qui populari factione, uti ſuſpicio eſt, majoribus natu fratribus antepoſitus erat, regnavit Joakim anno Periodi Julianæ 4104. cujus *d* anno tertio ineunte Nabuchodonoſorus à patre Nabopollaſaro miſſus venit in Syriam, & *e* victo Nechao Ægypti rege, Joakimum *f* anno ejus ineunte quarto ſibi ſubjecit. *g* Qui cùm poſt annos tres rebellaſſet, ab ejuſdem Nabuchodonoſoris exercitu captus eſt; próque eo regnare juſſus Joachin, qui & Jechonias, ejus filius. Sed poſt menſes tres, Nabuchodonoſoro rurſus ad obſidendam Hieroſolymam veniente, *h* Jechonias ſponte ſe illi dedidit, atque in Babyloniam cum matre, ac proceribus, aliiſque compluribus eſt abductus. Hic octodecim annos natus rex eſſe factus dicitur in libro 4 Reg. in ſecundo verò Paralipomenon, octennis. quod ſic interpretari licet; ut à patre in regni conſortium ſit aſſumptus anno circiter regni ſui ſecundo, ac decem cum illo imperarit annos.

Vide Animadv. ad Epiph. pag. 13, & 19, ac Doct. Temp. c. 61.
*a* Paral. 3, 15.
*b* Cap. 22, 11.
*c* 4. Reg. 23, 30.
*Ioakim.*
*d* Dan. 1.
*e* 4. Reg. 24, 7.
*f* Hier. 25, 1.
*g* 4. Reg. 24, 1.
*h* 4. Reg. 24, 36, & 2. Par. 6.
*Iechonias.*

*i* Poſtremus in locum Jechoniæ à Nabuchodonoſoro creatus eſt Judæ rex Mathanias, qui & Sedecias, Joſiæ filius, deſertor & ipſe religionis, ac fidei, tam Deo debitæ, quàm ei, à quo rex erat factus, Babylonio præſtitæ. Nam ab eo an-

*i* 4. Reg. 25. Hier. 52.
*Sedecias.*

A. 3702. P. I. ad 4185. no regni ſui nono deſcivit, eundémque provocavit in ſeſe. Cœpta eſt igitur obſideri Hieruſalem *a* anno Sabbatico ineunte, mundi porrò 3393, ut *b* ex Hieremia colligitur, ac tertio anno capta, Templúmque incendio concrematum: Sedecias è fuga retractus, & oculis, quibus jugulari ante ſe prius liberos ſuos viderat, orbatus, in vinculis Babylonem perducitur.

*a* P. I. 4123. ante Chriſtum 591.
*b* Cap. 34.

*Hieroſolyma capta.* Expugnata urbs eſt anno ante Chriſtum 589, menſe quarto, ac die quinta, *c* ut ſcribit Hieremias. *d* at idem alibi nonam diem præfinit. Nimirum quinta die pars aliqua urbis occupata eſt; nona verò penitus eſt perrupta. quæ dies congruit Junii 16. *e* Sequenti menſe, qui fuit Ab, die 10, quæ incurrit in Julii 20, cum Templo urbs inceditur.

*c* Hier. 39, 2
*d* Cap. 52. 6.
*e* Hier. 52, 6.

Sedecia rege inſignes extitere Prophetæ, Hieremias, & Ezechiel. Daniel verò tum adoleſcebat in Babylonia: quò cum reliquis anno quarto Joakimi tranſportatus eſt. Ezechiel verò cum Jechonia, poſt annos octo. *f* Hieremias, qui annis pluribus, ac præſertim obſidionis tempore, crudeliter à ſuis vexatus fuerat, capta urbe, Nabuchodonoſoris mandato, à Nabuzardane honorificè eſt habitus, facta ubi vellet habitandi copia. Cùm à patriæ ruinis digredi noluiſſet, Godoliæ, quem populi reliquiis Chaldæus præfecerat, commendatus, illo paullò pòſt ab Iſmaële occiſo, in Ægyptum ab ſuis popularibus cum Barucho invitus abripitur. Ibi dum Judæorum ſceleribus obſiſtit, multa perpeſſus, *g* demum ab illis interficitur.

*f* 4. Reg. 25, Hier. 42.
*g* Epiph. de Vitis Prophet.

## *De Tyriis regibus, Carthaginis conditu, Lycurgo legiſlatore, ac Medorum, & Macedonum initiis.*

CAP. IV. Par. 2. l. 2, c. 13.

PER idem tempus, quo ambobus Hebræorum regnis ſuæ gentis principes præerant, ac longo poſt extinctum utrumque ſpatio, regnatum eſt apud Tyrum Sidoniorum coloniam: quam annis ducentis & quadraginta ante fundatum ab Salomone templum fuiſſe conditam,

Digitized by Google

ex Tyriorum Annalibus *a* Joſephus affirmat. Cadit id tempus in Gedeonis præfecturam, & annum ante Chriſtum 1247, ante Trojanum excidium fere ſeptuageſimum. Sed priorum Tyri regum memoriam vetuſtas obliteravit; nec ullius antiquior eſt, quàm Abibali, & filii ejus Hirami, qui Davidis, & Salomonis ætate vixit; & cum ambobus fœdere, amicitiáque junctus, huic etiam ad templum ædificandum materiam, atque artifices prolixè ſuppeditavit.

A. 3702. P. I. ad 4185.
*a* Ioſt. 8. Ant. c. 8. anno Per. Iul. 3467, ante Chriſtum 1247.
*Hiramus rex Tyri.*

Octavus ab Hiramo regnaſſe proditur Ithobalus Aſtartæ ſacerdos; *b* cujus filiam Jezabelem in matrimonium accepit impius Achab Iſraëlitarum rex. Undecimus porro ab eodem Hiramó cenſetur Pygmalion: qui ſororis Eliſæ, ſive Didonis conjugem Sichæum, opibus ejus inhians, vita privavit. At Dido gaza omni clam in naves impoſita, nec paucis fugæ comparatis ſociis, navigavit in Africam. *c* ubi ad Hyarba Mauruſiorum regulo agrum mercata oppidum condidit; quod Byrſam primùm, (arcis id nomen fuit) exinde Carthaginem vocarunt. Ea profectio Pygmalionis anno ſeptimo *d* ab Joſepho tribuitur ex archivis Phœnicum. Carthago verò fundata dicitur anno poſt Templum inchoatum 144, qui eſt annus poſt Trojanam calamitatem 316, ante Chriſtum 868 Minimè itaque conſentanea eſt Virgilii ratio, qui æqualem Æneæ Didonem ſtatuit, quam trecentis ferè annis poſteà vixiſſe conſtat inter Annales. Quamvis enim Carthaginis conditum ante expugnatum Ilium quidam ex antiquis adſcripſerint; non ii tamen auctorem illius fuiſſe Didonem arbitrati ſunt Pygmalionis ſororem.

*Ithobaal.*
*b* 3. Reg. 16, 31.
*Pygmalion.*
*Dido & Carthaginis conditus.*
*c* Solin. c. 30.
*d* Ioſe. 1. con. Appio pag. 1043. edit. Gracol.
*Virgilius notatur.*

Eâdem tempeſtate, qua in Africa novum à Tyriis poſitum eſt, oppidum *e* Lacedæmoniorum in Græcia rempublicam ſaluberrimis fundavit legibus Lycurgus Eunomi filius, ex Proclidarum, ſive Eurypontidarum ſtirpe. cujus fratre mortuo Polydecto rege, cùm ejus uxor filii nece, quem in utero gerebat, paciſci cum illo nuptias vellet, prudenter eluſa feminæ cupiditate, recentem à partu adhuc infantem in throno collocatum regio, deſtinavit principem; ac

*Licurgus.*
*e* Plut. Lyc. Iuſt. lib. 3.
Vide par. 2. l. 3. c. 14.

A. 3702. P. I. ad 4185.

regno ſe abdicans, pro tutore deinceps procuravit rempublicam. Charilao (nomen id fuit pueri) jam adulto, ut affectati principatus purgaret invidiam, peregrè profectus, variorum ex uſu populorum confectam legum ac civilis diſciplinæ formam reportavit in patriam. Imprimis agrum Spartanum inter omnes ex æquo partitus eſt: auri, & argenti uſum, tanquam litium, ac ſcelerum omnium cauſſam, funditus ſuſtulit, nummis è ferro gravibus inductis. Ac ne cuiquam parandarum opum luxus occaſionem daret, cum epulari publicè juſſit omnes, tum frugali, ac duro victu conſueſcere. Hæc aliáque civibus ſuis inſtituta mandanti gravis orta ſeditio pæne interitum attulit. quam dum fuga declinare ſtudet, Alcander converſo capite fortè reſpectanti ſuffodit oculum. Hoc ſpectaculo repente flexis ad miſericordiam animis, auctor illi facinoris ad ſupplicium deditur. quem ille in domum acceptum lenitate & obſequio ita ſibi devinxit, nemo ut deinceps amicior fuerit. Ad eum modum publicè receptis legibus, ut iis æternitatem daret, Delphos ſe ad oraculum proficiſci velle denunciat: ac ſacramento cives omnes adigit, nihil eos de legibus ſuis mutaturos antequam revertiſſet. Sic in Cretam abiens, ibi ad obitum uſque permanſit. vitam ſponte inedia finiſſe *a* Tertullianus refert, ægrè ferentem leges à ſe latas Lacedæmonios mutaſſe. quin & oſſa ſua moriens in mare projici juſſit, ne iis Spartam relatis, ſolutos ſe ſacramenti religione Lacedæmonii crederent. Harum rerum tempus, ob Scriptorum diſſenſionem, certò conſtitui non poteſt. Nam Lycurgum *b* alii ſub primam Olympiadem floruiſſe vo[illegible]t: alii annis centum, eóque amplius, anteceſſiſſe.

*a* Apol.

*b* Pauſ. El. 1. p. 150.

*c* Integro ante primam Olympiadem ſæculo, vetus Aſſyriorum diſiit regnum, Sardanapalo poſtremo rege ob luxum, & ſocordiam à præfecto Medorum Arbace contempto, & poſt fuſum illius exercitum mori compulſo. Mos erat Aſſyriorum principum ex antiquo traditus, ut ſe videndos nemini præberent, quod inter ſcortorum greges pudendam viris, nedum dignam

*c* Cteſias apud Diod. 1. p. 83. & Athen. l. 12. Iuſt. 1. Euſ. Chron.

*Medorum initium.*

regibus, vitam ducerent. Contra hunc morem admiſſus Arbaces, cùm Sardanapalum muliebri habitu inter pellices penſa trahentem aſpexiſſet, rei indignitate commotus ab eo defecit. Poſtque aliquot eventu vario geſta prælia, poſtremò victum ad regni, vitæque deſperationem impulit. Igitur in regiæ ſe penetrale recipiens, coacervatis in lignorum ſtruem theſauris omnibus, ſeſe ſuperinjecit, vivúmque concremavit; ut hoc ſolo facinore utcumque virum imitaretur. Sic Medorum in Aſia conditum eſt imperium, octavum circiter annum Iſraëlitis regnante Jehu, Joaſi verò Ochoziæ Judæ regis filij tertio, ante Chriſtum 876. Primus in Medorum ſerie imperavit Arbaces: poſtremus Aſtyages avus Cyri. Novem in totum reges extitêre, qui annis 317 rerum potiti ſunt. A. 3702. P. I. ad 4185. Par. 2. l. 2. c. 14.

At Herodotus de Medis paullo diverſa prodidit. Nam Aſſyrios narrat annis 520 Aſiam obtinuiſſe: ab iis defeciſſe poſtea Medos: qui cùm perdiu ſine legibus & imperio vixiſſent, ad ultimum regem ſibi præfeciſſe Dejocen: cujus in jure dicendo prudentiam experti fuerant: ab hoc conditum eſſe Ecbatanorum oppidum.

Annis poſt Medorum initium duobus & ſexaginta, regnante Amaſia in Iudæ ſorte, Iſraëlitis verò Jeroboamo, *a* Macedonum imperium fundatum eſt à Carano Argivo Phidonis fratre, ejus *b* qui menſuras, & pondera primus inveniſſe dicitur. Horum genus ab Hercule deductum; à quo Caranus undecimus à Dexippo; à Velleio ſextus decimus putatur: qui contracta ex omni Peloponneſo valida manu, in Macedoniam venit: ibique regnum auſpicatus eſt. Hinc ſe Macedoniæ reges, necnon *c* Alexandrini ab Lagida Ptolemæo Macedone oriundi, Heraclidas ferebant. Initium Carani ex Euſebij Chronico competit in annum Abraami 1204. Periodi Iulianæ 3901, qui eſt octavus & triceſimus ante primam Olympiadem. Poſtremus Macedonum rex Perſeus Philippi filius captus eſt à Romanis anno Urbis conditæ 586. cum jam reges imperaſſent numero 40, annis 647. Ac principiò anguſtis clauſi finibus aſſidua, ſed obſcura, cum Illyriis,

Par. 2. l. 2. c. 14. *Macedonum regnum.*

*a* Dexippus in Excer. Euſeb. Gr. p. 49. *b* Euſeb. Chron. Sch. Pind. Olymp. 13.

*c* Theod. Idyl. 17.

A. 3702. P. I. ad 4185. a Iuſt. 7.

& Thracibus bella geſſerunt. *a* Per quæ id, Europo, vel Aëropa rege, ſanè memoria dignum accidit. Philippus Argæi filius ordine regum ſextus circa annum Periodi Julianæ 4116, tertium Olympiadis 45 moriens, Europum pæne adhuc infantem reliquit heredem. Cujus ætate contempta, Illyrij bellum Macedonibus inferunt. Hi primo prælio victi, mox certamine repetito, regem ſuum in cunis productum ante aciem collocant: atque ex ejus aſpectu tantum ardorem animo conceperunt, ut magna ſtrage fuſis hoſtibus, nobilem de iis victoriam referrent. Cæteri ad Philippum & Alexandrum uſque Magnum nulla re ferè celebres extiterunt.

## *De Olympicis agonibus.*

CAPVT V. Par. 2. l. 3. c. 8.

CELEBERRIMUM in Græcia certamen inſtitutum eſt Olympicum, anno poſt Trojam deletam 408, ante Romam conditam tertio & viceſimo; cùm Judæis regnaret Ozias annum jam quartum & triceſimum. Hujus inſtaurandi principes fuit Iphitus Praxonidæ filius, Eleus, qui genus ſuum ad Herculem referebat. Hercules porro complures extitêre. Ex his qui inter Idæos Dactylos cenſetur, ludos primus iſtos edidit: quos ab aliis ſubinde repetitos Pelops Tantali filius; nec non Atreus; ac deinde Alcmenæ filius celebravit Hercules. Ab Iphito demum, & eo, quo dixi, tempore ſtati eſſe cœperunt, ut quinto quoque ineunte anno redirent: ex quo πεντaετηρικοὶ id eſt *quinquennales* agones appellati ſunt. quippe quatuor confectis annis in orbem recurrebant. Hoc verò quadriennium eo genere conſtabat anni, quo Græcia vetus utebatur. quod lunare fuiſſe, ſed minùs exactum, *b* alio loco demonſtravimus. Africanus apud Georgium Monachum referebat, Lunam ab Ægyptiis Olimpiadem eſſe dictam, quòd ſingulis menſibus Zodiaci dodecatemorion peragrat: qui circulus à veteribus ολυμπος nominatur. unde Olympiadas putabat eſſe dictas. Sed id minimè eſt verum. Nam Olympiadum nomen antiquius videtur apud Græcos fuiſſe, quàm

*b* Lib. 1. de Doct. Temp. & 4. Var. Diſs. ad Vran.

Digitized by Google

Zodiaci partitio in duodecim ſegmenta, *a* ut alibi diſſerimus. Itaque ab loco illis inditum eſt vocabulum. Piſatis in Peloponneſo regio à primaria urbe Piſa, quæ & Olympia, auctore Stephano, dicta eſt, nomen invenit. *b* Urbem hanc vicini Elidenſes evertêre; cùm ſe ex eorum poteſtate, cui ſubjuncti erant, Piſatæ conati eſſent eripere. *c* Ad eandem vetuſtiſſimum Jovis fanum erat, trecentis ab Elide ſtadiis diſtans, prope Alpheum fluvium nec longè inde oleaſtris conſitum nemus, è quibus victorum coronæ texebantur: tum curriculum, ſive ſtadium, in quo ludicra ſpectacula præbebantur.

A. 3702. P. I. ad 4185.
*a* Lib. 2. Var. Diſſert. ad Vran. c. 2.
*b* Pauſan. Eliac. 1. p. 200.
*c* Strabo 8.

Templum ſcribit Pauſanias opere Dorico factum, ab ima area ad ſummum faſtigium octo & ſexaginta pedes habuiſſe, latum nonaginta quinque, longum verò 330. cujus architectus Libo fuit. Hujus tectum pro tegulis, Pentelico ſtratum marmore. *d* Ara in eo Jovis erat Olympii; cujus crepido pedum in circuitu 125, altitudo 22 fuit. Crepidinem appellabant πρόθυσιν, in qua victimæ mactabantur: earum verò femora in ara ſumma cremabantur. Itaque Pauſanias è cineribus factam hanc aram fuiſſe narrat. Sed & gradus cùm ad πρόθυσιν uſque lapidei eſſent, inde ad aram cinerei fuerunt. *e* Memorabile ibidem extitit Jovis Olympii ſimulacrum: quod à Phidia elaboratum, Panænus pictor coloribus pinxit.

*d* Pauſan.
*e* Strabo 8.

*f* Jam ludis ipſis Elei præfuêre, ac Piſatas, qui jus illud uſurpare conabantur, funditus deleverunt. *g* Iidem Jovis, & ludorum religione tuti, vacationem ab armis habebant, ac ruri fermè degebant. Sed ea contempta quiete, cùm ſe poſtea bellis immiſcuiſſent, in magnas calamitates inciderunt.

*f* Pauſan. Eliac. A. p. 100.
*g* Polyb. l. 4, p. 337.

*h* Igitur ex ea gente certaminum arbitri, quos *agonothetas*, ſive *Hellanodicas* vocabant, primùm extitêre duo: tùm novem, poſteà decem, ac duodecim: indè octo; ac decem denique ſunt facti. *i* Coram his athletæ producti, ad Jovis Fidii ſtatuam, quem Ορκιον nominabant, juſiurandum adigebantur, omnes ſe diſciplinæ numeros decem ante diem certaminis menſibus expleſſe.

*h* Pauſan. Eliac. A. p. 156.
*i* Pauſan. Eliac A. p. 173.

A. 3702. P. I. ad 4185.

a Pauſan. Eliac. A. p. 200.

b Pinda. & ejus Schol. ad Olymp. 5. Tzer. ad Lycoph.

c Thuc. l. 5, p. 380. edit. Vech.

a Præcipuum, & antiquiſſimum genus certaminis curſus fuit, quod ſtadium appellabant. reliqua deinceps addidêre. b Quinque omnino ludis instaurandis attributi ſunt dies ab Luna undecima ad quintamdecimam. Plenilunio quippe agonem obibant, ut ait Pindarus. c Ac paullo ante ludicrum, denunciatis per civitates induciis, ſi quæ bellum invicem gererent, ab armis abſtinere jubebantur.

d Dion. Halic. l. 7. ſub fin.

e Lib. 5. de Anim. c. 17.

f Lib. 9.

d Jam cùm nudi prorſus athletæ certarent, ab iis ſpectaculis muliebrem ſexum lex, & pudor arcebat. in quo muſcas iis e Ælianus anteponit: quæ ſponte avolantes nuſquam per id tempus apparebant. Victorum oleaginea corona præmium fuit. Tùm ad aras ſex, quas ſingulas par Deorum obtinebat, ſacra faciebant. Prima omnium Olympias ſtadionicam habuit Corœbum Elidenſem: quem arte coquum fuiſſe prodit f Athenæus. Ea porro Olympias iniit anno Per. Jul. 3938, mundi 3208, qui eſt ante natalem Chriſti 776 actique ſunt ludi à Julii 19 die, ad 23. Quippe legitimum tempus illorum fuit æſtivum, ſub ipſum ſolſtitium.

## *De poſteriore ac redivivo Aſſyriorum imperio, ejuſque principibus, déque Juditha, & Holopherne, ac de Sargon, & Tharthan. tum de Babylonici regni primordio.*

CAP. VI. Vide l. 9, de Doct. Temp. c. 25.

FIT in ſacris libris Aſſyriorum regum non infrequens mentio, etiam poſt illud tempus, quo, Sardanapalo mortuo, prius illud imperium à Belo, vel Nino cœptum, occidiſſe conſtat. Id enim anno illo contigiſſe inter omnes convenit, quo Medorum imperii jacta ſunt fundamenta quod quidem centum annis ante primam Olympiadem, hoc eſt trecentis ac ſeptemdecim ante Cyri primordium eveniſſe, ſuprà cap. 4. demonſtravimus. Atqui longè poſt illud tempus alii recenſentur Aſſyriorum principes, qui & Ninive ſedem regni ſui collocarunt. Sic Azaria regnante, ſub ejus nonum & triceſimum annum,

Digitized by Google

Phul Rex Aſſyriorum Iſraëlitas vexaſſe *a* dicitur. Qui annus ante Chriſtum numeratur 771, & eſt centeſimus ſextus ab nece Sardanapali, excidiôque Ninives. A. 3702. P. I. ad 4185. *a* Lib. 4. Reg. c. 15, 19.

Ne te longiùs morer: exiſtimo poſt antiquum illud Aſſyriorum extinctum, vel in Medos tranſlatum imperium, paullatim exoleſcentibus Medis, & propter ignaviam ac mollitiem eorum labefactatis viribus nonnullos defeciſſe; primùm Aſſyrios; deinde Babylonios. Nam quòd Medi ab Arbace ad Dejocem non eundem fortunæ curſum tenuerint, ex eo veriſimile fit, quod Herodotus interjecto illo ſpatio Medos ait liberos, ac ſine rege vixiſſe. Quocirca Ninive ſubverſa, & prioribus ſublatis Aſſyriis, novi poſtea reges exiterunt, qui urbem illam inſtaurarunt, latéque dominati ſunt, donec à Babyloniis regibus bello ſuperati fuerunt. Horum nomina, & quibus in Judæa regnantibus extiterint, qui quidem in ſcriptura memorantur, adſcribam. Per. Iul. 3941.

Digitized by Google

*Laterculum Regum Aſſyriorum.*

| | Reges Aſſy-rij. | Regnantibus in Judæa | | An. I. Per. in quos incidit eorum mētio. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Phul | Ozia | 4.Re 15,19 | 3943 |
| 2 | Teglath Pha-laſar | Joathan & Phacee | Ib. verſ. 29 | 3955 |
| 3 | Salmanaſar | Ezechia | 4.Reg.17,3 | 3993 |
| 4 | Sennacherib ejus F. | Ezechia | Ib. 18.13.& 1. Tob.1,18 | 4000 |
| 5 | Aſſarhaddon Sennache-ribi F. | Ezechia | 4.Re.19.37 | 4001 |
| 6 | Nabuchodo noſor di-verſus à Babylonio | Manaſſe | Judith 1, 5 | 4025 |

Hi ſunt Aſſyriorum reges, quorum Scriptura meminit: quos initiò Babylonia potitos eſſe liquet *a* ex ſacra Regum hiſtoria. Ubi Salmanaſar è Babylone, aliiſque regionibus colonos in Samariam miſiſſe dicitur. Sed & Medis imperaſſe ex eodem *b* libro colligitur.

*a* Reg. 4, c. 17, 24.
*b* C. 18, 2. Vide Iſa. 23, 13, ex Hebræorum interpretatione.
*c* 4. Reg. 17, & ſeq.

*c* Salmanaſar Iſraëliticum regnum invaſit, & Iſraëlitas, quo nomine 10 ferè tribus continebantur, in Mediam, & Babyloniam, ac reliquas Orientis provincias relegavit. pro iis colonos in illorum vacuas ſedes variis ex gentibus infudit: quibus cùm infeſti leones eſſent, Aſſyriorum rex unum è captivis Judæorum ſacerdotibus ad eos mittit: à quo Hebræorum numinis religiones edocti, has ipſas cum prophanis ſuperſtitionibus ſuæ quiſque patriæ complexi ſunt. Hinc Samaritanorum fœda colluvio, & in longum propagata tempus, ortum accepit.

*Samaritani ex variis gentibus collecti.*

*a* Poſt Iſraëliticam vaſtitatem, quæ ſub annum Ezechiæ ſextum incidit, non ultrà regnare Salmanaſar annum Ezechiæ 14 potuit. Siquidem Sennacheribus circa annum iſtum illi ſucceſſit. quo anno in Judæam duxit exercitum: ac pluribus expugnatis oppidis, dum Hieroſolymam aggreditur, & per legatos Ezechiæ regi, & Iſraëlitarum Deo contumelioſis vocibus inſultat, una nocte deletis ab Angelo 185000, trepidus domum rediit: ubi filiorum parricidio inter ſacra, & in ipſo Dei ſui conſpectu miſerrimè periit: *b* cùm priùs Judæorum exulum nece, quos in regnum ſuum deportatos habebat, acceptam in illorum patria cladem eſſet vltus.

A. 3702. P. I. ad 4185.
*a* 4. Reg. 18. & ſeq.
*b* Tobiæ 1.

Nabuchodonoſor verò, quem poſtremum in *ſerie* numeramus, is ille eſt, qui in hiſtoria *c* Judith, contra Arphaxadum Medorum regem, à quo Ecbatana condita erant, inito prælio viciſſe dicitur, anno regni ſui duodecimo. Non alius eſt Arphaxad, quàm Dejoces Herodoti, atque Cteſiæ, qui *Medorum primus* ab Herodoto rex ponitur. Nam tempora *mirificè* congruunt. Hinc Juditham ad Manaſſis tempora pertinere cum pleriſque credimus. Regnare porro cœpit Manaſſes anno Per. Jul, 4016. Dejoces autem 4018. Babylone *interim* reguli quidam ab Nabonaſſaro deinceps regnum ſtatuerant. quod initio modicum, & Aſſyriorum dominatui ſubjectum fuit. unde *d* Merodach, qui per illud tempus Babylonem tenebat, unus è Nabuchodonoſori principibus appellatur, à quo captus eſt, & in Babyloniam perductus Manaſſes. Quo abſente Nabuchodonoſorus Holophernem miſit in Judæam. qui ab Juditha laudatiſſima femina prudenter illuſus & occiſus eſt.

Vide l. 11. de Doct. Temp. c. 26.
*c* Iudith 1.
*Iudith tempus.*
*d* Paral. 33. 11.

Præter hos Aſſyriorum reges, meminit *e* Iſaias Sargon regis Aſſyriorum, qui Thartan miſit. quem cum Sennacheribo plerique confundunt: *f* quod hic Thartan miſiſſe fertur. Non deſunt tamen, qui diverſum utrumque faciunt. quibus ſi auſcultemus, inter Salmanaſarum, & Sennacheribum inculcandus erit; & hujus aut pater, aut certè frater fuiſſe putandus. Etſi probabilius eſt eundem eſſe cum Sennacheribo, Siquidem

*e* C. 20. 1.
*f* 4. Reg. 18. 17.

Digitized by Google

A. 3761 P. I. ad 4185. a Tob. 1. 18.

a mortuo Salmanaſare, regnaſſe pro illo dicitur Sennacherib filius ejus. Itaque nullus ambos inter collocandus videtur.

Cæterùm quæ de regni Babylonici primordio paullo antè obiter injecimus, Ptolemæi, ac veterum aſtronomorum teſtimonio nituntur, qui ab initio Nabonaſſari Babyloniæ regis tempora ſua computant quod initium annis b 747 Chriſti æram antecedit. Hinc vetus Chaldæorum regnum cœpiſſe videtur. Eſt in ſacris libris prima regum Babyloniorum mentio, ſub Ezechiæ regno, circa annum ejus 14, c quo Merodach filius Baladan rex Babyloniorum legatos miſiſſe fertur ad Ezechiam, *vt interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram;* tum quòd illum ægrotaſſe didicerat. Annus 14 Ezechiæ ex his, quæ ſuperiùs expoſita ſunt, incurrit in d annum ante Chriſtum 714, qui eſt à Nabonaſſari primordio triceſimus quartus.

b P. I. 1967.

c 4. Reg. 10, & 2. Paral. 32, 31.

d Per. Iul. 4000.

e Vetus eſt Canon Babyloniorum regum, quo Ptolemæus, aliíque Mathematici ſunt uſi, qui à Nabonaſſaro ad Alexandri M. obitum perducitur. In eo porrò Mardokempadus, qui Merodach in ſacris libris nominatur, regnare cœpit anno ab Nabonaſſaro 27. & fortaſſis Baladan illius pater is eſt, quem Conon Illulæum vocat.

e in fine Partis hujus.

Quocirca probabilis eſt conjectura, poſt Aſſyrios, aliquanto ſpatio defeciſſe ab Medis Babylonios, ac privatum ſibi ſtatuiſſe regnum duce Nabonaſſaro. quod regum initio tenue, & Aſſyriis obnoxium, ab Nabopolaſſaro, ejúſque filio Nabuchodonoſoro amplificatum eſt, ut & Medos ipſos, Aſſyrióſque ſibi ſubjiceret. de qua re poſtea. Sed obſcuriſſima ſunt illius imperij primordia; de quibus nihil præter conjecturam fere reliquum habet hiſtoria.

## *De Romulo, ac Roma conditu, déque geſtis illius, & ſex inſequentium regum.*

CAP. VII.

Part. 2, l. 3, f Dionyſ. Hal. l. 1, & 2. Li. 1. Plut. Romul. Victor. de Orig. Romæ.

DUODECIMUS ab Ænea Latinis regnavit Amulius, f Numitore fratre circunvento, ad quem propter ætatem jus regni pertinebat. Numitoris unica erat filia Silvia, quam Amu-

lius, ne qua poſteritatis ſpes eſſet, Veſtalem fecit. At illa, incertum à quo compreſſa, geminos eſt enixa, Romulum, ac Remum: qui juſſu regis expoſiti, & à Fauſtulo paſtore clam educati, poſtquam adoleverunt, occiſo Amulio, avum reſtituerunt in regnum, & anno ipſius ſecundo Romam condiderunt. qui *a* ex Varronis calculo incidit in annum tertium Olympiadis ſextæ.

A. 3702, P. I. ad 4185.

*a* Plutar.

*b* Dionyſius auctor eſt, natum eſſe Romulum anno 2 exeunte Olympiadis ſecundæ, *c* qui eſt ante Chriſtum 770, & octavo decimo pòſt, id eſt *d* ante Chriſtum 753, Urbem auſpicatò condidiſſe. Hic igitur anno ætatis 18 primus ab convenarum manu rex ſalutatus eſt, cùm jam fratrem novi æmulum regni ſuſtuliſſet. Mox ordinato rerum ſtatu, ac diviſo in partes pópulo, *e* Sabinorum puellas per ludorum occaſionem rapuit anno regni quarto: ex quo vehemens, ac diuturnum cum Sabinis bellum geſſerunt. Victi Cæninenſes, Antemnates, Cruſtumini. ac demum Sabinis Tatio duce prementibus, interventu raptarum inter ambos convenit, uti Romæ communiter habitarent, ac duo ſimul imperarent, Romulus, & Tatius. Hoc verò poſt ſex annos interfecto, ſolus regnavit utriſque Romulus, & 38 annos explevit, finitimis interim civitatibus bello ſuperatis: Fidenatibus imprimis, ac Vejentibus. *f* Demum ad Capreæ paludem, dum concionem haberet, repente caliginoſa tempeſtate ſuborta, nuſquam comparuit, à Patribus, ut eſt multorum opinio, diſcerptus, quibus propter impotentiam inviſus eſſe cœperat. Mors illius contigit anno 1 exeunte Olympiadis 16, *g* ante Chriſtum 715, Ezechiæ circiter 13. quo anno Maii 26 ſub occaſum Sol defecit.

*b* Lib. 2. p. 119, ed. Vech.

*c* Per. Iul. 3944.

*d* Per. Iul. 3961.

Romulus.

*e* Halic. 2, p. 100. Liv. Flor. Plut.

*f* Dionyſ. Livius. Plut. Flor. Vide 10. de Doct. Temp. c. 21.

*g* Per. Iul. 3999.

Primus ille civitatem in curias triginta diſtribuit; populum in Tribus tres. Tenues clientelæ potentiorum addixit; quos & Patricios nominavit. Tres de hoſte victo triumphos in urbem invexit: 1 de Cæninenſibus, & Antemnatibus; quando & Acrone rege eorum ſua manu cæſo, prima Jovi Feretrio ſpolia reportavit: 2 de Camerinis: 3 de Fidenatibus, & Vejentibus.

Poſt inter regnum unius anni, rex à Romanis

Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4185. *Numa.* a Dion. l. 2, p. 120. Liv. 1. Plut. Nu.

optatus eſt Numa Pompilius genere Sabinus, & Curibus oriundus, *a* anno tertio Olympiad. decimæ ſextæ, ante Chriſtianam æram 714. qui ad pacis ſtudia converſus, Romana ſacra conſtituit. annum decem hactenus menſibus conſtantem duobus auxit. Jani templo clauſo perpetuum ſuis otium fecit. Regnavit annos 43.

*b* Dion. 3, init. & cæteri.

Tertius Romæ regnavit Tullus Hoſtilius. *b* qui anno 2. Olymp. 27 cœpit, ante Chriſtum 671, vir pacis inſolens, & ad bella factus. Hic Albanis victis, urbem eorum excidit, cùm opes ejus omnes ipſúmque populum Romam tranſtuliſſet; ac Metum Suffetium Albanorum Dictatorem, perfidiæ convictum, inter duos currus religatum actis equis in diverſa diſtraxiſſet. Ter ille triumphavit, de Albanis, Fidenatibus, Sabinis. Regnavit annos 32, ac de cœlo tactus, cum uxore, familiáque periit.

*Ancus.*

Quartus regnavit Ancus Martius Numæ Pompilii nepos, anno ante Chriſtum 639 ſecundo, Olymp. 35. à quo Latini ſuperati, ac plerique in Urbem recepti, qui in Aventino collocati ſunt. Janiculum ab eodem munitum, & ſublicio ponte junctus Tiberis, Oſtia condita Regnavit annos quatuor & viginti.

*Tarquinius Priſcus.*

Quintus Romæ rex Tarquinius Priſcus cœpit anno ſecundo Olymp. 41, ante Chriſtum 615. Hic Demarati Corinthii, ex Bacchiadarum ſtirpe, profugi filius, & Lucumo prius dictus, Romam migravit, & à Tarquiniis Etruſco oppido, ubi cum patre hactenus habitarat, Lucius Tarquinius appellatus eſt. Adeptus imperium, Senatum ampliavit; Tuſciæ populos 12 ſubegit; ab iiſque inſignia ſummæ poteſtatis accepit, faſces, trabeam, curules, prætextam, & id genus alia. Opera præterea in Urbe magnifica condidit: velut cloacas, quibus in Teberim aqua derivabatur. *c* Capitolini Jovis ædem inchoavit. Occiſus eſt ab Anci filiis, cùm regnaſſet annos 38.

*c* Dion. 4, &c.

*Servius Tullus.*

Hujus gener ſextus ordine regnavit Servius Tullus anno 4, Olympiadis 50, ante Chriſtum 577. Hic Ocriſia Corniculana captiva matre natus, ac Tarquinio regi virtute commendatus, regii

regii ſtemmatis proceribus antepoſitus eſt. Multa in Repub. præclarè ab eo ſunt ordinata. Primus *a* cenſum inſtituit, ac quinto quoque vertente anno fieri decrevit. Ex cenſu populum in claſſes, & centurias diſtribuit. Urbem ipſam amplificavit. Regno demum ſumma cum laude per annos 44 adminiſtrato, generi ſui Tarquinii, ac filiæ execrando parricidio vita illi eſt erepta.

A. 3702. P. I. ad 4185.

*a* Vide 2. de Doct. Temp. c. 76.

Anno, *b* ut refert Dionyſius, quarto Olympiadis 61, ante Chriſtum 533, ſeptimus, ac poſtremus regnavit Tarquinius cognomento Superbus, quem Priſci filium plerique Romanorum veterum, & eos ſecutus Livius, aſſeverarunt. nepotem fuiſſe perſuadet Dionyſius. Hic regnum ſcelere partum non meliùs, quàm quæſierat, adminiſtravit. Cædibus, ac direptionibus in Senatores, ac nobiles graſſatus eſt. Latinorum ſociorum commune fanum in Albano conſtituit, Latinâſque ferias condidit. Templum Capitolini Jovis ab avo cœptum de manubiis exædificavit. Tandem ob ſtuprum Lucretiæ nobiliſſimæ feminæ ab Arunte filio ejus illatum, abſens, dum Ardeam obſideret, conſenſu populi ſumma illi abrogata dignitas eſt, cúmque eo regium nomen è civitate ſublatum anno Urbis exeunte 244.

*b* Dion. 4, p. 212. Liv. 1, &c.

*Tarquinius Superbus.*

## *De bello Meſſeniaco, ac Rege eorum Ariſtomene, déque Tyrtæo Poëta.*

MESSENIA *c* Laconicæ finitima regio eſt, quam poſteri Herculis occuparunt. Hujus incolæ gravi ac diuturno cum Lacedæmoniis bello fortiter geſto, tandem victi, ac ſolum vertere coacti ſunt. Cauſſa belli fuiſſe videtur Lacedæmoniorum cupiditas, & ambitio, ex quibus invidia in vicinos, ac ſimultas oritur. Occaſionem dedit ſive Lacænis oblatum à Meſſeniis ſtuprum per ſacrorum ſpeciem, ac Teleclo Lacedæmoniorum regi ab iiſdem illata nex: ſive mutuæ privatorum injuriæ. quas dum civitates animoſius perſequuntur, bellum utrinque vehemens exarſit. Initium oppugnandi fecère Lace-

CAPUT VIII.

*c* Pauſan. Meſſen. Iuſt. 3. Excerpta Diod. à Valeſ. edita p. 226.

A. 3702. P. I. ad 4185. *Bellum Meſſeniacum.*

dæmonii, qui nequicquam provocantibus ad æquas conditiones Meſſeniis, graviſſimo jurejurando priùs obſtricti, non antè ſe ab armis ceſſaturos, quàm Meſſeniam obtinerent, eorum oppidum in clivo poſitum occuparunt Amphiam. *a* Id accidit anno ſecundo nonæ Olympiadis, hoc eſt Per. Jul. 3971, Euphaë Meſſeniis regnante. Quarto pòſt anno, qui fuit Periodi Julianæ 3975, atrox prælium eſt factum. tùm nova Lacedæmoniorum irruptio. ac denique Meſſenii cæteris oppidis relictis, Ithomen muniunt. Mortuo Euphaë Ariſtodemus rex à Meſſeniis eligitur, is qui filiam ex oraculo jugularat. Id evenit anno circiter Julianæ Per. 3984, tertio Olymp. 12. Ab hoc rege magnam cladem acceperunt Lacedæmonii. *b* quibus adeò placuit, ad prolem ſufficiendam, uxores ſuas proſtituere. unde nati quos Parthenios vocarunt. de quibus poſtea. Ea res circa tertium annum Olympiadis 13 accidit, Ariſtodemi quintum. Demum Ariſtodemus deſperata patriæ ſalute, quod Ithomen arctiſſima obſidione premerent Spartani; ſemetipſum ad filiæ ſepulcrum jugulat, poſtquam annos ſex, & majorem ſeptimi partem imperavit. Anno verò primo Olymp. 14. exeunte, Per. Jul. 3991, viceſimo quàm initium erat Meſſeniacum bellum, Ithome à Meſſeniis deſerta, & à Lacedæmoniis everſa eſt. Ita bello priori finis imponitur. Ex hoc Meſſeniorum naufragio quidam, Alcidamida duce, Rhegium commigrarunt; quod eſt Italiæ oppidum.

*a* Pauſan. Meſſen. p. 116.

*b* Iuſt. 3.

*Parthenii.*

Poſt annos inde 38, hoc eſt Olympiadis 23 anno 4, Per. Jul. 4029. Archonte Athenis Tleſia, ut ait Pauſanias, Ariſtomenis hortatu viri heroïca fortitudine præditi, Meſſenii bellum contra Lacedæmonios inſtaurant. quo bello Lacedæmonii, ex oraculo, ducem ab Athenienſibus petunt. Hi Tyrtæum poëtam ludimagiſtrum ad illos deſtinant. quo imperatore victi primùm; poſtea dolo potiùs, quàm virtute ſuperiores facti ſunt. Meſſenii in Iram montem ſe recipiunt anno belli tertio: ubi undecim annos hoſtibus reſtiterunt. *c* Multa per id tempus incredibilia, & ſtupenda Ariſtomenes edidit. Tandem anno

*Tyrtæus.*

*c* Pauſan. Meſſen. 123, & ſeq.

Olymp. 27 primo, expugnata eſt Ira, ante Chriſtum 671. ac bellum deſiit, quod ex Pauſaniæ narratione colligitur annos tenuiſſe 14. *a* Juſtinus tamen bellum ſecundum poſt annos à priore octoginta ab Meſſeniis inſtauratum refert; cùm toto hoc ſpatio ſervilem in modum à Lacedæmoniis eſſent habiti. Meſſenij, exciſa patria, vere appetente, in Siciliam navigant, ibíque Zanclen occupant, quam Meſſanam nominant. A. 3702 P. J. ad 4185. *a* Vide Valeſ. ad Exc. Diod. p. 38.

## *De Cyaxare Medorum rege, & Scytharum irruptione; ac Babyloniorum regibus, præſertim Nabuchodonoſoro, ejúſque poſteris.*

CAP. IX.

HERODOTUS *b* in primo libro, Medorum imperium regnante Phraorte Cyaxaris patre auctum, & amplificatum eſſe ſcribit: ab eóque Perſas, & Aſiaticos bello domitos, ac ſubactos. Qui cùm Aſſyrios oppugnaret, ac Ninum obſideret, ibi cùm maxima exercitus parte periit. Cyaxares Phraortis F. ut patrem ulciſceretur, contra Aſſyrios bellum & ipſe ſuſcepit. quibus victis, in ipſa Nini obſidione, ſubita irruptione Scytharum opprimitur. qui Cimmerios inſequentes, Madye duce, in Aſiam, ac Mediam inundaverant. Iidem Aſiæ octo & viginti annis dominati ſunt, continuas ex ea prædas agentes, ac prohibente nullo impunè graſſantes: donec poſt annos 28 Cyaxares convivio illos excepit, ac poculis largioribus invitatos, & temulentos ad unum occidit omnes. priſtinúmque recuperavit imperium. *b* Herod. 1, c. 102. Par. 2. l. 3. c. 4. *Scytharum irruptio.*

Ad eundem poſteà Cyaxarem Scythici nominis alij cùm ſupplices veniſſent, eos ille benignè habuit: quibus & Medorum pueros Scythico ſermone, ac ſagittandi peritia, qua illi præ cæteris pollebant, inſtituendos tradidit.

Interim Scythæ quotidie venatum euntes, ferinæ ſemper aliquid offerebant regi. quod cùm aliquando prædæ inopia deſiiſſent facere, malè ab illo ſunt accepti. Quam injuriam barbarica crudelitate ſunt ulti. Unum enim de diſcipulis

A. 3701 P. I. ad 4185.

ſuis mactatum, ac ferinæ in modum paratum ad regem deferunt; & ſubinde ſupplices ad Alyattem Lydiæ regem ſeſe recipiunt. Cyaxares, comperto flagitio, profugos ad ſupplicium dedi ſibi poſtulat, ac bellum, niſi impetraret, Lydis minatur. Quinquennali igitur bello per eventus varios & ancipites tracto, ſexto demum anno fit inter ipſos prælium: à quo repentina Solis obſcuratione territi, deſtiterunt. Tandem Syenneſis Cilicis, & Labyniti Babylonij opera conciliati ſunt invicem, páxque nuptiali fœdere ſancita. Nam Arienne Alyattis filia Aſtyagi Cyaxaris filio nupſit. Labynitus iſte idem eſſe videtur, qui in ſacris libris Nabuchodonoſorus dicitur, Nabopolaſſari filius; qui tum Babylone regnabat, ac jam Medorum excuſſo dominatu, Babyloniorum res in majus extulerat. de quibus deinceps facienda mentio eſt.

Poſt Nabonaſſarum, quem Babylonici fundatorem imperij jure ſuſpicamur, plures, ſed obſcuri, ad Nabopolaſſarum uſque numerantur in Mathematico canone, cujus ſuprà meminimus. Nabopolaſſarus Babylonicum regnum, quod modicum acceperat, armis propagavit. Quippe *a* Beroſus Chaldaicorum ſciptor Annalium, & Alexandri M. temporum æqualis prodidit, Nabopolaſſarum Nabuchodonoſori patrem Ægypto, Cœleſyriæ, ac Phœniciæ dominantem, illis præfeciſſe Satrapam: qui cùm defeciſſet, Nabopolaſſarus ingraveſcente jam ætate, filium ſuum Nabuchodonoſorum adversùs illum cum exercitu miſit. qui perduellibus victis, recuperatóque imperio, cùm inter hæc fato functus eſſet Nabopolaſſarus, raptim Babylonem advolavit, copiis omnibus unà cum præda cuidam amicorum relictis, ut ea deportaret in Babyloniam. Regnavit Nabopolaſſarus annos unum & viginti, ac cœpit anno Per. Jul. 4089. Joſiæ regis 17. Porro expeditio illa prior Nabuchodonoſori Joacimi Joſiæ regis filij anno tertio, quartóve ineunte contigit Per. Jul. 4107, à quo Nabuchodonoſori regis initium auſpicati ſunt Judæi. quamvis biennio poſt hunc annum ſuperſtes fuit Nabopolaſſarus. Nabuchodonoſorus porro patre multo clarior

*a* Apud Ioſe. l. 9, Ant. cap. 11, & 1, con. App. p. 921, edit. Frob Euſ. 9. de Præp. p. 267.

*Nabopolaſſarus.*

*Nabuchodonoſorus.*

longè bella maxima geſſit, ac gentes plurimas vincendo peragravit; quod non ſolùm literæ ſacræ teſtantur, ſed etiam Megaſthenes in quarto rerum Indicarum *a* apud Joſephum de hoc rege ſcripſit, fortitudine, ac rerum geſtarum magnitudine multum ab eo eſſe ſuperatum Herculem. Nam & præcipuam illum Africæ civitatem, & majorem Hiſpaniæ partem armis ſubjugaſſe. Addit Philoſtratus in Phœnicum, & Indorum hiſtoriis, Tyrum ab eodem annis tredecim oppugnatam: quam anno circiter regni ſui aggreſſus videtur decimo ſexto, Periodi Jul. 4122, anno antequam obſideret Hieroſolymam, Sedecia regnante. Tantis elatus ſucceſſibus Nabuchodonoſorus primum coli ſe pro Deo voluit; *b* ingentique ſibi, ut *c* quibuſdam placet, ex auro erecta ſtatua, numinis ritu adorari eam juſſit. quam impietatem liberè detrectantes Hebræos tres, Ananiam, Azariam, Miſaëlem, vivos in ardentem fornacem mandavit abjici. ſed cùm extinctis, qui circùm erant, ſatellitibus, tribus illis flamma pepercifſet, & inter eos quartus quidam ignota, ſed auguſtiori, quàm eſt humana ſpecie conſpectus eſſet, ira in ſtuporem, religionémque verſa, rex juvenibus iſtis, & eorum ſocio Danieli omnem deinceps honorem tribuit; tum quem ſibi uſurparat impiè, cultum ac venerationem Hebræorum in Deum pio edicto tranſtulit. *d* Verùm relapſis in ſuperbiam moribus, poſtquam neque divinis oſtentis, neque Danielis hortatu revocari ſe ad officium paſſus eſt, in amentiam incurrit: ex qua pecudis ritu, ac pabulo victitans, ſeptem totos annos ſub dio tranſegit. donec recepta mente, ac ſceleris exorata venia in priſtinum eſt reſtitutus. Moritur deinde anno, poſt parentis obitum, regni tertio & quadrageſimo, *e* ante Chriſtum 563, quo ſecundus iniit Olympiadis 54.

A. 3702. P. I. ad 4185.

*a* 10. Ant. c. 32.

*b* Dan. 3.

*c* Hiero.

*Tres pueri in fornacem injecti.*

*d* Dan. 4.

*e* Per. Iul. 4151.

*f* Evilmerodachus hunc filius excepit: qui ſtatim ut regnum adiit, Joachinum, ſive Jechoniam Joakimi filium, qui ſe Nabuchodonoſoro dediderat, è carcere liberatum habuit in pretio, & in contubernium accepit. *g* Hujus ſororem habebat in matrimonio Nerigloſſoorus, ex eâ

*f* 4. Reg. 25, 27. Ierem. 52, 31.

*Evilmerodachus.*

*g* Beroſ. apud Ioſ. 1. con. App. p. 226. edit. Prob. & Euſeb. 10 de Præp. p. 267.

A. 3702. P. I. ad 4185. que Laboroſſarchodum ſuſceperat. Itaque occiſo Evilmerodacho, poſt expletum regni biennium, quaſi tutorio nomine, pro filio Laboroſſarchodo, quem nos Baltaſſarum eſſe credimus, imperium geſſit annis quatuor. qui quidem Laboroſſarchodo nonnunquam imputari ſolent. *a* Hic verò, patre mortuo, cùm ad luxum, & perpotationem ſacrilegium adderet, ac ſacra vaſa,quæ ex Hieroſolymitano templo avus ipſius tranſportarat, profanos ad uſus conviviorum inferri juſſiſſet; vidit ad parietem moventes ſeſe manus humanæ digitos, ac tria verba pingentes. quæ cùm interpretari nemo, præter Danielem, potuiſſet, is ſummum inde honorem eſt adeptus. rex verò eâdem nocte conſpiratione ſuorum, quos ob pravam indolem alienos à ſe fecerat, interfectus eſt, novem poſt parentis obitum menſibus exactis.

*Baltaſar.*

*a* Dan. 5.

*Nabonidus.*

Tum de conſenſu procerum Nabonido cuidam origine Medo, & conjurationis ſocio defertur imperium. quod cùm ille ſeptemdecim adminiſtraſſet annis, bello appetitus à Cyro Perſarum rege, & intra Borſippenam incluſus arcem, deditione facta in Carmaniam tranſlatus eſt.

## *De poſtremis Ægypti regibus ex Herodoto, Sethone, duodecim principibus, Pſammeticho, Necao, Amaſide, & cæteris.*

CAP. X.
Part. 2, l. 3, cap. 7.

ÆGYPTIORUM origines, ac Dynaſtiæ, quas ex Africano, & Euſebio Georgius Monachus collegit, multis fabulis adſperſæ ſunt. Quare iis omiſſis, paucos ex Herodoto reges adducemus in medium; qui ad hanc noſtram, & ſacram illuſtrandam hiſtoriam neceſſarii videntur. *b* Ergo ille, commemoratis aliquot regibus, regnaſſe ſcribit Vulcani ſacerdotem Sethon; qui cùm militari genere contemptim uteretur, in ejus offenſionem incidit. Itaque cùm Sennacheribus Arabum Aſſyriorúmque rex, magnis viribus oppugnaſſet Ægyptum,ab ſuo exercitu deſtitutus Sethon numinis imploravit fidem, à quo

*b* Herod. 2, c. 141, & ſeq.
*Sethon.*

murium agreſtium vis immiſſa noctu, hoſtium pharetras, & arcuum nervos, ac ſcutorum habenas arroſit. Ita poſtero die hoſtes armis exuti fugam fecêre. Non dubium eſt, quin Sennacheribus ille rex Aſſyriorum idem fuerit, qui Ezechia regnante Judæam populatus eſt. Nam utrobique tempora congruunt. A. 3702. P. I. ad 4185.

Poſt Sethonem duodecim ſibi reges Ægyptii præfecerunt, totidem in partes regione diviſa. Horum unus Pſammetichus fuit; qui à collegis pulſus, & in paluſtria loca relegatus, Ionum, & Carum auxilio ſuperatis undecim reliquis, univerſam occupavit Ægyptum: & cum Græcis amicitiam fecit; primúſque agrum illis in Ægypto ad incolendum dedit. Initium illius cadit in annum ante Chriſtum 670, Olympiadis 26 tertium: ab eóque annos 54 regnavit, ex quibus undetriginta in Azoti Palæſtinæ oppidi obſidione conſumpſit. *Duodecim reguli.*

Poſt hunc Necos ejus filius præfuit. quem Syros ad Magdolum acie viciſſe auctor eſt Herodotus. *a* Hic eſt Necaos Ægypti rex; à quo Joſias interfectus eſt in Mageddo, circa annum ante Christum 611, quo ſextum jam annum regnabat Necos. Qui annis exactis in regno ſedecim, Pſammim ſucceſſorem habuit: hic Apriem; qui *b* Hieremiæ eſt Ephree. *Necos.* *a* 4. Reg. 23. 29, & 2. Par. 35, 20. *b* Ierem. 44, 30. *Apries.*

Ab eo, propter Cyrenaicam expeditionem haudquaquam è ſententia geſtam, defecerunt Ægyptii. ad quos placandos miſſum ait Herodotus Amaſim præfectum; qui conciliatis ſibi rebellibus, regnum invaſit ipſe; & Apriem in cuſtodia detentum poſtulantibus deinde Ægyptiis neci dedidit. Cœpit Apries, ex Herodoti ratiociniis, anno Periodi Julianæ 4120; & annis 25 regnavit. Ita Amaſis anno Periodi Jul. 4145 iniit. Quem primùm, ſuperſtite adhuc Necao, præpoſitum Ægypto fuiſſe à Nabuchodonoſoro crediderim; & poſt occiſum Apriem, Babyloniorum excuſſo dominatu, ſuis auſpiciis regnare cœpiſſe. Quippe Nabopolaſſarus, ut ſupra demonſtravi, jamdudum Ægyptum ſubegerat. qua, ut apparet, propriis permiſſa regibus, iiſque vectigalibus factis, curatorem addidit, qui illam in



Digitized by Google

A. 3701. P. I. ad 4185.

officio contineret, quod & filius deinceps ejus Nabuchodonoſorus inſtituit.

a Herod. l. 2, c. 172. Amaſis.

Amaſim refert a Herodotus, quòd plebeïo eſſet genere, ab ſuis initiò eſſe contemptum: hos verò conſilio & ſolertia potiùs, quàm vi ac minis, ad cultum ſui in hunc modum adduxiſſe. Pelvim auream, in qua pedes cum convivis lavare ſolitus erat, comminuit, ac ſimulacrum ex ea numinis fecit, idque in propatulo dedicavit. Quod cùm ab Ægyptiis magno haberi in honore didiciſſet, vocata concione dixit, ſtatuam illam, quam adeo venerabantur, ex ea pelvi fabricatam eſſe, quam ad ſordidos uſus adhibere conſueſſet. Sibi verò perinde ut illi contigiſſe: qui cùm plebejus antea fuiſſet: nunc ſe illorum eſſe principem. æquum itaque videri, ſibi ut deinceps ab omnibus honos haberetur. qua oratione ſtatim quod volebat effecit.

b Herod. l. 2, c. 177.

b Ferunt & ab eodem latam hanc eſſe legem, ut quotannis apud provinciarum præſides profiterentur ſinguli, undenam victum ſibi compararent: qui aut hoc non faceret, aut vivendi rationem non probaret, morte plecteretur, quam legem imitatus poſtea Solon Athenienſibus tuliſſe dicitur. Amaſis ſex circiter menſibus deceſſit antè, quàm Cambyſes in Ægyptum irrueret; de quo paullo pòſt dicetur.

## *De Aſtyage Medorum rege ultimo, & occaſu Medici regni, atque initio Perſici, Crœſo, ac Cyro, & hujus geſtis rebus, monarchia & obitu, ac Iudæorum reditu à Babylonica ſervitute.*

CAP. IX.

c Herod. 1. Cteſ. Iuſt. 1. Vide par. 2, lib. 3, c. 8.

MEDIS ultimus regnavit Aſtyages, ut c Herodotus, & Cteſias, ex iiſque cæteri deinceps hiſtorici prodiderunt. Hic cùm virili careret ſobole, quam habebat unicam filiam Mandanem, Cambyſi cuidam Perſæ collocavit, homini quieto, neque novarum rerum cupido: quòd ex ſomnio didicerat, ſe ab nepote imperio eſſe privandum. Eâdem de cauſſâ prægnantem ad ſe filiam evocat, & ex ea natum infantem

occidendum Harpago tradit; quem unum familiariſſimum habebat, & arcanorum omnium participem. At ille clam exponendum paſtori regio dedit, à quo educatus, ubi ad ætatem pervenit, ſomniorum implevit fidem. Nam cùm ab Aſtyage agnitus eſſet, & in gratiam receptus, demum hortante Harpago, cujus filium Aſtyages, ob ſervatum nepotem ſuum, interfecerat, epulandúmque patri præbuerat, ab avo defecit. Aſtyages quid in Harpagum admiſiſſet oblitus, ſummam ei belli permiſit. qui exercitum omnem ſtatim Cyro prodidit. Poſt hæc Aſtyages novis undique contractis copiis cum Cyro confligit. quo in prælio victus libertatem cum imperio perdidit, in quo *a* quinque & triginta annos expleverat. Sic à Medis ad Perſas poſt annos 317 dominatus tranſiit, ineunte Olympiade 55, ut antiquorum omnium conſenſus habet, *b* qui eſt annus ante Chriſtum 559.

A. 3702 P. I. ad 4165.

*Cyri incunabula.*

*a* Herod. l. 1. c. 130.

*b* Per. Jul. 4155.

Aſtyage ſuperato, primùm cum Crœſo, Lydíſque certamen fuit. Crœſus enim affinitate junctus Aſtyagi, ut *c* ſuprà retuli; ſimul incrementa Cyri, ac Perſarum haud æquo ferens animo bellum iis intulit. In quo victus ipſe cum omni regno, maritimíſque Græciæ coloniis in Cyri poteſtatem venit. Scribit *d* Diodorus Eurybatum Epheſium cum magna vi pecuniæ miſſum ab Crœſo, ut in Peloponneſo, reliquáque Græcia militem conſcriberet, ad Cyrum transfugiſſe. Inde nomen Eurybati, probro apud Græcos habitum, ut cujus inſignem perfidiam, & improbitatem notare vellent, eum vocarent Eurybatum. Lydorum illa clades Olympiade circiter 59 ineunte, *e* ante Chriſtum 544 eveniſſe videtur.

*Crœſus.*

*c* Cap. 9.

*d* In Excerpt. à Valeſ. editis p. 244.

*e* Anno Per. Jul. 4170.

Crœſus ab victore Cyro damnatus incendio, cùm Solonis identidem nomen appellaret, ſciſcitanti Cyro quid is tandem hominis eſſet, Athenienſem fuiſſe ſapientem reſpondit, qui ſe olim admonuiſſet: *Mortalem ante obitum neminem dici beatum oportere*: quæ vox quàm eſſet vera, nunc ſe demum intelligere. Hoc audito Cyrus non ſolùm homini pepercit; ſed etiam in pretio deinceps habuit. Inde ſubacta Lydia, Aſiam



Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4185.

expugnavit; cui Mazarem præfecit. à quo Lydi, cùm iterum rebellaſſent, conſilio Crœſi, armis atque equis ademptis, cauponias, & ludicras artes, ac lenocinia exercere ſunt juſſi. de quibus *ludorum*, & *ludiorum* vocabula ipſa fluxiſſe creduntur. Poſt hunc Harpagus eandem curavit provinciam, *a* & Ioniam, aliáſque propinquas regiones ditionis Perſicæ fecit, orſus à Phocæa civitate. cujus incolæ, barbaricæ metu ſervitutis, rebus omnibus ſuis in naves impoſitis, ac dira ſibi, ſi unquam redirent, imprecati, ad Corſicam, & Italiam, orámque Gallicam, appulêre, *b* & in hac nobile condiderunt oppidum, quod Maſſiliam dixerunt. quod circa Olymp. 60 evenit. Quanquam alii haud paullo ante id tempus iiſdem ab Phocæis conſtructam ferunt Maſſiliam; in eáque fuiſſe ſententia ſummum virum Ariſtotelem teſtis eſt *c* Harpocratio: & Euſebius ad 45 Olympiadem conditum illius adnotat. Interim Cyrus in Babyloniam tranſportato exercitu; in qua tum Nabonidus regnabat; quem Darium Medum appellatum eſſe ſuperiùs oſtendimus, patre Medo Babylonis inquilino genitum, caput gentis Babylonem poſt longam obſidionem cepit, circiter anno 22, quàm Medorum opes everterat, *d* ante Chriſtum 538, quo tertius iniit annus Olympiadis 60, Darium verò Medum in Carmaniam tranſtulit. Ab hoc anno captæ Babylonis, novum imperij primordium Cyrus accepit; indidémque illius anni in ſacris literis putari ſolent.

*a* Herod. 1.

*b* Iſocr. in Archid. Iuſtin. 43.

*c* Harpoc. in Μασσαλία. Vide Scal. ad Euſeb. 1417.

*d* Per Iul. 4176.

*Cyri mors.*

Tot elatus victoriis Cyrus Maſſagetis intulit bellum. quod initio proſperum; in fine Cyro ipſi, Perſiſque calamitoſum accidit. Quippe Tomyris regina, cujus filium Cyrus, cùm fugam ſimulaſſet, vino, atque epulis illectum, magna cum Scytharum ſtrage ceciderat, eundem inſidiis exceptum cum toto exercitu profligavit. Cujus caput præſectum Tomyris in utrem humano plenum cruore injeciſſe dicitur, exclamaſséque: *Satia te ſanguine, cujus inſatiabilis ſemper fuiſti.* Hæc ferè Herodotus, ac Juſtinus. Paullo aliter Ctefias, qui imprimis Aſtyagem negat ullo jure propinquitatis cum Cyro fuiſſe junctum;

*Tomyris.*

Digitized by Google

affinem verò poſteà factum, cùm ejus filiam Amyntam Cyrus uxorem duxiſſet. Exinde Bactrios refert ſponte ſe Cyro ſubjeciſſe. Tùm Sacas ab eo victos, eorúmque captum regem Amorgem. poſteà Lydos, & Crœſum. ad ultimum contra Derbicas prœliantem, accepto vulnere, triduo poſteà deceſſiſſe, diviſo in duos filios imperio. quorum major natu Cambyſes patri ſucceſſit: junior verò Tanaxarces Bactrianorum, Choramniorum, Parthorum, & Carmanorum principatum adeptus eſt. Obiit Cyrus anno regni triceſimo, quarto Olympiadis 62, *a* ante Christum 529. A. 3702. P. I. ad 4185. *a* Per. Iul. 4185. Par. 2, l. 3, c. 10.

*b* Hic anno primo Babylonici imperii, qui ab exordio Perſici ſecundus ac viceſimus fuit, edicto Judæis redeundi in patriam, & urbis, ac templi pariter inſtaurandi poteſtatem fecit. Nam de urbe nominatim *c* Joſephus docet. Itaque Zorobabele Salathielis filio duce, nec non Joſue filio Joſedec ſummo ſacerdote, Judæi numero *d* 42360 profecti ſunt. qui primum omnium altari structo, ſeptimo ineunte menſe, juge ſacrificium offerunt. *e* Anno verò ſecundo quàm advenerant, ſecundo menſe, qui in Aprilem cecidit, Templi fundamenta jacta ſunt. Sed adverſariorum calumniis diſturbatum opus eſt, & impeditum ſuperſtite Cyro, deincépſque, donec Darii Hyſtaſpis filii anno ſecundo repetitum eſt. *b* 2. Par. c. ult. & 1. Eſd. cap. 1. *c* Lib. 11. Antiq. c. 1. Vide Eſd. 1, c. 4, 12, & 12. de Doct. Temp. c. 31. *d* 1. Eſd. 2, 64. 1. Eſd. 4. *e* 1. Eſd. 3.

## *De his, quæ toto hoc intervallo, quod eſt à Templi conditu ad Cyri mortem, ſparſim hiſtoriis prodita leguntur, ac de viris eruditione præſtantibus ætatis illius.*

CAP. XII.

*f* SUB primum Meſſeniacum bellum, inclytis quibuſdam civitatibus datum eſt initium; imprimis Syracuſis, quarum conditor Archias Corinthius, è ſtirpe Bacchiadarum. qui *g* quatuor expugnatis oppidis, Achradine, Neapoli, Epipolis, Tyche, unam ex omnibus urbem inſtituit. ad quam & Ortygia, quæ hactenus inſula fuerat, acceſſit. Utrúmque & Ortygiæ, & Sy- *f* Diod. in Excerpta Valeſ. p. 229. *g* Schol. Pind. in 2. Pyth.

A. 3702. P. I. ad 4185.

racuſarum nomen vel locis illis dederunt, vel ab iis acceperunt filiæ totidem Archiæ, quas illic genitas Ortygiam, & Syracuſam vocavit. Poſtea ab Telepho quodam, qui illi in amoribus fuerat, per dolum occiſus, pœnas veteris in patria commiſſi ſceleris dedit, propter quod Græcia coactus eſt excedere. Id autem hoc modo ſe habuit.

a Plut. in Amat. Narrat. Diodo. in Excerpt. Valeſ. p. 229. Maxim. Tyr. Diſſert. 8. Apollon. Schol. ad lib. 4.

a Meliſſus erat Corinthi, Abrone natus eo, qui Phidonis Argivorum regis Corinthiorum imminentis libertati conſilia clam illis aperuerat: ob idque civitate ab iis donatus, eò cum univerſa domo commigrarat. Hujus filium Actæonem, eleganti corporis ſpecie, ſed majore pudicitia præditum, cùm donis, ac variis illecebris fruſtra ſollicitaſſet Archias, vi palam tentavit abripere. Nam magna ſervorum, & amicorum manu facta, in Meliſſi ædes irrupit; indéque prehenſum Actæonem cœpit abducere. Sed patre, ac domeſticis reſiſtentibus, utrimque diſtractus puer, inter illorum manus extinctus eſt, b & cognominis, ac fabuloſi illius necem haud abſimili repræſentavit exitu, perinde ab ſuis, ut ille, diſcerptus. Meliſſus fruſtra legum ac Magiſtratuum implorata fide, cum indignationem magis, ac dolorem omnium, quàm quod jus erat, exprimeret, per Iſthmiorum ludicrum, ac frequentem illîc Græciæ mercatum, in Neptuni templum aſcendit, quod erat in arduo loco poſitum. Ibi poſtquam multa contra Bacchiadas, déque Abronis patris ſui meritis in Corinthios peroraſſet, ad ultimum ultores ſibi precatus Deos, ex alto ſe præcipitem jecit. Paullò pòſt orta ſiccitate, ac peſte, Corinthii interrogandi Apollinis cauſſa Delphos Archiam miſerunt. Huic conſulenti oraculum reſpondit; ita deſiturum hoc malum, ſi de Actæonis morte Corinthii pœnas ſumpſiſſent. Quo audito Archias Corinthum non auſus regredi, in Siciliam navigavit. Bacchiadæ omnes Corintho ejecti ſolum vertêre. Syracuſarum conditum Euſebius à Pontaco editus aſſignat anno quarto nonæ Olympiadis, qui eſt ante Chriſtum 741. editio Scaligeri in quartum annum refert undecimæ.

b Diod. & Schol. Apoll.

Naxum quoque *a* anno ante Syracuſas conditam ſcribit Thucydides, auctore *b* Thucle Chalcidenſi ex Eubœa inſula; qui & *c* quinto poſt, Syracuſas Catanam pulſis inde Siculis frequentavit. A. 3701. P. I. ad 4185. *a* Thuc. l. 6. *b* Thuc. lib. 5. Steph. *c* Thuc. 5.

Ex eadem Bacchiadarum progenie Cherſicrates Corintho & ipſe profugus in Corcyram inſulam colonos duxit, ut *d* Timæus prodidit. Sed annis poſt excidium Troiæ ſexcentis id factum addidit; quod minimè convenit. fuiſſet enim annus primus Olympiadis nonæ & quadrageſimæ, qui longè abeſt ab Syracuſarum conditu, pulſiſque Corintho Bacchiadis. Euſebius ad Olympiadem octavam-decimam Corcyræ conditum adſcribit. *d* Apud Schol. Apol. l. 4.

Bello *e* Meſſenio Lacedæmonii ingenti prælio ab Ariſtodemo ſuperati, ad prolem ſufficiendam, florenti ætate milites domum allegant, iiſque relictarum ibi feminarum copiam faciunt. Unde orti, quos *Parthenios* nominarunt. qui triceſimo pòſt anno, ut ait Juſtinus, ad ſedes novas quærendas ablegati, duce Phalanto in Italiam navigantes Tarentum condiderunt. Clades Lacedæmoniorum incidiſſe videtur anno ante Chriſtum 726, Olympiadis 13 anno tertio. Ideò Partheniorum migratio confertur ex Juſtino in annum ante Chriſtum 696, qui eſt primus Olymp. 21. Quare ſub hoc tempus Tarentum à Lacedæmoniis eſt conditum. *f* Haud multo poſtea Calchedon à Megarenſibus extructa eſt, nempe anno quarto Olympiad. 22. Triennio pòſt, Cyzicus in Azia, & Locri in Italia poſiti ſunt. *e* Pauſan. Phoc. p. 126. Iuſt. 3. Lact. l. 1. c. 20. *Parthenii.* *f* Euſeb. Pont.

Olympiade 39, anno ante Chriſtum 624, *g* Epidamnus à Corcyræis eſt condita. Nec multo pòſt Cyrenen Battus ſtatuit in Libya. quod Olymp. 45, anno poſt Trojam captam 586 accidiſſe Solinus aſſerit. Hic erit ſecundus circiter annus Olympiadis illius. *h* Plinius verò annum Urbis aſſignat 143, qui eſt ſecundus Olympiadis 43, ante Chriſtum 611. quod & *i* Theophraſto conſentaneum eſt, qui trecentis circiter annis ante Simonidem Archontem, conſtructam eſſe Cyrenen adſtruit. qui eſt annus ſecundus Olymp. 117. ante Chriſtum 311. Idem porro Theophraſtus Silphium ſeptem annis ante Cyrenen condi- *g* Thuc. 1. Strabo 7. Eul. Pont. *Cyrene condita.* *h* Lib. 19, c. 3. *i* Theophr. l. 6, de cauſ. c. 3.

Digitized by Google

A. 3702. P. I. ad 4185.

tam exortum eſſe ſcribit, imbre piceo ſubitò madefacta tellure, circa Heſperidum hortos, Syrtímque majorem.

a Clem. Alex. 1. Stro. Euſ. b Ælia. 8. Var. 10. c Plut. Solo. Par. 2, lib. 3, c. 9.

Athenis a ſub Olympiadem 39 Drago leges adidit, quas b θεσμὸς vocarunt, c ſanguine potiùs, ut aiebat Demades, quàm atramento ſcriptas. Tanta quippe earum aſperitas fuit, ut parvis juxta, magníſque delictis capitalis irrogata pœna ſit; ac qui otii damnatus eſſet, non minùs, quàm qui parricidium feciſſet, morte lueret. Eas leges, præterquàm quæ de ſicariis erant, poſtea Solon abrogavit.

d Thuc. 1. Plut. Sol. *Cylonis facinus.*

d In eâdem urbe circa Olymp. 45. memorabile fuit Cylonis facinus unius ex principibus. Qui ab oraculo monitus arcem ac dominatum occupare, celeberrimo Jovis feſto die, per Olympicum id ludicrum aggreditur, ignarus aliud in patria Jovis eſſe feſtum, quod *Diaſia* vocabant. Itaque conatui non reſpondit exitus. Obſidione vallatus à popularibus ſuis, evaſit ipſe cum fratre ſuo. reliqui fame ac ſiti coacti, ad aram, quæ erat in arce, ſupplices aſſederunt. qui fide data hinc abducti nihilominus interfecti ſunt. Hujus cædis auctores, & eorum poſteri, pro ſacrilegis & piacularibus habiti fuerunt, ac poſtea ex urbe proſcripti.

Ut iſtorum de occupando patriæ dominatu conſilia fortuna deſtituit: ita complures illa ipſa ætate, quaſi ex compacto idem aggreſſi, quod volebant adepti ſunt. Memorabiles ex eo tyrannorum numero fuere, e Periander Corinthius, Cypſeli filius, f qui annos quatuor & quadraginta dominatum exercuit, cœpítque Olympiade octava & triceſima, ante Chriſtum 628, ac deceſſit anno quarto Olympiadis 48, hoc eſt uno ante Olympiadem 49, ut Soſicrates apud Diogenem refert; ante Chriſtum 585. g Hic Lyſidem, quam Meliſſam ipſe nominavit, uxorem ſuam, Proclis Epidauriorum tyranni filiam interfecit, quod ægrè ferens Lycophron ejus filius, ab illo primùm abdicatus, deinde relegatus in Corcyram, cùm poſtea ad capeſſendam tyrannidem revocaretur à patre, ab Corcyrenſibus occiſus eſt. Ob id principum illius inſulæ liberos trecen-

*Periander.* e Herod. l. 1. & 3. Diog. f Ariſtot. 5. Polit. c. 12.

g Herod. 3. Diog.

Digitized by Google

tos ad Alyattem Lydiæ regem caſtrandos miſit Periander: quos in Samum delatos eripuere Samij & in patriam remiſere. *a* Coluit hunc Arion Methymnæus fidicen, quem etiam ex Italia redeuntem, & à nautis in mare coactum ſe projicere, ac delphino revectum excepit. *b* Fuit & Thraſybulus Mileti tyrannus Periandro junctus amicitia.

A. 3702. P. I. ad 4181.

*a* Herod. lib. 1.

*b* Herod. Ibid. *Thraſybulus.*

Non multo poſt Periandri obitum, *c* hoc eſt Olympiade circiter tertia & quinquageſima, Phalaris Agrigenti in Sicilia tyrannidem arripuit. *d* Nam cum publicanus eſſet, ac templo Apollinis in arce ſumma ædificando præeſſet publicis acceptis pecuniis mercenarios magno numero conduxit, & complures captivos emit. tum quæſtus furto ſibi materiam ex arce ſurripi, muniendæ arcis poteſtatem accepit: itáque ex improviſo tyrannidem cepit; *e* quam per ſummam deinceps immanitatem annis ſedecim exercuit.

*c* Euſeb. *Phalaris.*

*d* Polyænus l. 5, c. 1.

*e* Euſeb.

Æqualis hujus fuit Piſiſtratus, *f* qui Athenas bis occupavit: primùm circa Olympiadem 55, & initium Cyri. *g* Sed brevi pòſt Megaclis præpotentis civis factione pulſus, cum eum ſibi nuptiarum pactione reconciliaſſet, ab eodem per ſubornatam Minervæ ſpecie feminam in arcem introductus eſt. Unde Megaclis conſpiratione rurſus ejectus, undecimo demum anno reſtitutus eſt; ſub id tempus, quo Crœſus contra Cyrum bellum agitans. Græcorum circumſpectabat auxilia. Obiit ſucceſſore Hippia relicto filio, circa annum primum Olympiadis 62, cum ſeptemdecim haud amplius annis tyrannidis potitus eſſet.

*Piſiſtratus.*

*f* Ariſt. 5. Pol. c. 12.

*g* Herod. 1. c. 59, & ſeq.

Porro Megacles iſte Alcmæonem filium habuit, *h* qui ab Crœſo locupletatus eſt, & cognominem patri filium genuit Megaclem, Cliſthenis Sicyoniorum principis generum. *i* Hic enim Agariſtam filiam volens Græciæ totius præſtantiſſimo in matrimonium dare, certam diem edixit, ad quam proci omnes Sicyonem venirent. quorum è numero Megaclem Alcmæonis filium elegit. *k* Affuiſſe tum inter alios Smindyrides Sybarita dicitur, opibus & luxu per id tempus

*h* Herod. 6. *Cliſthenes.*

*i* Herod. ibid.

*k* Herod. Ibid. Diod. in Excer. Valeſ. p. 230.

A. 3702 P. I. ad 4181.

celebris. Atque hoc ſecunda poſt Solonem, & Crœſum ætate incidiſſe teſtis eſt Herodotus.

*Archilocus.* a Tatia. Cyr. 1. con. Iul. *Stenichorus.* *Alcman.* b Euſeb. *Alcæus.* *Sappho.* *Theognis.*

Extiterunt illa tempeſtate ingenij, ac ſapientiæ laude inclyti; ex Poëtis quidem, Archilocus *a* Olymp. 23: Stenichorus, qui naſcitur Olymp. 37, & moritur Olymp. 57, ait Suidas.

Alcman Lyricus Poëta floruit *b* circa Olympiadem 42.

Eodem tempore vixit & Alcæus, qui cum Pittaco, aliiſque potentioribus graves inimicitias exercuit. Euſebius in Chron. Alcæum, & Sapphonem adſcribit Olympiadi 42, vel 45.

c Plato 1. de Leg. Theod. 5. con. Gen. *Hipponax.* d Lib. 36, c. 5. *Septem Sapientes.*

Theognis Olympiade floruit 58, Euſebio teſte. quem Megarenſem è Sicilia fuiſſe perhibent *c* nonulli. Alij Megaris Iſthmo Corinthiaco vicina urbe oriundum aſſerunt.

Hipponax mordacium ſcriptor Jamborum extitit Olympiad. 60, vt ait *d* Plinius.

In Philoſophia porro claruerunt imprimis illi ſeptem, qui id vocabulum proprium ſibi fecerunt. Hos in Protagora Plato, ex eóque *e* Pauſanias in Phocicis ita recenſent.

e Pauſan. Phoc. p. 340. f Diog. Laërt. Cyr. 1. cont. Iul.

Primus fuit Thales Mileſius, natus *f* Olympiadis 35 anno 1, Archonte Damaſia: obiit Olympiade 58, poſtquam in expeditione contra Cyrum Crœſo adfuit. Quare non 70, vel 90, ut Diogenes dicit, ſed 96 vixit annos. ſiquidem 24 ſolidas Olympiadas confecit.

g Diog. Laërt.

Secundus Pittacus Mitylenæus, qui *g* floruit Olympiade 42, & mortuus eſt anno tertio Olymp. 52, Archonte Ariſtomene.

h Diog.

Tertius Bias Priennenſis: *h* qui eadem ætate vixit, ſub Alyatte, Crœſóque Lydiæ regibus.

i In Excer. Valeſ. 237.

Cujus æterna celebrandum laude facinus *i* à Diodoro proditur in Excerptis nuper editis. Cùm enim Meſſeniæ nobiles virgines à prædonibus captæ eſſent, eos ille ſuapte pecunia redemptas domi aluit, & filiarum habuit loco. Quas cùm deinde propinqui aliquanto poſt repeterent, nullo neque redemptionis, neque alimentorum accepto pretio illis reddidit. Hujus ſingularis beneficij memores puellæ, ubi domum reverterunt, cùm ſub id tempus Meſſenij piſcatores æneum tripodem extruxiſſent, cui inſcriptum hoc erat

*Sapientiſſimo*; apud ſuos effecerunt, ut ille Bianti, tanquam omnium digniſſimo mitteretur. A. 3702. P. I. ad 4185.

Quartus Solon. qui *a* anno tertio Olympiadis 45 Prætor Athenis fuit, Tarquinio Priſco Romæ regnante: quo & leges Athenienſibus dedit, & eorum rempublicam ordinavit. Mortuus eſt annos natus *b* 80, eodem, ut apparet, anno, quo Cyrus in Perſide imperare cœpit; *c* paullò pòſt occupatum Athenis à Piſiſtrato dominatum. *a* Diog. Plut. *b* Diog. *c* Ælia. 8. Var. c. 16.

Quintus Cleobulus Lindius æqualis Solonis.

Sextus Myſon Chenenſis ex Laconicæ oppido, vel Oetæo potiùs, quas Chenas vocat.

Septimus Chilo Lacedæmonius, quem Olympiade 52 ſenem ait fuiſſe Diogenes.

Pro Myſone plerique Periandrum Corinthiorum tyrannum numerant, ait Pauſanias: Alii Anacharſin Scytham, qui eâdem tempeſtate vivebat.

Æſopus quoque fabularum ſcriptor ſæculo illo floruit. quem Olympiade 54 necatum à Delphis refert Euſebius.

Epimenides Cretenſis inter illorum temporum ſapientes adſcribitur. qui *d* Olympiade 46 Athenas veniens, urbem Cylonii piaculi contagione purgavit. *e* Creditus eſt annos 57 in ſpelunca dormiiſſe, vixiſſe 154, vel 157, vel 298. Diogenes præterea ſcribit ipſum ad expiationem Athenarum aras complures excitaſſe nulli certo Deo dicatas. ad quod Actorum 13 Paulus reſpexiſſe videtur. *d* Diog. *e* Id.

*f* Anaximander Mileſius anno ſecundo Olymp. 58 annum agebat 64, paullóque pòſt obiit. *f* Diog.

Anaximenes & ipſe Mileſius natus Olympiade 63, & mortuus circa Sardium ἅλωσιν, ut ait Diogenes: ſed falsò. *g* Sardes enim captæ ſunt à Cyro anno 1 Olympiad. 59. *g* Vide l. 13, de Doct. Temp.

*h* Xenophanes claruit Olympiad. 60. quâ eâdem Pherecydes Syrius Philoſophus extitit. *h* Diog. Par. 2, l. 3, c. 9.

Sunt qui Periandrum, ut dixit, Corinthi, & Piſiſtratum Athenarum tyrannos inter ævi illius ſapientes annumerent.

Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ

## LIBER TERTIUS.

Tempora continens ab anno Per. Jul. 4186 ad 4430, ſive ab initio Cambyſis ad Ptolomæi Philadelphi primordia.

*De iis quæ ſub Cambyſe, ac Dario memoria digna contigerunt, præſertim de Marathonio conflictu.*

CAPVT. I. Par. 2, l. 3, c. 10.

a Lib. 3, init.

*Cambyſi geſta.*

CAMBYSES an. 4. Olymp. 62, ante Chriſtum 529, ut oſtenſum eſt, regnare orſus in Perſide, 5. anno, ut in Chronico ſcribit Euſeb. invadit Ægyptum. Cauſſam belli hujus ridiculam refert *a* Herodotus; Cambyſen Amaſidis filiam ad conjugem expetiiſſe: pro ea verò Apriæ filiam Nitetim ab Amaſide miſſam, quòd ſciret non uxoris legitimæ loco habendam eſſe, ſed pellicis. Id ubi Cambyſes reſcivit, in Ægyptum arma vertiſſe. Sed cùm Apries ante annos 44 obierit, quàm Cambyſes Ægyptum peteret, non eſt veriſimile. Aprię genitam pro puella Cambyſæ nuptiis deſtinari potuiſſe. Quare probabilius eſt, quod & nonnullos aſſerere ſcribit Herodotus; affinitatem illam non à Cambyſe, ſed à Cyro exambitam fuiſſe,

Digitized by Google

Quod & *a* Polyænus ſecutus eſt. Scribit enim Cyro Amaſidis filiam ad conjugium poſtulanti, miſſam ejus loco ab Amaſide Nitetim Apriæ filiam, quæ diſſimulata re, ubi plures è Cyro liberos ſuſcepit, ínque his Cambyſem, Cyro fraudem confeſſa, eum perpulit, ut quoniam Amaſis obierat, in filium ejus Pſammetichum vindicaret. Sed in apparatu mortuo Cyro, Cambyſes hortatu matris, Ægypti regnum in Apriæ poſteros tranſtulit. A. 4186. P. L. ad 4430. *a* Polyæn. l. 8, p. 601.

*b* Antequam in Ægyptum Cambyſes proficiſceretur, Amaſis obierat, eíque Pſammetichus filius ſucceſſerat. Qui à Cambyſe captus, aliquamdiu vixit in Perſide. Cambyſes in ea expeditione Polycratis Samiorum tyranni claſſe eſt adjutus. Ægypto ſubacta, multa ibi crudeliter & impiè fecit. Contra Æthiopas exercitum ducens, ob commeatus inopiam incœpto deſtitit. Cùm autem ad Ammonij Jovis oraculum incendendum 30 milia circiter miſiſſet, ea tempeſtate, & arenarum ingeſtis molibus obruta ſunt. *b* Herod. ibid.

Crœſum porrò amicè quæ officij erant admonentem duci ad necem imperavit. Sed Perſæ clam eum ſubduxerunt. Quo cognito Cambyſes de illius ſalute gaviſus, conſervatores ejus capitali affecit ſupplicio. *Crœſus à nece liberatus.*

*c* Demum anno octavo ineunte regni ſui, ante Chriſtum 522, Cambyſes in amentiam incidit, ac fratrem ſuum Smerdin mandavit interfici; quòd eum per ſomnium in ſolio ſuo conſidentem vidiſſet. Prexaſpes id mandatum executus eſt. Ita quidem Herodotus. Creſias verò nomen illius Tanyoxarem fuiſſe ſcribit, paulóque rem aliter exponit. Haud multò pòſt Cambyſes lignum incidens, femoris muſculum oblæſit, atque undecimo pòſt die mortuus eſt. *c* Herod. ibid. *Cteſias.*

*d* Ægrotante Cambyſe Polycrates in Samo anno 11. tyrannidis ſuæ ab Orœte Sardium præfecto per fraudem evocatus interficitur, eiúſque cadaver in cruce ſuſpenditur. *d* Herod. ibid.

Per idem tempus, ante Cambyſis obitum, Magus quidam Smerdi ſimillimus, ejus ſibi perſonam impoſuit: ac defuncto Cambyſe regnum menſibus ſeptem tenuit. *Magus invadit imperium.*

Digitized by Google

A. 4136 P. I. ad 4430.
a Herod. 3. Valer. Max. 7, cap. 6. Iuſt. 1.
*Darius.*
De Dario Par. 2, l. 3, cap. 10.

a Quo à ſeptem principibus occiſo, unus ex horum numero Darius, Oebaris ſtratoris ſui opera, & equi hinnitu, regnum eſt adeptus, annum agens 28. Siquidem Herod. in calce libri 1, ait anno ultimo Cyri Darium annorum fuiſſe circiter 20. Is Orœtem paulò pòſt interfecit. Intaphernem unum de ſex adjutoribus ſuis, quòd ab admiſſionali, & janitore ad regem adire prohibitus, utrique nares, auréſque præcidiſſet, morti damnavit. Tributa certum ad modum redegit. Horum ſumma ex Aſia, & Ægypto talentûm Euboicorum fuit 14560, quæ ad æs noſtrum redacta ſcutatorum noſtrorum efficiunt 10374000.

Syloſonti Polycratis fratri, à quo privatus adhuc veſte donatus in Ægypto fuerat, patriæ ſuæ Sami inſulæ principatum dedit. Quo ferè tempore Babylon defecit, quam 20 menſibus obſeſſam, per Zopyrum egregiæ fidei principem obtinuit. quod ſub annum tertium Olympiadis 67 incidit.

b Herod. 4. Iuſt. 1. Corn. Nep. in Milt.

b Duplex ab eo inſignis expeditio facta. Prior contra Scythas: contra Græcos altera. In priori ponte Boſphorum injunxit. tum alterum in Danubio fecit. cui ſervando Jonicarum urbium principes adhibuit. à quibus deliberatum eſt, ecquid ponte reſciſſo, ad quod Scythæ eos adhortabantur, Darium, & Perſarum robur iiſdem internecione delendum traderent. Sed vicit Hiſtiæi Mileſij ſententia, qui ne id fieret ea ratione perſuaſit, quòd Darij regno ipſorum ſalus niteretur, ac dominatio. Itaque Darius magna exercitus amiſſâ parte, ægrè in Aſiam rediit, Megabazo cum 70. M. in Europa relicto, ut eam armis ſubigeret. Contigit hæc in Scythas expeditio ineunte 68 Olympiade, ante Chriſtianam æram 508.

*Darij Scythica expeditio.*

c Herod. 5.

c Megabazus Thraciam, & Macedoniam Darij ſubjecit imperio. Quo tempore Alexander Amyntæ Macedonum regis filius Perſarum principes quoſdam petulantiùs in convivio domi ſuæ laſcivientes occidit. Darius in Perſidem rediens Hiſtiæum Mileti tyrannum ſecum per honoris ſpeciem abducit invitum. qui Ariſtagoram generum, & conſobrinum ſuum civitati ſuo loco

*Hiſtiæus Mileſius.*

præpoſuit. Quem poſtea, ut ab Rege deficeret, & in belli ſocietatem Jonas ſecum traheret, clam eſt hortatus. Quippe patriæ deſiderio, & aulæ Perſicæ tædio id conſilij ceperat, ut prætextu domeſtici illius incendij reſtinguendi, commeatum impetraret à Dario. Interim Ariſtagoras, Mileſiis reſtituta libertate, ac tyrannis, quoad potuit, ubique ſublatis, ad Græcorum auxilia reſpexit. Itaque Lacedæmoniis fruſtra tentatis, Athenas venit: à quibus claſſe viginti navium adjutus, palam defecit à Perſis. Mox eorundem auxilio captæ ſunt Sardes, & incenſæ. Id evenit Olympiade 69. Perſæ Jonas perſecuti fundunt fugántque. Qui ab Athenienſibus deſtituti, nihilo ſecius contra Perſas utcumque bellum ſuſtinent. Byzantium, & alias urbes capiunt. Darius audito ab Athenienſibus inflammatas eſſe Sardes, ulciſcendi cupidus, quotidie ſe de bello Athenienſibus inferendo jubet admoneri. A. 4186 P. I. ad 4430.

*a* Ariſtagora deinde in acie cæſo, miſſus ab Dario Hiſtiæus fruſtra contra regem cum Jonibus nititur. qui navali prælio ſuperati; Miletus ſexto ab Ariſtagoræ defectione anno expugnata, & incendio conſumpta; Hiſtiæus ab Harpago Perſarum duce captus in pugna, & ad Artaphernem Darij fratrem perductus, in crucem agitur. *a* Herod. 6.

Darius Mardonium generum adverſus Græcos cum exercitu mittit; qui tyrannis ex urbibus Joniæ ſublatis, pro iis popularia imperia conſtituit. Thraciam inde, Macedoniam, ac finitimas regiones ſibi ſubjicit. Ad montem Athon gravi tempeſtate jactatus viginti amiſit hominum millia. Poſt hæc legatos Darius miſit in Græciam, qui aquam & ignem exigerent. quibus Æginetæ paruerunt.

Demum anno tertio Olymp: 72, Periodi Jul. 4224, ad Marathona pugnatum eſt. Par. 2, l. 3, c. 11.

*b* Cauſſam hujus belli Dario præbuit partim propagandi in Europam, & Græciam imperij, partim ulciſcendorum Athenienſium cupiditas; qui auxilium contra ſe tulerant Jonibus, & Sardes incenderant. Non hoc ſolum poſteriùs expeditioni prætexuit ſuæ; ſed illud inſuper, ut Hippiam Piſiſtrati filium Athenis ejectum, ac ſup- *b* Herod. 6. Corn. Nep. Milt. Pauſ. Att. p. 31. Iuſt. c.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

plicem ſibi factum, in tyrannidem reſtitueret.

His commotus Darius claſſem mittit in Græciam ſexcentarum triremium, ut ait *a* Herodotus: ut autem Cornelius Nepos in Miltiade refert, quingentarum: quibus ducenta peditum millia, decem equitum impoſuit, ſi eidem creditur. At Lyſias in Epitaphio quingenta millia numerat. Ea claſſis, ducibus Dati & Artapherne Artaphernis fratris Darij filio, primùm ad Eubœam appulſa. Eretriam cepit. Inde in Atticam venit, & ſuas copias in campum Marathonem expoſuit. Athenienſes decem contra illos Prætores creant, qui exercitui præeſſent: inter quos erat Miltiades: cujus auſpiciis perexigua manu (non enim plures decem millibus habebant, è quibus Athenienſium novem millia; Platæenſium mille fuerunt) fuſi ſunt barbari. Centum millia peditum, cum equitum millibus decem in aciem produxiſſe Datim aſſerit Cornelius nepos. Cæſa in eo prælio Perſarum 6400, Athenienſes 192, die Boëdromionos 16, ut ait *b* Plut hoc eſt Septemb. 29. Celebrantur inter alios Callimachus Athenienſium Polemarchus: & Cynægirus: qui hoſtilis navis apluſtria manu prehendens, ea abſciſſa cedidit.

Poſt hanc cladem Darius majorem contra Græcos apparatum inſtruit *c* triennio toto. Quarto vero anno defecit Ægyptus. Dum igitur ad ulciſcendos utroſque ſe comparat, orta liberos inter diſſentione, qui à patre regem eligi de more poſtulabant, tandem ab eo Xerxes deſignatus eſt, ac majori natu Artabazani antepoſitus, quòd & Cyri filia Atoſſa genitus; & in principatu ſuſceptus eſſet. Sequenti demum anno ab Ægypti defectione moritur Darius. Hæc Herodotus. ex quibus id efficitur, Marathoniam pugnam anno Darii ſecundo & triceſimo contigiſſe, hoc eſt quinto ante illius obitum.

*a* Lib. 6. pag. 331. edit. Græ.

*b* Plut. in. Cam.

*c* Herod. 7, init.

A. 4136. P. I. ad 4430.

## *De Piſiſtratidarum hiſtoria, & Hipparchi nece, tum de Miltiadis dominatu, & Cornelii Nepotis errore graviſſimo.*

CAP. II.

ANNO ante Marathonium prælium viceſimo, ut auctor eſt *a* Thucydides, Piſiſtratidarum dominatus Athenis extinctus eſt Alcmæonidarum opera, & auxilio Lacedæmoniorum. Pulſus eſt enim Hippias Piſiſtrati F. cùm annos 18 poſt patris obitum præfuiſſet. cujus frater Hipparchus fuit, vir moderatus, & eruditus, ut teſtis eſt *b* Plato. Tametſi Diodorus Hipparchum & Hippiam violentos, & impotentes fuiſſe dicit, tertium verò *c* Piſiſtrati filium Theſſalum civilem ac bene moratum, qui ejurata tyrannide civibus percarus fuit: cui rurſus contradicit *d* Heraclides, qui Theſſalum juniorem & audacia præcipitem ait fuiſſe. quem conjurati volentes occidere, pro eo Hipparchum interemerunt, longè commodiorem fratribus duobus. Hic Harmodii, & Ariſtogitonis conſpiratione cæſus eſt Panathenæorum tempore. Qui ambo à ſatellitibus occiſi; plerique alii torti, & ſupplicio affecti. inter quos Leænæ meretricis conſtantia celebratur. *e* Poſt Hippias Athenis dominatus eſt annos tres; & quarto pulſus ad Darium confugit, anno viceſimo ante Marathoniam pugnam, ut ait Thucydides. Quocircà Hipparchi nex contigit anno 4 Olympiad. 66. quo anno Panathenæa pentaëterica ſacra Athenis indici ſolita indidem colligitur. Fuit autem hic annus ante Chriſtum 513. Hippias verò anno tertio Olymp. 67 eſt ejectus, Per. Julianæ 4204. Statuæ deinde publicè Harmodio, & Ariſtogitoni poſitæ ſunt, ut ſcribit *f* Plinius, qui eodem anno id actum eſſe dicit, quo pulſi ſunt reges. Pulſi ſunt autem tertio anno exeunte Olympiadis ejuſdem, hoc eſt, Per. Jul. 4205.

*g* Per idem tempus, quo Darius per legatos aquam & ignem à Græcis civitatibus petebat, cùm Æginetæ mandata feciſſent, & ad eorum

*a* Lib. 6, Herod. 5, & 6. Vide Par. 2, l. 3, c. 9.

*b* Dial. de lucri cupid.

*c* In Exer. Val. p. 230.

*d* Lib. de Polit.

*e* Pauſ. Att.

*f* Lib. 34, c. 4.

*g* Herod. lib. 6.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

cauſſam cognoſcendam Lacedæmone Cleomenes rex eò veniſſet, à collega ſuo Demarato in crimen adductus, huic ipſi regnum abrogari fecit, ſubornata Pythia, quæ legitimum Ariſtonis filium negaret eſſe Demaratum. Huic ſubſtitutus eſt Leotychides, à quo ille ludibrio perſtrictus, ad Perſas profugit.

*a* Herod. 6. c. 34. *Miltiadis hiſtoria.*

*a* Memorabilis eâdem tempeſtate fuit Athenis Miltiades Cimonis filius, qui in Cherroneſo Thraciæ dominatum obtinuit. Hujus enim patruus Miltiades, Cypſeli filius, eâdem qua Cimon matre genitus, à Doloneis Thracibus, qui Cherroneſum incolebant, ad principatum, ex oraculo, Athenis expetitus. Crœſo regnante, quo cum & amicitiam coluit, regionem illam tenuit. Is moriens Cimonis fratris filium Steſagoram ſucceſſorem relinquit. Quo ab ſicario interfecto, Piſiſtratidæ, ait Herodotus, Miltiadem Cimonis, quem ipſimet è medio ſuſtulerant, filium eò ſubmittunt; qui rerum ibi potitus eſt. Tertio verò, poſtquam venerat, anno Scythæ, quos Darius expeditione in eos facta provocarat, in Thraciam irrumpunt. quos Miltiades fugiens Cherroneſum reliquit, eodémque poſtmodum à Thracibus eſt reſtitutus. Hæc Herodotus. Quæ ut vera ſint, neceſſe eſt poſt Hipparchi necem ab Hippia ſolo miſſum eſſe Miltiadem; ſiquidem tertio anno pòſt Scythæ impreſſionem fecerunt.

*Cornelii Nepotis gravis error de Miltiade.*

In quo, Cornelii Nepotis animadverſione dignus eſt error, qui priorem Miltiadem cum poſteriore confudit, & utriſque geſta adſcripſit uni. Rectè autem *b* Ælianus in Variis, Miltiadas tres diſtinguit itidem, ut nos fecimus.

*b* Lib. 12. Var. c. 35.

*c* Herod. 6. Corn. Nep. *Cimonis geſta.*

*c* Cimonis filius Miltiades, cùm totum illud mare Perſica claſſis obtineret, Athenas elapſus eſt. ac poſteà contra Darii exercitum imperator, in campo Marathonio, ſecundiſſimo & glorioſiſſimo exitu certavit. Quam victoriam adeptus, ad ejus perſequendas reliquias cum claſſe mittitur: ac dum per inſulas bella circumfert, Paron aggreſſus; indéque quâ terrore falſo ingruentis Perſarum exercitus, quâ oblæſi corporis ægritudine depulſus, iniquis civium ſuorum ſententiis grandi ære mulctatus eſt; & qui a ſolvendo non

erat,

eꝛat, in vincula conjectus, ubi diem obiit ſupremum. Hæc proximo anno ab Marathonia victoria videntur accidiſſe. A. 4186. P. I. ad 4430.

## *De quibuſdam viris doctis, qui circa illud tempus extiterunt.*

CAPUT III.

HOc temporis ſpatio, quod ab anno tertio Olympiadis 60, ac Cyri primordio Babylonico, ad obitum Darij & Xerxis initium, fluxit, memorantur inſignes in omni doctrinæ genere viri. Poëtæ quidem, Simonides Ceus Lyricus, quem Euſebius aſcribit Olympiadi 61. unà cum Phocylide. *Simonides.* *Phocylides.*

Tum Anacreon, qui Polycrati Sami tyranno percarus fuit, ut refert *a* Herodotus. At Polycrates Olympiade 64 ab Orœte necatus eſt. *Anacreon.* *a* Lib. 3. c. 121.

Floruit & *b* Æſchylus Athenis Cynægiri illius frater, qui in pugna Marathonia fortiſſimè pugnavit: quo cum & Æſchylus in acie ſtetit, ut ſcribit Vitæ illius auctor. At in Sophoclis vita refert alius, hunc Archonte Philippo natum eſſe, anno ſecundo Olympiadis 71, & 17, annis Æſchylo fuiſſe juniorem. Ita natus fuerit Æſchylus anno primo Olympiadis 67, Periodi Julianæ 4202. & Marathonij conflictus tempore annum agebat circiter 22, aut 23: ac mortuus erit anno Period. Julianæ 4267, Olympiadis 83 anno ſecundo. Nam vixit annos 65. Verùm cùm Hieronis Siciliæ regis tempore, & apud illum mortuus eſſe perhibeatur; & Hiero anno Periodi Julianæ 4247. obierit, non conſonat ratio. Itaque longè ante Olympiadem 67 natus fuerit. *b* Scohl. Aeſch. *Aeſchylus.*

Inter Philoſophos recenſetur Xenophanes phyſicus, idémque Poëtica laude celebratus. quem Diogenes & Euſebius circa Olympiadem ponunt 60. *Xenophanes.*

Sed nihil Pythagora nobilius ætas illa peperit, qui ortus inſula Samo, poſt diuturnam peregrinationem, reverſus in patriam, Polycrate adhuc in ea dominante, Crotonam in Italia petiit, ibíque diſcipulos complures habuit, ut refert Diogenes. alij Syloſontem Polycratis fratrem, & ſucceſſorem aiunt non potuiſſe ferre. *Pythagoras.* Iambl. in vita Pyth. Diog. Diod. in Excerp. Valeſ. p. 241.

A. 4186 P. I. ad 4430. Floruit is Olympiade 60, ſi Diogeni credimus. Jamblichus circa Olympiadem 62 in Italiam abiiſſe ſcribit, qua ſane Polycrates dominari cœpit. Mortuum verò Olympiade 70, ejúſque quarto anno refert Euſebius, cum vixiſſet annos vel 80, vel 90, ut auctor eſt Diogenes. Cum Phalaride tyranno, & Abaride verſatum eſſe prodit Jamblichus idem, qui de ejus vita, & dogmatibus ſcripſit. *Abaris.* Fuit autem Abaris Hyperboreus Apollinis ſacerdos, qui Pythagoram pro Apolline veneratus, mirificam illi ſagittam obtulit, qua fretus flumina tranſmittebat, urbes peſtilentia liberabat, & alia pleraque ſtupenda faciebat. Hæc Jamblicus. *a* Tertullianus verò Pythagoram apud Thurios tyrannidem affectaſſe ſcribit.

*a* In Apol. c. 46.

Pythagoræ præceptis Crotoniatæ rempublicam ſuam inſtituerunt: ac non moribus ſolùm, ſed etiam virtute bellica adeo profecerunt, ut centum eorum millia duce Milone cum trecentis Sybaritarum millibus ad Sagram fluvium conflixerint, & cæſis hoſtibus, urbem ipſam funditus everterint.

Diod. 12.

*Heraclitus.* Heraclitus Epheſius circa Olympiadem 69 floruit, auctore Diogene. nec non Zeno Eleates. *b* Hunc bubulo ſe ſtercore oblitum exuliſſe refert Tertullianus.

*b* Tert. ad Mart. c. 4.

## *De ejectis Roma regibus, ac bellis deinceps à Romanis ſuſceptis.*

CAP. IV.

REGNATUM eſt Romæ, ait *c* Livius, ab condita Urbe ad liberatam, annos 244. Itaque *d* anno ineunte 245, pulſis regibus, Conſules primi creati ſunt. Quare cùm Urbs condita ſit, ex Varronis opinione, anno tertio Olympiadis 6, qui incurrit in annum *e* ante Chriſtum 753, Regifugium, ac primus Conſulatus convenit in annum quartum Olympiadis 67, ante Chriſtum 509, quod ſic intelligi volumus, quaſi idem in anno veteri Romano ſitus menſium fuerit, qui hodiéque in Juliano cernitur. Palilia 6. Cal. Maij celebrata ſunt; unde Urbis anni computari ſolent. Olympiadici verò ab ſolſti-

*c* Lib. 1 in fine. *d* Dion. lib. 4. Plut. in Popl.

*e* Per. Iul. 3961.

Digitized by Google

tio numerantur. Itaque initium annorum Urbis in finem Olympiadicorum congruit. At Romani menſes per illa tempora non eodem loco conſiſtebant. quem tum verò tenerent, nulla poteſt divinatio conſequi. Ideo communi nos, & hodierno ſitu ſæpiùs utemur. A. 4186. P. I. ad 4430.

Tarquinio propter oblatum ab ejus filio Lucretiæ ſtuprum abrogatum eſt regnum 6. Cal Mart. quo die Regifugium notatur in Calendario Romano. Vide 10. de Doct. Temp. c. 21.

Pro regibus, Coſſ. duo comitiis centuriatis à Præfecto Urbis ex commentariis Servii Tullii creati ſunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus: quorum hic Tarquiniorum propinquus erat, à Demarato oriundus, ejúſque pronepos. Qui, poſt detectam conſpirationem, in qua filii Bruti, & ipſius Tarquinii ſororum filii deprehenſi fuerant cum ſe molliùs gereret, annitente Bruto, redactus in ordinem exulare coactus eſt, eique P. Valerius Poplicola ſuffectus. Pòſt Tarquinio rege bellum inferente, in ipſo conflictu Brutus occubuit, ejúſque loco primùm Lucretius Conſul eſt factus; deinde M. Horatius. ac deinceps quotannis inſtitutum, nova ut Conſulum paria Reip. præeſſent. *Conſules creati.*

*a* Anno tertio à parta Romæ libertate Porſenna Cluſinorum regulus, ad reducendos Tarquinios, bellum Romanis intulit. quo bello M. Horatii Coclitis virtus enituit; qui ingruentes per pontem hoſtes ſuſtinuit unus, ac reciſo ponte transnatavit. Tum Mucii Scævolæ, qui regem aggreſſus, & conatu ſuo fruſtratus ardentem in focum injecta manu illum adeo terruit, ultrò ut pacem à Romanis expeteret. Nec minùs puellarum fortitudo conſpecta eſt: imprimíſque Clœliæ, quæ obſes data regi, eluſa cuſtodia, trans flumen ad ſuos equitavit. *a* Liv. 2. Dion. 5 Plut. in Popl. *Horatius Cocles.* *Scævola.*

*b* Submotis Etruſcis vehemens ab Latinis bellum increbuit, quos Octavius Mamilius Tarquinii gener, Latinus ipſe, concitabat. contra quos Dictator anno Urbis 258 factus Poſtumius, ad Regillum lacum inſigni prælio victis ſocietatem reddidit. Nec primus hic Dictator fuit. Ante hunc Urbis anno 250 creatus erat. T. Lar- *b* Liv. 2. Dion. 6. *Primus Dictator.*



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

tius Conſul; cùm plebs ære alieno preſſa nomen adverſus Latinos dare detrectaret.

a Liv. 2. Plut. Cor.
*Bellum Volſcicum.*

a Contra Volſcos bellum poſtea ſuſceptum. qui Latinis ſuperiore bello, quæ mitterent, auxilia paraverant. quod bellum ex intervallo ſæpe repetitum ad annos plures propagatum eſt. Cœpit autem anno Urbis 259. b Memorabilis eo bello C. Marcii Coriolani fortuna fuit, qui anno Urbis 263 damnatus abſens, in Volſcos abiit: iiſque auctor fuit inſtaurandi belli, cui gerendo dux cum Tullio Accio delectus, cùm fuſis ſæpe Romanis, jam mœnibus ipſis immineret, maternis precibus infractus, cœpto deſtitit. quod anno Urbis conditæ 266 evenit. Extincto Coriolano Volſci nihilominus bellum perſeverarunt facere, qui cum Æquis, & Hernicis inſigniter à Spurio Caſſio ter Conſule victi. Sed ea gloria in auctoris ſui perniciem ceſſit. Hic enim primus Romæ, poſt ejectos Tarquinios, regnum auſus effectare, in ipſo conatu eſt oppreſſus, ac de rupe Tarpeia præcipitatus anno V. C. 269. c Hic princeps agrariam Romæ legem tulit anno 20, qui illum, quo necatus eſt, anteceſſit.

b Dion. lib. 8. Liv. Plut.
*Coriolanus.*

c Dion. 8. Liv. 2.
*Agraria lex prima.*

At anno conditæ Romæ 261, cùm ob creditorum impotentiam, ac fœnebre malum plebs trans Anienem in montem ſacrum ſeceſſiſſet à Patriciis, Menenii Agrippæ conſilio, & oratione reconciliata eſt, impetrato prius magiſtratu, quem ad ſui tutelam violentiæ Patrum objiceret. Ii Tribuni appellati ſunt.

*Tribuni creati.*

## *De expeditione Xerxis in Græciam, & Græcorum navali ad Salaminam victoria, & clade Perſarum.*

CAP. V.
Vide Par. 2. lib. 3. c. 13.
d Herod. 7. & 8. Plut. in Them. & Ariſt. Iuſt. 2. Cor.

ANNO poſt Marathoniam pugnam decimo Salaminia contigit, ut auctor eſt Thucydides. d Xerxes enim, qui anno 4. Olympiadis 73, & ante Chriſtum 485, poſt parentis obitum imperare cœpit, Piſiſtratidarum, & Alevadarum hortatu; tum horribilibus ſpectris incitatus ad hoc bellum, anno imperii ſui quinto, Pe-

Digitized by Google

riodi Jul. 4233, ſive Olymp. 74 anno quarto, in Aſiam profectus eſt, & hieme Sardibus exacta, ſequente vere trajecit in Græciam. Herodotus ſcribit in illius exercitu capitum fuiſſe amplius quinquagies & bis centena octoginta tria millia, *a* Plutarchus quinquagies: *b* Theodoretus tricies centena millia. Cornelius Nepos peditum ſeptingenta millia, equitum quadringenta. Claſſis porro navium fuit, ut idem refert, 1200. Lacedæmonii duce Leonida, cum trecentis Spartanis, & Græcorum cæterorum millibus quatuor, in Theſſaliæ faucibus, quas Thermopylas vocant, ingruentem illius exercitum aliquandiu repreſſerunt. Dilapſis deinde Græcis aliis, ſoli Lacedæmonii à Perſis circunventi perierunt. Athenienſes ab oraculo moniti, ut ſe muris ligneis tutarentur, auctore Themiſtocle, relicta patria, ſe ſuáque omnia in naves impoſuerunt, quas ducentas numero paratas habebant, ut ait Cornelius Nepos. quibus additæ Græcorum reliquorum centenæ, trecentarum navium claſſem implebant. *c* At Herodotus Atticas naves 127, haud plures memorat: in totum verò 271. Xerxes Atticam ingreſſus, Athenas incendit. Tum navalis ad Salaminam pugna fit: in qua victi ſunt Perſæ, Boëdromionis die 20, qui in Septembris 23 incidit. Fugit Xerxes, & ad Helleſpontum pervenit die poſt pugnam 45, relicto in Græcia Mardonio cum 300000 peditum. Hoc navale prælium contigit ineunte anno primo Olympiadis 75, ante Chriſtum 480. Anno inſequente, Mardonius à Græcis, duce Pauſania Lacedæmonio, & Ariſtide, vincitur ad Platæas, & occiditur, Boëdromionis tertio, Septemb. 25. *d* Qua eâdem die Græci ad Mycalem navali prælio Perſas ſuperarunt.

A. 4186. P. I. ad 4430.
Nep. in Them.
Diod. 11.

*a* In Paral.
*b* Orat. 10. con. Græc.

*c* Herod. 8. init.

*d* Herod. lib. 9. Diod. 11. Plut. Ariſt.

Per idem tempus, quo cum Perſis maritimo prælio certavêre Græci Carthaginenſes, quos ad invadendam Siciliam Xerxes incitarat, terra victi ſunt ad Himeram à Gelone, ut ſcribit *e* Diodorus.

*e* Lib. 11.



Digitized by Google

. . 4186. P. I. ad 4430.

# *De rebus memoriæ dignis, quæ poſt Perſicum bellum in Græcia contigerunt, ac civilibus Græcorum bellis.*

CAP. VI.

PERSICI turbinis metu perfuncta Græcia ab externis bellis ad domeſtica paulatim arma ſua convertit; nobiliſſimis civitatibus de principatu certantibus, Athenis, & Lacedæmone. ad eas cæteræ partitis ſeſe ſtudiis applicarunt.

a Diod. 11. Corn. Nep. Themiſt. Plut. The.

*a* Prima, conſtitutis rebus, Athenienſes curam tenuit inſtaurandorum mœnium, quæ Perſæ diruerant. quod Themiſtoclis induſtria perfectum eſt, nequicquam Lacedæmoniis obſtantibus; ne extra Peloponneſum paullo aliqua munitior urbs eſſet, qua barbari occupata, velut arce uterentur ad opprimendam Græciam. etſi non tam boni publici amore, quàm invidia, & metu, ne ſe altius æmula civitas efferret, id illos prohibere conſtabat. Quin ejuſdem conſilio *b* Themiſtoclis, Athenienſes in Piræeo portum fecêre, cùm Phalerico hactenus uterentur, *c* Poſteà Græci ad depellenda barbarorum præſidia Pauſaniam cum claſſe miſerunt in Cyprum, & Helleſpontum. *d* Qui capto Byzantio, moras ibi faciens, occulta cum Perſis conſilia de prodendis Græcis iniit. quibus patefactis, domum revocatus, ac denique damnatus periit. Athenienſes interim Græcos populos Pauſaniæ ſuperbia ab Lacedæmoniis alienatos, per Ariſtidem adjunxêre ſibi: quibus commune quoddam ærarium in inſula Delo conſtituere placuit, in quod ſinguli quotannis conferrent aliquid. quod ſibi poſtea Athenienſes uſurparunt.

b Thucid. l. 1. pag. 62. Corn. Nep.

c Diod. 11. Corn. Nep. in Pauſan.

d Thuc. 1. Diod. 11. Corn. Nep. Plut. Parall.

*Themiſtoclis fuga*

Inde Lacedæmoniis poſt necem Pauſaniæ Themiſtoclem proditionis accuſantibus, fugit ille, & ad Perſas abiit. quod anno ſecundo Olympiadis 77, ante Chriſtum 471, Diodorus refert; qui nonus poſt cladem Salaminiam fuit. Itaque ſuperſtite adhuc Xerxe venit ad eum Themiſtocles, *e* ut alio loco docuimus.

e Par. 2, l. 5. c. 10.

*a* Sequente anno Cimon Miltiadis filius cum claſſe navium 250 invectus, ad Cyprum, Barbarorum 340 naves prælio ſuperavit; eodémque die militibus ſuis Perſicis veſtibus indutis, & in captas naves impoſitis, terreſtres Perſarum copias ex improviſo adortus, ad Eurymedontem fluvium cecidit. A. 4186 P. I. ad 4430. *a* Diod. 11. Plut. in Cim. Cor. Nep.

At in Peloponneſo, vehementi terræ motu concuſſa Lacedæmone, cùm Helotes, & Meſſenij defeciſſent, primùm acciti ſunt à Lacedæmoniis Athenienſes ut opem ferrent. ſed interim dum in itinere ſunt, hoſtes ab Archidamo compreſſi, & ſuſpecta jam Athenienſium auxilia dimiſſa ſunt. quæ res illorum alienavit animos, & ſimultatis initium dedit. Id anno 4 Olympiad. 77 Diodorus adſcribit.

Ineunte Olympiade 78, Mycenas ab Argivis, quòd iis ſe ſubjicere nollent, everſas eſſe Diodorus idem aſſerit. *b* Pauſanias verò ex æmulatione gloriæ implacabile in eos odium Argivos cepiſſe prodit; quòd Perſico bello, domi quieſcentibus Argivis, Mycenæi 80 milites contra Perſas ad Thermopylas ſubſidio miſiſſent. Anno verò ſequenti mortuum tradit Hieronem Syracuſis regnantem; cùm annis 11 imperaſſet; ac Thraſybulum fratrem ſucceſſorem habuiſſe: qui Syracuſanorum conſenſione depulſus, in Locros abiit. *c* Ita Syracuſani deinceps ad Dionyſium uſque annis 60 in ſumma tranquillitate vixerunt quod anno 3 Olym 78. Diodorus aſſignat. *b* Pauſ. Cor. 59. *Hiero.* *c* Diod. 11.

*d* In Perſide verò Xerxes anno 4 Olymp. eiuſdem occiſus eſt ab Artabano: necnon Darius illius filius ab Artaxerce fratre, apud quem parricidij, quod ipſe commiſerat, illum accuſarat Artabanus, qui Artaxerxi meritas pœnas dedit Sic Artaxerxes ὁ μακρόχειρ eodem anno regnare eſt orſus. Hic anno imperii tertio, Olympiad. 79 ſecundo, Ægyptum, quæ cum Inaro Lybiæ rege defecerat, per Achæmenem patruum oppugnat. At Inarus Athenienſium copiis adjutus, Perſis reſtitit. qui & navali prælio victis ab Athenienſibus anno tertio Olympiadis ejuſdem. ſequente verò Memphim confugientes ab iiſdem illic obſidentur. Demum Olym- *d* Diod. 11. Iuſt. 3. *Artaxerx.*



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430. piade 81 *a* Athenienſes ab Ægyptiis deſtitui, à Megabazo æquis dimiſſi conditionibus diſceſſerunt. Inarus in crucem actus eſt: Ægyptus recuperata.

*a* Thuc. I.

Interim Lacedæmonios inter & Athenienſes, velitationes aliquot, & atrociſſimorum, quæ deinceps conſecuta ſunt, bellorum orta ſunt initia. Nam Athenienſes, quos opinione comitatis, ac juſtitiæ ſibi conciliarant, ſocios converſis in ſuperbiam moribus offenderunt. Illi ad Lacedæmonios ſeſe receperunt. velut *b* Thaſii, Æginetæ Olympiad. 79. Quinetiam mutuæ hinc inde in agros impeſſiones factæ. Athenienſes duce Leocrate Corinthiis, & Epidauriis victis, in Peloponneſum graſſati ſunt anno 2. Olympiad. 80. Item Olympiade 81. duce Tolmide, Laconicam populati ſunt, & Æginetas ſibi ſubjecerunt. *c* Poſt Cimonis opera quinquennales induciæ factæ, bellíque contra Perſas converſus eſt impetus. Cimon cum claſſe profectus in Cyprum; terra maríque barbaros vicit, & ad pacem faciendam adegit Artaxerxem, qua nulla Græcis ad hanc diem gloriæ, Perſis ignominiæ plus attulerat. Iis enim conditionibus eſt accepta, ne ad mare propius intervallo, quantum equi curſus eſt, accederent: intra Cyaneas autem, & Chelidonias longa navi, vel roſtrata non inveherentur: & ut Aſiæ vrbes liberas relinqueret. *d* Ea pax anno 4 Olymp. 82 tribuitur à Diodoro. Eodem anno Cimon in Cypro Citium obſidens ex morbo deceſſit.

*b* Diod. 11.

*c* Thuc. 1, p. 72.

*d* Diod. 11. Thucyd. 3. Plut & Corn. Nep. in Cimone.

*e* Subinde Græcorum inter ſe recrudeſcentibus odiis, repetitum eſt bellum. quod tricennalium induciarum pactione utcunque ſopitum eſt anno 3 Olympiad. 83. Interim Samij ab Athenienſibus deficientes ad Lacedæmonios, à Pericle perdomiti ſunt anno 4 Olympiad. 84. & Corinthii contra Corcyræos, & eorum ſocios Athenienſes bellum movent: ac ſub annum, 2 Olympiadis 86, navali certamine ſuperantur. Ergo anno 14, quàm factæ erant induciæ, ab Athenienſibus eas eſſe violatas Lacedæmonii, & eorum ſocij pronunciant. Ita bellum de integro conflatum eſt, quod Peloponneſiacum appellant.

*e* Thuc. 12. Diod. 2.

Digitized by Google

## *Romanorum res geſta ab A. V. C. 271 ad 323. & initium belli Peloponneſiaci.*

A. 4186. P. I. ad 4430.

CAP. VII.

ROMÆ *a* Veiens bellum initium eſt Urbis anno 271. quod cùm privatis opibus gerendum Fabiorum ſibi gens una depopoſciſſet, & ad Cremeram fluvium caſtra muniſſet, circumventi hoſtium inſidiis eodem die periêre trecenti ſex, anno Urbis 277, quarto anno poſt pugnam Salaminiam, ait Gellius. Sed anno ſequenti cum Veientibus debellatum eſt ab Servilio Coſ.

*a* Liv. 2. Dion. 9. Gellius 17. c. 20.

*b* Cum Volſcis quoque bellum perſeveravit. qui victi ſæpiùs, præſertim à T. Quinctio Capitolino. Is anno Urbis 286. Antium gentis caput expugnavit. Anno verò 296 adverſus Æquos Dictator factus, & ab aratro vocatus, Minucium Coſ. ab illis circumſeſſum eripuit, hoſtéſque ſub jugum miſit.

*b* Liv. l. 3. Dion. 10.

*c* Anno poſt V. C. trecenteſimo tertio, ante Chriſtum 451, ut auctor eſt Dionyſius, mutata Romæ eſt reipub. forma. Nam pro Coſſ. duobus creati ſunt Decemviri cum ſumma poteſtate; qui ex legibus, quas hinc inde legati è Græcia ſuperiore anno Romam attulerant, populo Rom. jura conſcriberent. Sed cùm iidem poteſtate ſua ad tyrannidem abuterentur; & eorum unus Appius Claudius Virginiam per vim ſibi ad ſtuprum vindicare vellet; eámque ſuapte manu pater occidiſſet: fit altera plebis ſeceſſio, ad quam ſedandam, redacti ſunt in ordinem Decemviri; ac Trib. Pl. & Coſſ. reſtituti. quod anno Urbis trecenteſimo quinto, *d* ſexageſimo poſt partam libertatem incidit, ante Chriſtum 449. Ita tertium annum attigêre Decemviri.

*c* Dion. 10. & 11. Liv. 3.

*Decemviri.*

*d* Cic. 2. de fin.

*e* Anno V. C. trecenteſimo decimoquinto Sp. Melius per occaſionem prævalidæ famis in plebem frumento diviſo, aditum ſibi parans ad regnum, juſſu Quinctii Dictatoris à C. Servilio Ahala Mag. Eq. occiſus eſt. Sequenti verò, Fidenates ad Lartem Tolumnium Veientium regem deficiunt, & legatos pop. Rom. trucidant,

*e* Liv. 4. Val. l. 5. c. 3.



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

His in foro ſtatuæ poſitæ. Veientes anno, qui proximè ſecutus eſt, V. C. 317. à Mamerco Æmilio Dictatore victi: Tolumnius à Corn. Coſſo eſt occiſus; qui & opima ſpolia ſecundus à Romulo Feretrio Jovi conſecravit. etſi Sigonius id in illius conſulatu factum putet, anno 326.

*a Liv. 4. Cenſores creati.*

*a* Cenſores Romæ conſtituti anno 311. iidémque quinquennales facti. Sed anno 320 à Mamerco Æmilio Dictatore ad ſeſquiannum contracti.

Anno verò 323, contra Æquos, & Volſcos Dictator A. Poſtumius proſperè rem geſſit. ſed eam victoriam filii ſui ſanguine cruentavit, quem quòd contra juſſum ſuum pugnaſſet, ſecuri percuſſit.

## *De viris excellenti doctrina præditis, qui inter tempus expeditionis Perſarum in Græciam, & Peloponneſiacum bellum floruerunt.*

CAP. VIII.

*Anaxagoras.*

EMINENTES ingenio fuêre hoc intervallo Philoſophi, Anaxagoras, qui eo anno, quo Xerxes trajecit in Græciam, annum agebat viceſimum, quo & philoſophari cœpit, ut refert Diogenes. Natus itaque eſt Olympiade 70, ut ſcripſit Apollodorus. mortuus Olymp. 88. Malè apud Diogenem ἑβδομηκοστῇ pro ὀγδοηκοστῇ. Hujus diſcipulus Pericles fuit.

*Socrates.*
*b Diog. Laërt.*

*b* Natus eſt & Philoſophiæ parens Socrates anno quarto Olymp. 77, Thargelionis 6 die. Hic eſt annus P. I. 4246. ante Chriſtum 468. vixit annos 70. mortuus eſt anno primo Olymp. 95.

*Democritus.*

Democritus naſcitur anno tertio Olympiad. 77, anno ante Socratem, ut ait Thraſyllus apud Diogenem: & vixit annos 109. Itaque moritur. anno 4 Olympiadis 105. Quod autem librum, qui inſcribebatur μικρὸς διάκοσμος ſe ſcripſiſſe teſtatus eſt anno 730 ab excidio Trojæ, qui annus ex calculo noſtro cadit in annum Per. Jul. 4260. fuit tunc annos natus 15. Sed fieri poteſt ut

ἄλωσιν Troianam annis aliquot anteverterit. A. 4186. P. I. ad 4430.

Hunc ſe oculis privaſſe propterea, *a* teſtis eſt Tertullianus, quòd mulieres ſine cupiditate intueri non poſſet. *a* Apol. 46.

*b* Empedocles & Protagoras circa Olympiadem 84 floruerunt. quando & Meliſſus: nec longè pòſt Parmenides, qui 90 Olympiade inſignis eſt habitus. Item Gorgias, Hippias, Prodicus, Hippocrates Medicus; quos ad Olympiadem 86 adſcribit Euſebius. Claruit & aſtronomus Meto, qui anno ante bellum Peloponneſiacum ſolſtitium obſervavit.

*Empedocles.* *b* Diog. Laërt. Euſeb. *Hippocrates.* *Meto.*

Poëtæ verò celebres habiti ſunt, Pindarus: *c* qui anno, quo Xerxes tranſitum fecit in Græciam, annos natus erat 40, Olympiade 65 in lucem editus. Item Bacchylides, quem Euſebius ponit Olympiade 82. Vigebant tum & Tragici inſignes, Æſchylus, de quo antè dictum eſt; Sophocles, qui 17. annis junior Æſchylo, natus eſt anno 2 Olympiad. 71, ante Chriſtum 495, & obiit annos 90, anno tertio Olympiad. 93, Per. Jul. 4308, ut ſcribit *d* Diodorus, qui & Apollodorum in Chronicis referre ſcribit, Euripidem eodem anno eſſet defunctum. qui quidem natus eſt, ut ait Thomas Magiſter in illius vita, anno ipſo primo Olympiad. 75, quo Xerxes irrupit in Græciam, vixitque annos 75.

*Pindarus.* *c* Pind. Vita. *Aeſchylus.* *Sophocles.* *d* Dio 13. *Euripides.*

Comici quoque Cratinus, Plato, Ariſtarchus Olympiad. 81 conſignantur ab Euſebio.

## *De bello Peloponneſiaco, ac cæteris, quæ per illud in Græcia contigerunt.*

CAP. IX.

*e* Tuc. 2. Diod. 12. Plut. Peric. Vide Par. 2, l. 3. c. 11.

BELLUM *e* in Græcia longè atrociſſimum, maximéque diuturnum Athenienſes inter, & Peloponneſios erupit anno primo exeunte Olymp. 87, Pythodoro Archonte, verno tempore, ante Chriſtum 431. Occaſionem dedit Pericles, qui ſeptem millibus talentûm expenſis, ne rationes cogeretur reddere, permiſcere maluit omnia.

Hujus belli multiplex fortuna fuit, ac ſumma rerum varietas. Pericles poſt biennium & *Periclis mors.*



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430. *a* Thuc. 3. Diod. 12.

ſex menſes, quèm bellum cœperat, peſtilentia moritur, quæ ſæviſſima graſſari cœpit anno ſecundo. *a* Leſbii, & præcipuè Mitylenæi ab Athenienſibus defecerunt anno quarto belli. Sed inſequente, à Pachete duce recepti, ægréque ab internecione ſervati ſunt. Anno ejus belli decimo, cùm ad Toronam Cleo dux Athen. & Braſidas Lacedæmoniorum, in acie cecidiſſent, utrinque quinquaginta annorum induciæ factæ ſunt. at eæ poſt annos octo diſſolutæ.

*b* Thuc. 8. Diod. 12.

*b* Anno verò belli 16, Olympiade 91, induciarum tempore, Siciliam aggreſſi ſunt Athenienſes, ut Ægeſtanis, & Leontinis contra Syracuſanos opem ferrent. Duces ad eam expeditionem miſſi ſunt Alcibiades, Nicias, Lamachus. Sed Alcibiades abſens ſacrilegij poſtulatus, & domum revocatus, aufugit Lacedæmonem, & ad auxilia Syracuſanis importanda Lacedæmonios hortatus eſt. Itaque miſſo Gylippo duce, Athenienſes, quibus hactenus res ex voto fluxerant, terra, maríque victi omnes in poteſtatem venerunt hoſtium. à quibus occiſi ſunt Demoſthenes dux fortiſſimus, & Nicias. Id anno belli 19. contigit, ante Chriſtum 413.

*Sicula clades Athen.*

Ex eo tempore, Athenienſium inclinare fortuna cœpit. quam tamen labantem utcunque revocavit *c* Alcibiades, cùm in patriam reſtitutus eſſet, populari imperio ſublato, ac penes quadringentos conſtituta republica, quæ deinde quinque millibus permiſſa.

*c* Thuc. l. 8. Diod. 13.

*d* Corn. Nep. & Plut. in Lyſan. Diod. 13.

*d* Poſtremo ab Araco, & Lyſandro ducibus victis ad Ægos potamon Athenienſibus, urbéque ipſa in deditionem accepta, finis bello eſt impoſitus, anno viceſimo octavo ineunte, Aprilis circiter 18, hoc eſt Munychionis 16. Tenuit itaque bellum annos ſolidos 27 ad uſque Athenarum ἅλωσιν *e* At Xenophon bellum extendit ad autumnum uſque ſequentem, quo Solem defeciſſe refert. quod anno ante Chriſtum 404, Olympiad. 94. anno primo, Sept. 3. accidit. Siquidem Olympiade nona ineunte id eveniſſe narrat; adeóque proxima ab illa, quam disertè 93. numeraverat initio libri 1.

*Athenæ captæ.* *e* Xeno. 2. Hellen. p. 270. Græc.

Cæterùm Artaxerxis Longimani anno 34

Digitized by Google

bellum inchoatum eſt. Nam ejus belli anno 7 mortuus eſt, ut ait *a* Thucydides, cum regnaſſet annos 40. Deſiit autem anno Artaxerxis Memorioſi primo deſinente, vel ineunte ſecundo, ut *b* ex Diodoro conſtat.

A. 4186. P. I. ad 4430. *a* Thuc. l. 3. p. 285. *b* Diod. 13.

Per idem belli tempus, ejus, ut auctor eſt Diodorus, anno 22, profligatis in Sicilia Athenienſium opibus, Egeſtani, qui illos ad auxilium exciverant, ad Carthaginenſes confugiunt: qui Hannibalem Amilcaris F. eò cum copiis mittunt. Is Selinuntem diripit; Himeram evertit. contra quem Hermocrates Syracuſanus exul ſtrenuè dimicat. ſed idem anno primo Olympiadis 93 clam Syracuſas irrepens, in foro cum ſuis occiditur: quos inter Dionyſius erat is, qui poſtea tyrannidem occupavit anno belli Peloponneſiaci ultimo. Siquidem *c* Dionyſius Halicarnaſſ. ſcribit, Archonte Callia, anno tertio Olympiade 93 (cœpit is anno Periodi Julianæ 4309) *d* Dionyſium Syracuſis tyrannidem obtinuiſſe, quod eodem aſtu, ac Piſiſtratus Athenis olim, perfecit.

*c* Lib. 7. init. *d* Diod. 13. Xeno. 2. Ἑλλην.

## *De iis, quæ poſt Peloponneſiacum memoratu digna geſta ſunt, uſque ad Philippi Macedonis tempora.*

CAPUT X.

POST *e* Athenas à Lyſandro captas, cum 30 viris rerum illîc ſumma permiſſa foret, ij crudeliter in cives graſſantes, à Thraſybulo ſunt ejecti, ac libertas Athenis reſtituta anno 4 Olymp. 94. quarto ab eadem urbe capta. Quo ipſo Cyrus junior Darij F. Artaxerxis Mnemonis frater, & à patre Aſiæ præfectus, cùm Græcorum, & imprimis Lacedæmoniorum fretus auxilio contra fratrem arma ſumpſiſſet, in prælio cæſus eſt. Græci auxiliares ad quinque millia ex decem redacti, duce inter alios *f* Xenophonte, per Armeniam, & Paphlagoniam, & infeſtos regis exercitus in Græciam admirabiliter evasêre anno primo Olymp. 95.

*e* Xenop. lib. 2. Ἑλλην. Diod. 13. & 14. *f* Xenop. in libris. Ἀναβασ. Chion ad Matridem.

Interim ab Artaxerxe Pharnabazus, & Tiſſaphernes Aſiæ præpoſiti. Lacedæmonii ad Pharnabazum contra Tiſſaphernem adjungunt ſeſe

A. 4186. P. I. ad 4430.

& ab eodem Conon Athenienſis claſſi præfici- tur.

a Diod. 14. Xenop. 4. Ἑλλην. Plut. in Ageſil. Cor. in Ageſil.

Ageſilaus quoque in Aſiam profectus ibi multa fortiter geſſit. a Sed pace cum Perſis, occiſo ab Rege Tiſſapherne, facta, cùm Bœoti, Athenienſes, Corinthij, & Argivi contra Lacedæmonios conſpiraſſent, revocatus in patriam adverſus Bœotos ancipiti exitu pugnavit. Hoc anno 2. Olympiad. 96. refert Diodorus.

Exinde Lacedæmoniorum vires in deterius verſæ. Quin & ad Gnidum navali certamine vincuntur à Perſis Conone duce. quo tempore Sol defecit, ut Xenophon & Plutarchus in Ageſilao meminerunt. Id autem contigit anno Periodi Jul. 4320. Auguſti 14.

*Athenienſes illuſtres duces.*

Clariſſimi per id tempus Imperatores fuêre: Athenis quidem Iphicrates, Chabrias Thraſybulus, Timotheus. apud Thebanos Pelopidas, & Epaminondas, vir non ſolùm Philoſophiæ doctrinæque laude, ſed etiam militaris rei gloria, & integritate vitæ perilluſtris, qui Thebanos ſuos ad capeſſendum Græciæ principatum erexit. Nam Lacedæmonios priſtinum recuperare decus perfidia magis, quàm virtute niſos, ſecundis aliquot prœliis fregit. Phœbidas dux ab illis contra Corinthios miſſus Cadmæam Thebarum arcem fraudulenter b occupavit, in eàque vrbe tyrannos conſtituit anno tertiò Olymp. 99, ut putat Diodorus. Sed Pelopidæ conſilio & arte libertatem cum arce recuperarunt poſt annos quatuor. Hinc adverſus Lacedæmonios junctis in unum viribus civitates Græciæ conſpirant, ducibus Athenienſibus. Sed Artaxerxes in Ægyptum, quæ defecerat, bellum movens, ne exercitus ſui in Græcia detinerentur, edixit omnibus ut ab armis abſtinerent, ac priſtinam libertatem, ſublatis omnibus præſidiis, reciperent: ſe eos qui detrectarent, pro hoſtibus habiturum. Huic pacis conciliatori cupidè Græci omnes obtemperarunt, præter Thebanos, quos ab ea pace Epaminondas deterruit. Sed non diuturna fuit illa Græcorum concordia. Statim enim recrudeſcente bello acriùs inter ſe dimicarunt. Thebani contra Athenienſes arma,

b Xenop. Hell. 5. Diod. 15. Plut. Pelop. Iuſt. 6. Cor. Nep. in Pelop.

Digitized by Google

ſumpſerunt, ac Platæas vetere induƈti odio ſubverterunt. Pòſt adverſus Lacedæmonios converſus eſt impetus. qui ad Leuƈtra Bœotiæ longè plures à paucioribus Thebanis Epaminonda duce ſuperati, Cleombroto etiam occiſo. *a* Ea clades anno ſecundo Olympiad. 102 contigit, Diodoro teſte.

A. 4186. P. I. ad 4430.

*Leuƈtrica pugna.*

*a* Xen. Hell. 6. Corn. Nep. in Epam. Vide l. 10. de Doƈt. Temp. c. 32.

Deinceps contemptui eſſe cœpêre Lacedæmonii, qui & rurſum ab Arcadibus vincuntur. Thebani porro Epaminondam ſecuti in Laconicam irrumpunt, ac Spartam obſident. Lacædemonii opem ab Athenienſibus poſtulant. Sed utriſque fruſtra repugnantibus iterum Lacedæmoniorum agrum populatus eſt Epaminondas. Demum anno tertio Olymp. 103 à Perſarum rege reconciliati ſunt Thebanis Lacedæmonii. Illi contra Alexandrum Pheræum tyrannum arma convertunt. adverſus quem pugnans Pelopidas, & viƈtor occiditur. Rurſus Thebani à Mantineenſibus, qui ab reliquis Arcadibus diſſidebant, ad auxilium vocati Epaminonda imperatore bellum gerunt. *b* Is ad Mantineam cum Lacedæmoniis, & Arcadibus poſtremo prælio conflixit; in quo viƈtor ex vulnere paullo pòſt occubuit anno 2 Olympiad. 105.

*b* Diod 15. Xen. 7. Corn. Nep. in Epam.

*Epaminondæ mors.*

Anno ſequente mortuus eſt *c* Ageſilaus annum agens 84, regni 41, in Cyrenaïca, cùm ex Ægypto, in quam Tachoni regi, qui à Perſis defecerat, opem allaturus venerat, rediret in patriam.

*c* Diod. 15. Plut. Ageſ. Cor. Nep. in Ageſ. Xenoph. in Encom. Ageſ.

*d* At in Sicilia Dionyſius interim aſſiduè bellabat. Nec minùs cum ſuis, quàm cum externis, hoc eſt Carthaginenſibus, illi negotium fuit. Syracuſanos rebellantes compreſſit ſæpiùs, Lacedæmoniorum etiam opibus adjutus. Contra Carthaginenſes verò perpetuò certavit. Qui & Imilcone duce Syracuſas obſidentes, cùm ex ſacris profaníſque prædas agerent, peſtilentia pariter, & hoſtili claſſe à Syracuſanis, & Dionyſio, terra maríque ſunt oppreſſi anno, ut ait Diodorus, primo Olympiad. 96. Sed iidem rurſus ex integro Siciliam ardorti ſunt. Tum pace cum Dionyſio junƈta, cùm idem bellum poſtea facere vellet, in ipſo apparatu *e* obiit ex crapula; poſt-

*Dionyſius pater tyrannus.*

*d* Diod. 15.

*e* Diod. 15.

Digitized by Google

A 4186. P. I. ad 4430.
a Cic. Tuſc. 5.

quam Lenæis ludis victorem ſe renuntiatum Athenis audiſſet. *a* Regnavit annis 38, cùm 25 natus tyrannidem occupaſſet. mortuus eſt ineunte Olympiade 103, anno ante Chriſtum 368, ac ſucceſſorem habuit cognominem filium. *b* Contra quem Dio Hipparini filius, cujus ſororem Ariſtomachen ſuperior Dionyſius habuit in matrimonio, duabus onerariis inſtructus, è Græcia proficiſcitur, & per abſentiam tyranni Siracuſas occupat. Qui cùm arcem præſidio teneret, nec ullas ab Syracuſanis conditiones impetrare poſſet, in Italiam navigavit. Interim Dio à Zacynthiis mercenariis jugulatur *c* anno 3 Olymp. 106. Dionyſius Syracuſas decimo, poſtquam ejectus erat, anno recuperavit, ſecundo Olymp. 108. Poſtremo Timoleon Corinthius à Syracuſanis expetitus Dionyſium exuit regno, & Corinthum mittit, ubi privatus in ludo puerili conſenuit. Factum illud eſt anno 2. Olympiade 109, ante Chriſtum 343.

*b* Diod. ib. Corn. Nep. & Plut. in Dione. *Dionyſius iunior Dio.*

*c* Diod. 16. Plut. Corn. Nep. in Dione.

*Timoleon.*
*d* Plut. Cor. Nep. in Timol. Diod. 16.

*d* Secundùm hæc Timoleon tyrannidis ſublatis reliquiis, Carthaginenſes memorabili pugna ſuperavit, Thargelionis 7, quæ in Maii diem 26 incidit, exeunte quarto Olympiadis 110. atque ita pacata Sicilia, quod reliquum vitæ habuit, ibidem placidiſſimè tranſegit.

## *De bello Sociali Græcorum, & ſacro, ac Philippi Macedonis rebus geſtis.*

CAP. XI.
*e* Diod. 16.

SOCIALE *e* porro bellum in Græcia concitatur anno tertio Olympiadis 105: in quo adverſus Athenienſes Byzantii, Rhodii, Coi, Chii, cum Mauſolo Cariæ principe conſpirarunt. Chabrias eodem anno cæſus in acie dux Athenienſium. Sed idem bellum anno quarto terminatum eſt.

*f* Diod. 16. Pauſan. Phoc. p. 318. Iuſt. 3. Oroſ. 3. c. 12.

*f* Eodem tempore bellum alterum in Græcia conflatum eſt, quod *ſacrum* nominarunt. Amphictyones (Judices hi ſunt è communi Græcia delecti) Lacedæmoniis, & Phocenſibus multam dixerant, illis quòd Cadmeam Thebarum arcem occupaſſent; his, quòd agri ſacri nonnihil tenerent. Philomelus Phocenſibus ſuis auctor

eſt, ut Delphicum templum diripiant. Eo ſacrilegio contacta civitas aliquanto tempore contra Locros, ac Thebanos ſecundo Marte pugnavit. ad extremum ultima gentis clade tantum ſcelus expiatum eſt. Qua in re memoria dignum eſt, quod apud Euſebium *a* Philo ſcriptis prodidit. Cùm lex eſſet, ut ſacræ pecuniæ expilatores præcipitio, vel ſuffocatione in aquis, vel incendio perirent, duces tres Phocenſium ſacrilegii participes tribus his pœnarum formis eſſe conſumptos. Primus Philomelus à Thebanis victus ſeſe præcipitavit anno, ut ſcribit Diodor. tertio Olymp. 106 Poſt illum Onomarchus à militibus ſuis in mare demerſus ibidem præfocatus eſt anno 4 ejuſdem Olympiadis. Tertius Phayllus, anno ſequente in templo, quod apud Abas fuit vivus concrematus eſt; quanquam Diodorus, aliiſque tabe periiſſe referunt. Confectum eſt hoc bellum a Philippo Macedoniæ rege, cujus ad auxilium Thebani confugerant. Quippe Phocenſes à Lacedæmoniis, & Athenienſibus adjuvabantur. Ergo Phocenſium urbes omnes ſolo æquatæ, præter Abas, quæ ſacrilegii participes non fuerant. Cœptum eſt hoc bellum, ut ait Diodorus, anno 2 Olym. 106, à conditu Romæ 399. finitum eſt anno decimo quàm initum erat, exeunte ſecundo Olympiadis 108, Per. Jul. 4368. quamvis *b* Pauſanias Prætore Athenis Agathocle, & anno 4 Olymp. 105 inchoatum eſſe velit, & ineunte 108 Olympiade deſiiſſe. Archonte Theophilo, biennio ante Diodorum. ſed Diodori verior eſt ſententia. Siquidem *c* Demoſthenes Orat. de ementita legat. teſtatur eodem anno, quo Phocenſium urbes everſæ ſunt à Philippo, Pythicos ludos eſſe celebratos, ad quos propter luctum Athenienſes θεωροὺς & θεσμοθέτας *ſacros* videlicet *legatos* non miſerunt. Atqui *d* Pythia exeunte anno ſecundo tetraëteridos Olympicæ peragebantur.

Hæc victoria Philippo gratiam & auctoritatem apud Græcos, ac poſtremò dominatum peperit. Hic Amyntha genitus, Thebis obſes apud Epaminondam aliquandiu vixit, ejúſque diſciplina tantum profecit, quantum res ab eo geſtæ

A. 4186. P. I. ad 4430.

*Bellum Phocenſe.*

*a* Philo de Provid. apud Euſeb. 8. de Præpa. Evang. pag. 231.

*b* Pauſ. Phoc. p. 318.

*c* Demoſt. περὶ παραπρ.

*d* Vide l. 1. de Doct. Temp. c. 33.

A. 4136 P. I. ad 4430. postea declararunt. *a* Mortuis fratribus tribus, eorúmque noviſſimo Perdicca, anno ſecundo Olympiad. 105 regnum tenuit. Eo anno victis ad Methonem Athenienſibus, pacem deinde, cum Amphipoli, reddidit, ut eo liberiùs finitimos ſubjugare ſibi poſſet. Ergo Pæones, & Illyricos vincit. Inde Amphipolim capit. Superatis regibus tribus, Thraciæ, Pæonum, & Illyriorum, Olynthios deinde præpotentem in Thracia civitatem ſuis artibus, hoc eſt dolo, ac muneribus, in poteſtatem redigit, ineunte 108 Olympiade. quo eodem, Phocenſibus deletis, ſacro bello, cui adjutor & dux à Thebanis adſcitus erat, finem impoſuit.

*a* Diod. 16. Iuſt. 8.

*Philippus Macedo.*

*b* Anno tertio Olympiad. 109. mortuo Arymba rege Moloſſorum, Alexandrum uxoris ſuæ Olympiadis fratrem; excluſo Æacida Arymbæ filio, Pyrrhi patre, regem facit.

*b* Plut. Pyr.

Byzantium oppugnans, Athenienſium, aliorúmque Græcorum conſenſu tertius, ab incœpto deſtitit, pacémque cum Athenienſibus facit Olypiade 110. Qua anno tertio diſſoluta, cum iiſdem Athenienſibus & Bœotis ad Chæroneam conflixit: ac victoria moderatè uſus, hortatu Demadis pacem cum Athenienſibus ſocietatémque renovavit. *c* Poſt Chæronenſem victoriam inſigne hoc moderati animi ſpecimen dedit, quod ſe quotidie conditionis admoneri ſuæ juſſit, adhibito puero, qui ei antequam prodiret ter illud acclamaret, *Philippe, homo es.* Denique dux contra Perſas Græci nominis electus, cum ſe ad bellum compararet, in ipſa celebritate ludorum, quos Ægis en Macedonia peragebat, à Pauſania ſtipatore corporis ſui incertum an Olympiadis conjugis, & Alexandri filij conſilio, ex improviſo *d* confoditur, ineunte Olympiade 91, ante Chriſtum 336. Regnavit annnos 24.

*c* Ælia. l. 8. Var. c. 15.

*d* Diod. 16. Iuſt. 8. & 9.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

## *Romanorum res ab initio Peloponneſiaci belli ad obitum Philippi, id eſt ab A. V. 373, ad 418.*

CAP. XII.

ROMÆ ab initio Peloponneſiaci belli, ad mortem Philippi, varia bella confecta ſunt. *a* Nam præter Æquos, & Volſcos, etiam cum Veientibus negotium fuit. quorum urbs obſeſſa eſt; eáque obſidio annos decem tenuit. ac tum primùm ſub pellibus hiems agi cœpta. Initium obſidendi factum eſt anno V. C. 349. Capta urbs eſt anno 358 à Camillo Dictatore. Idem Faliſcos non tam armis, quàm juſtitiæ opinione ad imperium adjecit anno urbis 360.

*a* Liv. 4. & 5. Flor. l. 1. c. 12. Eutrop. 1.

*b* Sed à Gallis victrix ipſa Roma propemodum eſt deleta. Qui cùm anno 363 Cluſium obſediſſent, ac Romani legatos ad ipſos miſiſſent Fabios tres, iique contra jus gentium prima in acie pugnare conſpecti eſſent, omiſſo Cluſio, ad urbem advolarunt.

*b* Liv. 5. Flor. 1. c. 13. Plut. Cam. Eutr. 1. Vide par. 2. lib. 3. c. 11.

*Capta Urbs à Gallis.*

Primo impetu fuſi fugatíque ad Alliam Romani, qui obviam iverant. Urbs deinde capta, & incenſa; Capitolium, quò ſe flos civitatis receperat, obſeſſum, &, abſque Manlio fuiſſet, clam invadentibus barbaris captum foret. ſed clangore anſeris excitatus Manlius, ac deinde reliqui, ſubeuntes per acclive Gallos egêre præcipites. Interim Camillus, qui Ardeæ exulabat, revocatus, abſénſque Dictator eſt factus. Is collectis copiis Romam adveniens, inde Gallos ejecit, & ad octavum lapidem delevit penitus.

Poſt hæc Romanos, relictis Romæ ruinis, Veios migrare cupientes ægrè Camillus Dictator compeſcuit, & ad inſtaurandam patriam adduxit. M. verò Manlius, obſervati Capitolii decus, à quo & Capitolini cognomen acceperat, elatus arrogantia, dum per ambitionem, ac popularem gratiam viam ſibi affectat ad regnum, *c* ex illo ipſo, quod erat tutatus, Tarpeio ſaxo dejicitur anno V. C. 370.

*M. Manlius.*

*c* Liv. l. 6. Plut. Cam.

*d* Magna deinde patricios inter, & plebeios altercatio fuit. Nam C. Licinius Stolo, & L.

*d* Liv. 6. Flor. 1. c. 26.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

Sextius Tribuni Pl. legem anno V. C. 377 promulgarunt de plebeio altero creando Conſule. Hunc patribus acerrimè reſiſtentibus, nullum curulem Magiſtratum paſſi ſunt fieri Tribuni. *a* Ita Romæ quinque annorum ἀναρχία fuit. ac demum pervicit plebs anno 387; & anno ſequenti primus è plebe Conſul factus eſt L. Sextius.

*a* Liv. 7. *primus è plebe Conſul.*

*b* Liv. 7. Oroſ. 3. c. 5.

*b* Anno V. C. 392, cùm ingens medio in foro terræ hiatus extitiſſet, ac reſponſum foret, id illi dicandum eſſe, quo plurimùm Pop Rom. poſſet; quid illud eſſet dubitantibus omnibus, M. Curtius juvenis bello egregius, armatus, & equo inſidens in voraginem ſeſe demiſit, ratus nullum magis Romanum bonum, quàm arma virtutémque eſſe.

*Curtius.*

Cum Tiburtibus, Tarquinienſibus, & Faliſcis bellum deinde fuit, præſertim anno V. C. 398, quo, ad terrorem ſacerdotibus cum facibus, & anguibus præmiſſis, Faliſci, & Tarquinienſes acerrimè certantes, à Fabio Coſ. victi ſunt. Utriſque induciæ in annos 40 conceſſæ anno 403.

Cum Gallis quoque non ſemel res fuit. His in acie ſtantibus, M. Valerius Trib. mil. annos natus tres & viginti, Gallum quendam Romanos ad certamen provocantem Corvi auxilio ſuperavit anno V. C. 405. unde Corvini cognomen, & anno ſequente Conſulatum meruit.

*Samniticum bellum*

*c* Liv. l. 7. Flor. l. 1. cap. 16. Eutro. 2.

*c* Sed nullum gravius, ac diuturnius, quàm Samniticum bellum, accidit. quod anno Urbis 411 Campanorum rogatu ſuſcepêre Romani. Illi enim à Samnitibus victi, Romanis deditionem fecerunt. Quare pro dedititiis ſumpsêre bellum, quod *d* ad annos 70, vel uno amplius extenſum eſt. etſi domiti ſæpiùs identidem in fœdus reſtituti ſint. velut anno 413, quo *e* Latini novi hoſtes ſucceſſêre. Sed ii ſequente anno à duobus victi Coſſ. Torquato, & Decio. quorum alter filium, quod injuſſu ſuo pugnarat, ſecuri percuſſit; alter ſe pro exercitu devovit: deditionem & ipſi faciunt. Mox rebellantes iterum, anno 416 penitus ſubacti ſunt.

*d* Liv. 31.

*e* Liv. 8. Flor. l. 1 cap. 14. Oroſ. 3. c. 9.

Digitized by Google

A. 418C. P. I. ad 4410.

## *Qui ingenii gloria præſtiterunt circa idem tempus.*

CAP. XIII.

*Plato.*

IN *a* Græcia claruerunt ingenii commendatione, ex Philoſophis primùm Plato, qui natus Olympiade 88, ejúſque anno primo, Thargelionis ſeptima, Archonte Aminia, qui Epaminon aliàs dicitur, quod anno mundi 3556 incidit. (Hoc enim anno Aminiæ magiſtratus deſiit, paullo ante initium Olympiadis) mortuus eſt anno primo Olympiad. 108, Archonte Theophilo, Urbis conditæ 406, ante Chriſtum 348, annum agens 81. Hic anno ætatis viceſimo Socratem audire cœpit. Quare non amplius quàm octo annos auditor illius eſſe potuit. Mortuus eſt enim Socrates anno primo Olymp. 95, cùm Plato octavum & viceſimum annum ætatis ageret.

*a* Diog. in Plato. ex Apol.

*b* Platonis ſcholam excepit ſororis ejus filius Speuſippus; qui anno ſecundo Olympiadis 110 moritur, Archonte Lyſimacho. Ita octo circiter annos ſcholæ præfuit. Hunc in adulterio deprehenſum obiiſſe auctor eſt *c* Tertullianus. Speuſippo Xenocrates ſucceſſit annis 25.

*b* Diog.

*c* In Apol. c. 46.

*Ariſtoteles.*

*d* Ariſtoteles ſectæ Peripateticæ conditor natus eſt anno, ut putat Apollodorus apud Diogenem, primo Olymp. 99. ante Chriſtum 384, Platone junior annis circiter tribus & quadraginta. cui annos ætatis 17 operam dare cœpit, audiítque annos viginti. ac mortuus eſt anno ætatis 63, Olympíadis 114 anno tertio, quo & obiit Demoſthenes.

*d* Diogen. Laërt. l

*Eudoxus.*

*e* Eudoxus Cnidius floruit Olympiade 103, ut ait Diogenes: qui & aſtronomiæ princeps ætate eſt habitus illa.

*e* Vide l. 2. de Doct. Temp. c. 6.

*Xenophon.*

*f* Xenophon Platonicorum columen eodem tempore non ſolùm Philoſophiæ, ſed etiam militaris ſcientiæ gloria celebris extitit. Hic anno 4 Olympiadis 94, Xenæneto Archonte, anno ante obitum Socratis, contra Artaxerxem cum Cyro ejus fratre profectus, finito bello, Græcos auxiliares incolumes reduxit in Græciam. Moritur Corinthi anno primo Olympiadis 105,

*f* Diog.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

Callidemide Archonte, quo & Philippus Macedoniæ regnare cœpit. qui eſt Mundi 3625.

b Gellius lib. 15. c. 13.

a Hiſtorici quoque præſtantes hoc ſæculum illuſtrarunt: quorum princeps Thucydides. de quo memorabilis eſt Gellii locus ex Pamphylæ libro 11. *Hellanicus in initio belli Peloponneſiaci fuiſſe quinque & ſexaginta annos natus videtur: Herodotus tres & quinquaginta: Thucydides quadraginta.*

Philiſtus Syracuſanus Dionyſii utriuſque tyranni familiaris obiit Olymp. 106, cùm pro minore Dionyſio contra Syracuſanos navali prælio certaret, ut ex Diodoro ſuprà retulimus.

Vixit & Theopompus Iſocratis diſcipulus, & Ephorus Cumæus ex Æolide. Cteſias quoque Cnidius medicus, qui Artaxerxis Mnemonis, & Cyri junioris tempore floruit. Iſocrates verò eloquentiæ magiſter natus Olymp. 86. Archonte Lyſimacho, quinque annis ante bellum Peloponneſiacum, mundi 3548, uti Dionyſius, & Plutar. in ejus vita referunt, obiit eo anno, quo ad Chæroneam victi ſunt Athenienſes, Archonte Charonida, ſive Charonda, mundi 3646, undecenteſimo ætatis anno. Inter Poëtas, nobiles fuerunt Ariſtophanes Comicus circa tempus belli Peloponneſiaci; Eupolis, Cratinus, itidem Comici; Philoxenus Cythereius, Timotheus, Teleſtes Dithyrambici, ut refert Diodorus lib. 14. Sed & Dionyſius tyrannus major Tragœdias ſcripſit.

## *De Alexandro Magno ejúſque tempore, ac rebus ab eo geſtis: morte Darii, & occaſu Perſici imperii; Alexandri obitu.*

CAP. XIV.

b Diod. Plut. in Alexand. Arria. Curt. Vide l. 10. de Doct. Tem. c. 32. & Paral. pag. 856.

b ALEXANDER Philippi filius, ob rerum geſtarum excellentiam, Magni cognomen aſſecutus, naſcitur Olympiade 106, anno Urbis 398, mundi 3628, ante Chriſtianam æram 356. quod Diodorus, Plutarchus, aliíque confirmant. Plutarchus verò ſextum etiam diem Hecatombæonis adſcribit. quo tempore Phi-

Digitized by Google

lippo refert, capta Potidæa, tres optatiſſimos nuntios adveniſſe; victoriæ de Illyriis à Parmenione partæ & alterius Olympicæ: tum nati filij. quæ omnia potuerunt eodem menſe Loo, vel Hecatombæone contingere: non tamen eodem die nuntiata ſunt. Siquidem agones Olympici celebrabantur plenilunio menſis illius, qui Hecatombæoni reſpondebat, niſi fortè menſis primus Elidenſium anno illo Hecatombæonem Atticum, vel Loum anteveneerit. Rupertus libro 9 de Victoria Verbi Dei, capite 11, neſcio quo ex auctore prodidit, Nectanebum quendam maleficum, præſtigiis ſuis in Ammonis ac cornuti Jovis ſpeciem converſum, cum Olympiade rem habuiſſe, ex eáque Alexandrum genuiſſe. A. 4186 P. I. ad 4430.

Conſtat eádem nocte qua in lucem editus eſt Alexander, Dianæ templum Epheſi deflagraſſe: de quo Timæi dictum extat; *minimè id eſſe mirandum, quod Diana, cùm in parte Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo.* Quod ut acutè, concinnéque repertum laudat *a* Cicero. Plutarchus ut ineptum, ac frigidum jure contemnit.

*a* 2. de Nat. Deo.

Alexander *b* anno ætatis 15 in diſciplinam traditus eſt Ariſtoteli. Anno porrò viceſimo, Urbis 418, ante Chriſtum 348, occiſo patre Philippo, regnare cœpit, *c* Pythodoro Athenis Archonte, qui & Pythodemus appellatus eſt.

*b* Diog. Laërt. in Ariſt.

*c* Arianus initio l. 1.

Eodem, quo Alexander, anno Darius Codomanus poſtremus Perſarum regnum auſpicatus eſt. Contra quem communibus Græciæ ſuffragiis, præter Lacedæmonios, Imperator Alexander eligitur. Sed, ut erant mobilia Græcorum ingenia, dum in Thracia bellum gerit *d* Alexander, ab eo deficiunt. Eò cùm opinione celerius ille cum exercitu veniſſet, ab Athenienſibus, cæteríſque placatus, contra Thebanos. qui pertinaciùs in ſententia manebant, arma tranſtulit, & urbem illorum vi expugnatam funditus diruit Boëdromionis die 15, qui in Octobris quartum diem incurriſſe videtur, ſecundo anno Olympiad. 111. *e* Cæſa Thebanorum ad 90000, in ſervitutem abducta 30000. liberi

*d* Diod. 17. Aria. 1. Plutar. Iuſt. 11.

*e* Aelia. 13. Var. c. 7.

A. 4186. P. I. ad 4430.

omnes ſub corona vænierunt, Philippi exceptis hoſpitibus, qui puer in ea urbe obſes fuerat; nec non Pindari poſteris, cujus domum ſolam intactam reliquit Alexander.

a Zoſ. 1.

Hinc Heleſponto trajecto, in Aſiam venit anno mundi 3650, regni ſui, ut ait *a* Zoſimus, tertio. Habuit autem in exercitu peditum 30000, equitum 4500. Tam exiguis copiis, ſed fortiſſimorum ac veteranorum militum, Perſarum evertit imperium. Primus ad Granicum amnem Phrygiæ conflictus factus eſt, quo Perſæ ſuperati victoriæ præmium fuit Aſia penè omnis Græcorum frequentata coloniis: Memnone interim Græco Darii duce præſtantiſſimo inſulas populante.

b Curtius l. 3.

*b* Secunda ad Iſſum Ciliciæ pugna fuit, antequam Alexander periculoſum in morbum incidit. Sed Philippi medici ope citò convaluit. Victi denuò Perſæ, quorum in acie peditum quadringenta, equitum centena millia fuerunt, Caſtra Darii, cum ejus matre, uxore, ac liberis in poteſtatem Alexandri venerunt; qui ſumma humanitate, & abſtinentia in captivos uſus eſt, Id evenit anno ante Chriſtum 333, mundi 3151. Sequente verò, qui Olympiadi 112 initium dedit, Alexander in Phœniciam venit. *c* qua univerſa, præter Tyrum potitus cùm ad hanc urbem caduceatores miſiſſet, qui ad pacem hortarentur, eos Tyrii contra jus gentium interfectos in mare projecerunt. Hac ille exacerbatus injuria urbem obſedit; & jactis in altum molibus, omnique machinarum genere aggreſſus, cùm illi, quà veniæ deſperatione, quà ſpe ab Carthaginenſium legatis, qui tum fortè aderant, auxilii facta, pertinaciùs reſiſterent, vi tandem expugnavit menſe ſeptimo. Tum exceptis, qui ad templa confugerant, trucidari omnes, ac domos incendi jubet. quindecim tamen millia ab Sidoniis, qui Alexandro militabant, occultata, & Sidona pervecta ſunt. Armatorum in urbe cæſa milia ſex: duo, quæ cædi ſuperfuerant, crucibus affixa per totum litus pependerunt. Capta eſt urbs, ait *d* Arianus, Aniceto Athenis magiſtratum obtinente (qui Niceratus à Diodoro dicitur)

c Diod. Curt. 4. Arianus. Plut. Iuſt.

*Tyrus capta.*

d Lib. 2.

tur) anno ante Chriſtum 332, menſe Hecatombæone, qui circa Solſtitium incidit. Huic urbi datum ab Hephæſtione regem Balonymum ſcripſit Diodorus regia oriundum ſtirpe, ſed propter inopiam ſuburbanum hortum colentem. Verùm ante captam Tyrum, non hujus urbis, ſed Sidonis, Abdolominum regem eſſe factum *a* Curtius refert. Gazam exinde vi Alexander expugnat. A. 418C. P. I. ad 4430. a Curt. l. 4.

Per idem tempus *b* Hieroſolymam veniens à Jaddua Pontifice eſt exceptus; & in templo ſacrificavit, ac Judæis quam plurima largitus eſt, profeſſus ſe Dii in Macedonia eâdem, quâ ſummus Pontifex ſibi in occurſum venerat, ſpecie Deum vidiſſe, qui ad Perſicam expeditionem hortans victoriam polliceretur. b Ioſeph. lib. 11. c. 8.

*c* Pòſt Ægyptum ingreſſus, Ammonis Jovis oraculum adiit, & inde revertens, Alexandriam condidit. *d* Demum ultimo prælio ad Arbella cum Dario debellavit anno ſecundo Olympiadis 112, ante Chriſtum 331, Urbis conditæ 423. Darium porrò in exercitu decies centena militum habuiſſe millia, idem refert Plutarchus. Qui cum Arriano conditum Alexandriæ ante profectionem ad Hammonis ſacrarium collocat. Curtius verò, Diodorus, & Juſtinus poſteriorem faciunt. c Diod. l. 17. Curt. 4. Plutarch. Alex. Iuſt. 11. d Par. 2. l. 3. c. 12. & 10. de Doct. Temp. c. 31. Plin. 2. c. 70.

Quocirca annus idem ab orbe condito 3653, ante Chriſtianam æram 331, Alexandrinæ urbis initium; cladem Perſarum ad Arbella ſive Gaugamela; tum Perſici finem imperii; & Macedonici, ſive Græci in oriente primordium attulit; qui & ſextus putatur Alexandri ab Philippi patris obitu. *Clades ultima Darii, Perſici imperii.*

Darius ægrè dilapſus è pugna, perſequentem Alexandrum equorum celeritate fruſtratus eſt, ac dum novis coactis copiis bellum rurſus aggreditur, à Beſſo Bactrianorum præfecto indignè perimitur anno altero poſt Arbellicam cladem. Interim Alexander Suſiana potitus, & Perſide, caput gentis Perſepolim diripit: regia quoque Perſarum inibi ſuccenſa.

Nec minùs in Græcia ſecundo Marte contra Lacedæmonios pugnavit Antipater præfectus



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

Alexandri, quo in certamine rex Agis occubuit.

At in Oriente victoriis magis quàm paſſibus omnia peragrans Alexander, Hyrcaniam, Paropamiſadas Caucaſi incolas, Indos, victo priùs, & capto illorum rege Poro, ſubjugavit. tum varias latè nationes, & provincias. Beſſum anno primo Olympiadis 113 deditum ſibi juſto ſupplicio punivit. Tot igitur proſperarum rerum ſucceſſibus elatus, ad poſtremum fortunæ magnitudinem non cepit, ac primùm humanæ ſortis oblitus, Deo ſe genitum haberi voluit. tum adulatione, luxu, & crapula in crudelitatem converſis moribus, complures amicos, optiméque de patre, ac de ſe meritos occidit. In his Parmenionem ducem fortiſſimum, ac Philotam ejus filium in ſuſpicionem temerè vocatos: Clitum in Convivio per vinolentiam ſuapte manu confodit. Biennio ferè antequàm vita excederet, Hephæſtionem amiſit amicorum ſummum, cujus obitum infracto ac muliebri animo tulit: cujus corpus Babylonem deportari, ibique magnificentiſſimè ſepeliri juſſit. Quinetiam pro Deo haberi voluit. Auctor Lucianus in libro de calumnia.

a Diod. l. 18. Arian. 7. Plut. Alex. Iuſt. 12. Curt. 10.

b Part. 1. l. 3. c. 18.

a Tandem anno regni ſui decimotertio; hoc eſt duodecim integris annis, ac menſibus ſeptem exactis, Babylone ex morbo, quem ebrietate contraxerat, ſeu veneno, ut creditum eſt, obiit, b ætatis annum iniens triceſimum tertium.

## *Quæ in Oriente, ac Græcia memoria digna geſta ſunt poſt mortem Alexandri ad Pyrrhum uſque.*

CHAP. XV.

a Diod. l. 18. Dexippus apud Phot. cod. 83. Cur. l. 10. Arria. de rebus poſt Alex. obitū geſtis apud Phot. Cod. 82.

ALEXANDRO mortuo, quòd is ſucceſſorem deſignare noluiſſet, totidem pene reges emerſêre, quot erant præfecti, ac duces. Summa tamen initiò penes Perdiccam potentiæ fuit, cui moriens Alexander annulum tradiderat. Alternantibus deinde ſententiis, Aridæus ex Philinna Theſſala Philippi ſcorto ge-

Digitized by Google

nitus, rex nomine ac ſpecie tenus factus eſt, eique Philippi nomen attributum; ac Perdiccas curator appoſitus; tùm ſatrapiæ, præfecturæque omnes in principes diſtributæ. Ptolemeo Lagi filio Ægyptus; Laomedonti Mitylenæo Syria; Philotæ Cilicia, Pitoni Media, Eumeni Paphlagonia, & Cappadocia, cum finitimis provinciis; Antigono Pamphylia, Lycia, & Phrygia major: Caſſandro Caria; Meleagro Lydia; Leonnato Phrygia minor; Lyſimacho Thracia; Antipatro Macedonia; Aſiæ ſuperioris provinciæ iis, qui tum præerant, permiſſæ; Seleucus ſociorum equitibus præfectus. Craterus ab Alexandro miſſus jam erat in Ciliciam cum 10000 emeritorum. cui quidem unà cum Antipatro Græcia conceſſa.

A. 4186. P. I. ad 4430.
*Succeſſores Alexandri.*

Interim Græci, nuntiato Alexandri obitu, vbique tumultuati ſunt; imprimis Athenienſes; qui Leoſthene duce Græcos ad libertatem vocarunt, Antipatrum victum Lamiæ, quod Theſſaliæ oppidum eſt, obſederunt. Unde Lamiaco bello nomen impoſitum eſt, quod anno proximo ab Alexandri obitu cœptum. *a* Sed inſequente, cùm ſe ad Antipatrum Craterus adjunxiſſet, victi ſunt ad Cranonem Athenienſes, Metagitnione menſe, qui in Auguſtum incidit: ac Boëdromione, hoc eſt Septembri, Macedonum præſidium in Munychiam acceperunt.

*Lamiacum bellum.*

*a* Auct. cit. & Plut. in Demoſt.

*b* At in oriente Perdiccas in ſeſe transferre omnia cupiens, opprimendorum ducum initium à Ptolemæo inſtituit facere. contra quem validum ducens exercitum, in ipſo Nili tranſitu conſpiratione ſuorum, quibus ob ſuperbiam inviſus erat occiditur anno ante Chriſtum 322. Eumenes verò qui Perdiccæ favebat, paulò antè cum Cratero, & Neoptolemo facto prælio, utrumque vicit: ambobus cæſis: hoc etiam manu ſua perempto. Itaque tam iſte, quàm Alcetas Perdiccæ frater hoſtes judicati, reliqua ex Ptolemæi, & Antipatri voluntate compoſita: penes quos, & Antigonum principatus tunc erat. Antigonus contra Eumenem & Alcetam profectus, utrumque in Piſidia ſuperavit. Antipater Polyſperchonte regis Aridæi, & Eurydi-

*b* Diod. Dex. Corn. Nep. ac Plut. in Eum.

*Eumenes.*



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430. ces ejus conjugis tutore facto, Caſſandro verò filio chiliarchò, moritur. qua ſorte non contentus ille ad Ptolomæi ſocietatem tranſiit. Polyſperchon Olympiadem Alexandri matrem, quæ Antipatri metu in Epirum fugerat, in Macedoniam revocat. Ea poſtquam reſtituta eſt, Philippum Aridæum, ejúſque conjugem Euridicen, ac pleroſque principes Caſſandri amicos interficit. Id anno ante Chriſtum 318 accidiſſe *a* Diodòrus indicat: qui ſex annis, ac menſibus quatuor Aridæum regnaſſe perhibet.

*a* Diod. 19.

Caſſander cum Polyſperchonte in Græcia, Eumenes Polyſperchontis, & Olympiadis fautor in Aſia cum Antigono eodem tempore bella geſſerunt. Athenæ in Caſſandri poteſtatem veniunt. quibus, populari ſublato dominatu, curator adhibitus eſt Demetrius Phalereus Theophraſti diſcipulus, vir facundia, & Philoſophiæ ſtudio ætate illa longè præſtantiſſimus. Ea mutatio reipublicæ incidit *b* Archippo Prætore, anno tertio Olymp. 115. cum paulo antè, Phocionem capitis damnatum, & à Polyſperchonte comprehenſum, Athenáſque miſſum, *c* cives ſui cicutæ hauſtu necaſſent. Caſſander anno 1 Olymp. 116 Macedonia potitus, Olympiadem occidit, Theſſalonicen Alexandri M. ſororem conjugem ducit.

*Demetrius Phalereus.*

*b* Diod. 19.

*Phocion.*

*c* Plutar. Phoc. Corn. Nep.

*d* In Aſia vero Eumenes, fatigato perdiu Antigono, tandem veteranorum militum Argyraſpidum perfidia proditus, ab eóque ſublatus eſt, anno decimo ab Alexandri M. obitu. Ex eo tempore opibus ac potentia auctus Antigonus, contra Caſſandrum, & Ptolemæum bellum inſtauravit unà cum Demetrio filio, qui Poliorcetæ cognomen adeptus eſt: utroque profitente, ſe Græciæ civitates, quarum libertatem Caſſander oppreſſerat, recuperare velle. *e* Harum pleraſque per Demetrium filium legibus ſuis reſtituit. imprimis Athenas quintodecimo anno poſtquam Lamiaco bello in ſervitutem venerant, detracto præſidio, priſtinæ libertati reddidit anno ante Chriſtum 307. quo eodem anno tam illi duo, quàm cæteri ſucceſſores Alexandri, regium ſibi nomen, & inſignia ſumpſère. Sub

*d* Corn. Nep. Plut. in Eum. Diod. 19.

*e* Diod. Plut. *Alexandri ſucceſſores reges ſalutati.*

hæc, anno poſt Alexandri mortem quarto & viceſimo, ante Chriſtum 301, ultimo Olympiadis 119, cùm Antigonus & Demetrius nimiam ob potentiam formidoloſi reliquis eſſent; Lyſimachus, Caſſander & Seleucus conjunctis copiis, in quibus peditum erant 74000, equitum dena & quingenti, currus 120, adverſus ambos illos, quibus peditum erant 70000, equitum decem cum elephantis 75, pugnam fecerunt ad Ipſum Phrygiæ oppidum. Victus Antigonus in acie cecidit. Demetrius in Græciam fugiens ab Athenienſibus excluſus eſt. *a* Verùm paulò pòſt viribus & copiis refectus, Athenienſes oppugnat, urbémque annua obſidione vallatam obtinet, pulſo Lachare, qui pro tyranno ſe in illa geſſerat; anno 1 Olymp. 121. Summa tum in victos, & extrema omnia uti meritos, ſic pati formidantes, regis humanitas extitit. Leni verborum caſtigatione contentus, priſtina illis, præter libertatem, reſtituit omnia; & impoſito præſidio, contra Lacedæmonios tetendit: quibus cum rege Archidamo ſuperatis, dum ſe ad Spartam obſidendam accingere, nova eum ſpes in Macedoniam avertit. *b* Mortuus ibi paulò antè Caſſander, (tertio videlicet Olymp. 120) filios è Theſſalonica tres reliquerat. quorum maximus Philippus uno anno regnavit. reliqui duo, Antipater & Alexander de imperio certabant. Antipater Lyſimachi regis Thraciæ gener, matrem, quòd in Alexandrum videretur propenſior, vitam etiam per ubera materna deprecantem occidit. Alexander itaque Pyrrhum in auxilium vocat; qui partem Macedoniæ in auctoramentum accepit. Eò verò Demetrius adveniens, quem eodem quoque tempore Alexander acciverat, Pyrrho & Antipatro pulſis, Alexandro interfecto, Macedonia potius eſt anno tertio Olympiad. 121.

*c* Sed cùm ad Aſiam recuperandam ingentem appararet exercitum duodecentenorum M. peditum, equitum 12000, cum claſſe quingentarum navium, Seleucus, Lyſimachus, Ptolemæus, & Pyrrhus communibus eum conſiliis oppugnant. Ejectus Macedonia, ac civitatum

A. 4186. P.I. ad 4410.

*a* Plut. in Demetr.

*b* Iuſt. 16. Caſſandri mors.

*c* Plut. in Pyrrh. & Demet.



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430. *Demetrii exitus.*

reliquarum defectione territus, Seleuco ſe tradere cogitur. qui Stratonicen ejus filiam in matrimonio habitam, Antiocho filio, quòd eam ad uſque vitæ periculum perditè adamaſſet, ſponte ceſſerat. Apud hunc inter luxum ac delicias vitam inglorius anno pòſt tertio finiit, anno itidem tertio 123 Olympiadis.

*a* Iuſt. 17. Pauſ. Phoſ. 335. Dexip. apud Euſ. in Collec. Gr. p. 422.

*a* Nec multo poſtea victores primi tres extincti ſunt. Ptolemæus Lagi filius, tranſlato in Philadelphum filium regno, moritur anno primo Olymp. 124 Lyſimachus anno tertio Olymp. ejuſdem, ante Chriſtum 282, in Aſiam contra Seleucum trajecit, ibíque pugnans occubuit annos natus 74. Seleucus verò annum agens 77, & Alexandri commilitonum ultimus, poſt menſes admodum ſeptem, Ptolemæi Cerauni Philadelphi fratris inſidiis oppreſſus, regnum Macedoniæ, quod Lyſimacho eripuerat, cum vita pariter amittit.

Mortuo Demetrio, ejus poſteri in Macedonia regnarunt, uſque ad Perſen Philippi F. de quo poſteà dicetur.

*Regna Græcorum quatuor.*
*b* Dan. 7. 6.

Atque hæc ſunt præcipua regna, quæ poſt Alexandri obitum ex ejus cineribus enata ſunt; quæ numero quatuor à Daniele *b* Propheta obſcuris ſignificationibus adumbrata ſunt. Horum principes fuêre Ptolemæus Lagi F. in Ægypto: Seleucus Babylone, & in Syria: Caſſander in Macedonia & Græcia: Antigonus in Aſia. Qui omnes, ut & Lyſimachus in Thracia, regium ſibi nomen, & inſignia ſumpſerunt anno, ut ſcribit *c* Diodorus Olympiadis 118 ſecundo, ante Chriſtum 307. quorum æmulatione tyrannus Agathocles, qui tum fortè in Africa cum Pœnis bellum gerebat, regium & ipſe decus aſſumpſit. Porro Antigono victo, ad regna tria rerum ſumma pervenit, Ægyptiacum, Syriacum, Macedonicum. quibus & Pergamenum ſuccrevit, cujus Lyſimacho rege jacta ſunt primordia.

*c* Diod. 20.

*Ptolemæi Reges Ægypti.*

Ptolemæorum Alexandriæ, & in Ægypto regnum, noménque pervaſit ad poſteros ab ejus conditore Lagi filio Ptolemæo, ſive, ut Pauſanías in Atticis refert, Philippi patris Alexandri Magni. Qui tametſi anno demum poſt obitum

Alexandri octavo decimo titulum regis uſurpaverit; ejus tamen initium regni ab illo ipſo ſumitur, quo mortuus eſt Alexander. Hinc ergo Ptolemæi regnare orſi ſunt in Ægypto. Nam quadraginta illi tribuuntur anni ab Euſebio, & cæteris, qui ab anno mundi 3660, quo Alexander exceſſit, ad 3699 uſque perveniunt. Hoc enim anno Ptolemæum filium cognomento Philadelphum ex Berenice genitum vivus adhuc ſibi regem ſubſtituit.

A. 4186. P. I. ad 4430.

## *De Agathocle, Pyrrho, & Gallorum in Græciam expeditionibus variis.*

PER idem tempus *a* Agathocles in Sicilia regnavit, obſcuro loco natus, Carcini Rheginenſis adſcriptitii civis filius, à quo figlinam edoctus, tyrannidem Syracuſis occupat anno quarto Olympiadis 115, mundi 3667. quam ad annos circiter octo & viginti admirabili fortunæ varietate pertulit. *b* Domitis non ſemel Siculis, cum Carthaginenſibus conflixit. à quibus ingenti ad Himeram fluvium victus prælio, tertio anno Olympiadis 117, nec opinato tranſvectis in Africam copiis, acceptam ibi victoribus cladem repoſuit. Curtius hanc Syracuſanorum expeditionem in Africam, & obſidionem Carthaginis in idem tempus conjicit, quo ab Alexandro Tyrus obſidebatur; in quo duobus & viginti annis aberrat. Annus quo in Africam trajecit Agathocles, inſignis Solis defectione notatus eſt ab Diodoro, & Juſtino, quæ Auguſti 15, hora octava matutina Syracuſis accidit anno Per. Jul. 4404. ante Chriſtum 310. Carthaginenſes propè ad deſperationem adducti Saturno liberos ſuos immolant, & Amilcarem ducem è Sicilia revocant. At is Syracuſas obſidens, ab obſeſſis ipſis captus interficitur. *c* Demum Agathocles anno 4 Olympiadis 122, ante Chriſtum 289, cùm in Bruttios tranſfretaſſet, veneno ſublatus eſt ab Archagatho nepote, quem *d* Diodorus in Excerptis nuper editis Agatharcum nominat.

CAPUT XVI. *Agathocles.* *a* Diod. l. 19.

*b* Diod. l. 20. Iuſt. 20. & ſeq.

*c* Diod. 20. & in Eccl. l. 21. Iuſt 23.

*d* Excerp. Valeſ. p. 250.

Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.

a Plut. in Pyrro, Diodori Eclogæ. Iuſtinus lib. 16. & ſeq. *Pyrrhus.*

*a* Non minus ſtupenda fortunæ varietas in Pyrro, ſed major, ut in legitimo principe, virtus enituit. Qui Æacida patre, Arybæ filio, rege Moloſſorum natus, ac regno pulſus, ſub Demetrio Poliorceta, cui ſoror ejus Deidamia nupſerat, prima tyrocinia rei militaris habuit. Nam in illa celebri pugna, qua ad Ipſum victus eſt cum Antigono patre Demetrius, in hujus caſtris militabat adhuc adoleſcens. Poſtea Ptolemæi Lagidæ, & uxoris ejus Berenices affinitate & opibus adjutus, regnum recuperavit. cujus initium Velleius *b* attribuit anno illi, quo Conſules erant Q. Fabius quintum, & P. Decius Mus. qui eſt Urbis 459, mundi 3689. Quo eodem anno ab Alexandro Caſſandri filio vocatus in Macedoniam, partem ejus ſibi vendicavit. unde pulſus à Demetrio Poliorceta, aliquot annis partim per ſeſe, partim junctis cum Lyſimacho, Ptolemæo, & Seleuco viribus, bellum geſſit; cujus præmium occupata ſeptem haud amplius menſibus Macedonia fuit. Mox à Tarentinis excitus in Italiam, contra Romanos iterato bellavit. Nec minus Siciliam interim aggreſſus, ac deinde tam hac, quàm Italia, coactus excedere, in regnum revertit. Hinc Macedonia rurſum potitus eſt, ejecto Antigono Demetrii filio. Poſtremò à Cleonymo Spartano Arei filio, evocatus in Peloponneſum adverſus Antigonum; apud Argos oppetiit primo Olympiadis 127, ante Chriſtum 272, regni ut apparet, tertio & viceſimo: ſiquidem anno Urbis 459, ante Chriſtum 295 regnare cœpit. Triſte illa nocte, qua Argos eſt ingreſſus, auſpicium ei nactus fecit, ſummæ ipſius haſtæ inſidens, ut ſcribit *c* Ælianus.

b Velleius l. 1.

c Lib. 10. Hiſt. An. cap. 37.

*Gallorum irruptio in Thraciam, & Græciam.*

d Pauſ. Phoc. p. 335. Iuſt. lib. 34. Dexippus in Coll. Scal.

*d* Gallorum quoque in Thraciam, & Græciam expeditio in idem intervallum incidit. Ea triplex à Pauſania deſcribitur. Primò Cambaule duce in Thraciam uſque penetrarunt: cujus populatione contenti, domum redierunt. Secundò diviſis trifariam copiis, alii Thraciam duce Cerethrio; Pannoniam alii, Brenno, & Acichorio ducentibus, adierunt. reliquos in Macedoniam & Illyricum egit Bolgius. Huic reſiſtere

auſi Macedones ingentem cladem accipiunt, oc- A. 4186. P. I.
ciſo Ptolemæo Ceranno. Deſperatas Macedo- ad 4430.
niæ res unius principis virtus Soſthenii erexit; qui barbaros exultantes victoria repreſſit, ac Macedoniæ finibus expulit: eóque merito regnum eſt conſecutus. *a* Scribit Polybius reges *a* Polyb. 2. p.
quatuor, Ptolemæum Lagidam, Lyſimachum, 128. & 155.
Seleucum, & Ptolemæum Ceraunum, intra 124 Olympiadem extinctos eſſe. Quare Cerauni cædes rectè anno quarto exeunti Olympiadis iſtius imputabitur, mundi 3704.

Sequens annus tertiam Gallorum irruptionem attulit in Græciam, Imperatoribus Brenno & Acichorio. quorum exercitus conſtabat peditum millibus 152, equitum viginti millibus, & quadringentis, quorum ſingulis equites erant adjuncti famuli duo, qui mortuis heris ſuccederent. quod σύνταγμα vocabant τριμαρκισίαν. Nam μάρκαν Galli nominabant equum, ait *b* Pauſanias. Sic equitum millia unum & ſexa- *b* Pauſ. Phoc.
ginta & ducenti amplius fuerunt. Victi primum Po. 331.
ad Thermopylas, tum ad Parnaſſum, quò potiundi Delphici templi, ac ſpoliandi gratia perruperant. Brennus ipſe multis acceptis vulneribus, largius hauſto mero vitam ſponte finiit. Ea Gallorum calamitas notatur à Pauſania Archonte Anaxicrate, hiemis tempore, hoc eſt anno ſecundo Olympiadis 125, ante Chriſtum 279.

Inſequente rurſus anno, Democle Athenis Prætore, in Aſiam inſudêre ſe Galli, ut idem Pauſanias refert. *c* Polybius verò ſcribit eo- *c* Polyb. 4. p.
dem anno Gallorum reliquias Comontorio du- 313.
ce Thraciam invaſiſſe, ac tributum à Byzantinis exegiſſe.

## *Res ab Romanis ab anno V. C. 419 ad 472 geſta.*

Dum in Oriente, atque Græcia ab Alexan- CAP. XVII.
dro M. ejúſque ſucceſſoribus, bellis ac tumultibus omnia miſcentur, non minores Italia procellas armorum tulit; quibus ſe Romana virtus ad orbis terrarum dominatum exercuit.



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.
a Liv. 9. Eutr.
*Samniticum bellū.*
b cap. 12.

a Diuturnum præ cæteris, maximéque formidoloſum Samniticum bellum fuit, de quo b ſuprà memini. quod hoc intervallo acerrimè geſtum eſt; nonnulla interim clade Romanorum, & ignominia: ſed majore, &, quod caput eſt, ultimâ Samnitium. qui poſtremò domiti anno Urbis conditæ 482 finem belli fecerunt, anno, ut jam diximus, uno & ſeptuageſimo. nempe ab anno Urbis 411, ad 481. c Quo ſpatio Caudinæ furcæ Romanorum dedecore nobiles factæ ſunt anno Urbis conditæ 433, quarto poſt Alexandri M. obitum; quando deditionem hoſtibus fecit Romanus exercitus, & ſub jugum miſſus eſt cum utroque Conſule. Sed eam infamiam ſequente anno majori Samnitium clade, ac pari ignominia rependit Papyrius, Imperator illa ætate fortiſſimus. præter quem & complures alii percenſentur ab Livio, d qui Alexandro, ſi in Italiam, ut erat fama, veniſſet, pares eſſe potuerunt.

c Liv. 9. Flor. 1. c. 16.
*Caudinæ furcæ.*

d Liv. 9.

e Liv. 9. Juſt. 12. Oroſ. 3. c. 11.

e Alexander alius Epiri rex, avunculus Magni, ab Tarentinis accitus in Italiam, cum adverſus Samnites, Bruttios, ac Lucanos ſæpè fortiter pugnaſſet, pace cum Romanis facta anno U. C. 422, ab Lucanis tandem occiſus eſt ad Acherontem fluvium, anno U. C. 428, tertio Olympiadis 113, ſuperſtite Alexandro M.

f Polyb. 2. p. 109. Liv. 7.
*Bella cum Gallis inita.*

*Corvinus.*

f Cum Gallis quoque repetitum identidem in Italia certamen. quorum varias irruptiones ex Polybio, ac Romanis annalibus hîc breviter attingam. Triceſimo anno, poſtquam Romam potiti ſunt, haud procul Collina porta, magna utrinque edita cæde, vix averſi ſunt, Dictatore tumultus iſtius cauſſa creato Servilio Ahala, anno urbis conditæ 394. Duodecimo poſt anno, qui fuit Urbis 405: rurſus à Camillo cæſi. quo tempore Valerius Corvinus Gallum provocantem auxilio corvi ſuperavit. Poſt annos tredecim pacem cum Romanis, ac fœdus faciunt. in quo annos triginta perſeverarunt. Itaque ſub annum Urbis conditæ 450, Ciſalpini Gallicum Tranſalpinis: & Etruſcis, Romanorum agros populati ſunt. Inde cum ingenti præda reverſi domum Ciſalpini, de hac ipſa inter ſe digladiati

Digitized by Google

ſunt. Anno poſtea quarto cum Samnitibus, Etruſcíſque conjuncti, commiſſo prælio legionem Romanam ceciderunt, cui præerat L. Scipio Proprætor. Quo tempore flagrante altera pugna, & ſiniſtro jam inclinante cornu, P. Decius Coſ. caput devovit, ac victoriam morte ſua peperit, anno V. C. 459. A. 4136. P. I. ad 4410. *Decius.*

*a* Decem poſt hæc elapſis annis, iterum Galli Senones à Lucanis, Bruttiis, Samnitibus, & Etruſcis exciti Aretium obſederunt: ac L. Cæcilio Prætore victo, Romanorum millia tredecim occiderunt. Quam cladem Conſul Dolabella mox ultus eſt, Gallíſque profligatis, Sena eorum urbe capta, coloniam eò deduxit. Boii Senonum calamitate commoti, & cum Etruſcis conſpirantes ad Vadimonis lacum pugnam faciunt: in qua cæſi plerique omnes Etruſci, Boiorum pauci admodum evaſerunt. Id accidit anno Urbis 471. Sequente verò, Boii rurſus à Romanis funditus deleti, pacem ac fœdus impetrarunt, tertio anno antequam Pyrrhus in Italiam veniret. *a* Polyb. p. 107. & 108. Eutrop. Epit. Liv. 4.

*b* Palæpolitani præterea, ubi nunc Neapolis eſt, auſi Romanis inferre bellum, tertio anno, qui fuit V. C. 428, à Publilio Procoſ. domiti ſunt. *b* Liv. 8.

Sic Etruſcorum duodecim populi in excidium Romani nominis incitati anno V. C. 442, *c* à Conſule Fabio anno 444 ingenti prælio devicti ſunt, in quo cæſa, aut capta hoſtium millia ad ſexaginta. *c* Liv. 9. Flo. l. 17. Oroſ. 3. c. 21.

## *De viris doctrina præſtantibus.*

CAP. XVIII.

ATHENIS poſt *d* Ariſtotelis obitum, qui tertio Olympiad. 114 anno mortuus eſt, Peripateticam Scholam rexit Theophraſtus Ereſius: cum biennio antè Diogenes Cynicus exceſſiſſet è vita, *e* eodem ſcilicet, quo & Alexander M. natus annos ferè nonaginta. *d* Diog. in Ariſt. *Theophraſtus.* *e* Idem in Diog. Cyn.

*f* Xenocrates Platonicæ ſectæ magiſter, cum ei quinque & viginti præfuiſſet annis, nimirum ab ſecundo 110 Olympiadis, & Archonte Lyſimacho, moritur anno tertio Olympiad. 116. *f* Diog. in Xenocr. *Xenocrates.*



Digitized by Google

A. 4186. P. I. ad 4430.
*a* Idem.

*a* Floruerunt & Polemo Xenocratis auditor: Crates Polemonis: & illius Crantor Solenſis: Crantoris item Arceſilaus, mediæ auctor Academiæ, ex Pitana Æolidis oppido: qui Olympiade 20 celebris eſt habitus.

*Epicurus.*
Diog. in Epic.
*Zeno Stoicus.*

Epicurus anno tertio Olymp. 109 editus in lucem, obiit anno ſecundo Olympiad. 127, natus annos 92. Zeno Stoïcæ conditor ſectæ, Cratetis antè diſcipulus, idem ſæculum ornavit: quem Olympiade 129 obiiſſe perhibet Euſebius. Demetrius item Phalereus Theophraſti diſcipulus, non minùs adminiſtrandæ reipublicæ, quàm philoſophiæ, & eloquentiæ facultate nobilis, Athenis præfuit annos decem, ut ait

*b* Diog. 18. Plut. Phoc.

Diogenes Laërtius. *b* Cœpit autem anno tertio Olympiad. 115. quo Caſſander Athenis potitus eſt. At anno ſecundo Olympiad. 118, Demetrio Poliorceta Athenas obtinente, fugit in Ægyptum ad Ptolomæum Lagi F. *c* Quo mortuo, ab

*c* Diog. in Demetr.

ejus filio Ptolomæo Philadelpho relegatus, ac dolore contabeſcens, aſpidis morſu periit anno circiter primo Olympiad. 124. *d* Aſtronomiæ

*d* Ptolom. 7. c. 3.

ſcientia clarus Timocharis fuit circa Olympiad. 121.

*Demoſthenes.*
*e* Plutarc. Demoſt.

Sed nominis celebritate vicit cæteros Demoſthenes: *e* qui anno tertio ab Alexandri obitu, eodem, quo Ariſtoteles, fato conceſſit in Galauria inſula, quò ſe metu Macedonum receperat.

*Menander.*

Menander Comicus poëta Archonte Philippo mortuus perhibetur, ut eſt in veteri inſcriptione; cùm natus eſſet tertio Olympiad. 109, Archonte Soſigene. Ita quinquagenarius obierit.

*f* Diod. in Excerp. Valeſ. p. 258.

*f* Hiſtoriam ſcripſit Timæus Siculus Tauromenita Agathoclis tempore, à quo Sicilia pulſus, ſtilo ſeſe vindicavit, quo in illum intemperantiore uſus dicitur. *g* At è contrario Callias

*g* Idem.

Syracuſanus, quòd magnis ab eodem tyranno beneficiis affectus eſſet, in hiſtoria ſua turpiter ei aſſentatus eſt.

*h* Tatian. apud Euſ. de Præp. 289.
*i* Ioſe. 1. Ant. c. 3. Theoph. ad Autol. 3.

At Alexandro M. regnante *h* Beroſus Ægyptius: ſub ejus verò ſucceſſoribus Ptolomæis Lagida, & Philadelpho *i* Manethon Dioſpolitanus, hiſtorici memorantur.

Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ

## LIBER QUARTUS.

**Rerum hiſtoriam continens ab A. P. I. 4431 ad 4713.**

*Romanorum res ab anno V. C. 472. ad 536. ac potiſsimum de bello Epirotico, Punico primo, & Gallico.*

CAPUT I.

FATISCENTIBUS, oppreſſa jam libertate, Græcorum animis, ac viribus, efferre ſe Romana res cœpit. Itaque major deinceps in Italia, & Africa, quam in Oriente, ſeges hiſtoriæ naſcitur. Ideò Romana bella primo loco memorabimus.

*a* Tarentini Græca levitate majus, quàm pro viribus ſuis, bellum contra ſe provocarant, Romanorum claſſe direpta, & eorum legatis, qui de injuria queſtum venerant, temerè pulſatis anno Urbis conditæ 472. Ob id Tarentinis indicto bello, L. Aimilius Barbula Tarentinos, Samnites, & Salentinos acie devicit. Ea clade permoti Pyrrhum ad auxilium evocant. qui anno Urbis 474. in Italiam trajecto exercitu, cum Romanis bellum gerit, quod ſex annos tenuit. Primo congreſſu Romani, Lævino duce, non tam viribus, quàm elephantorum inuſitata victi ſpe-

*a* Epit. Liv. 13. Plut. in Pyr. Eutrop. 2. Flor. l. 1. c. 18. Oroſ. l. 4. c. 4. Iuſt. 24. Diod. in Eclog.

*Bellum cum Pyrrho.*

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ed 4713.

cie ceſſerunt. Captivos repoſcente C. Fabricio, ſine pretio Pyrrhus remiſit omnes. Mox per Cineam legatum fruſtra pace tentata; (hanc enim Appius cæcus fieri prohibuit) bis ancipiti Marte cum Romanis congreſſus eſt. Tum à Syracuſanis contra Pœnos accitus in Siciliam, ibi rebus ex voto minimè fluentibus, in Italiam revertit anno Urbis 479. ac victus, & caſtris exutus, Tarentóque pulſus in Epirum rediit: cùm ſex annos in Italico, ac Siculo bello poſuiſſet.

*a* Epit. Liv. 14. Oroſ. 4. c. 3.

*a* Pyrrho fugato, Tarentini cum Samnitibus, Bruttiis, & Carthaginenſibus, qui iſti bello contra fœdus intervenerant, acie victi in Romanam venêre ditionem; ac pacem & libertatem acceperunt anno V. C. 482. cum eo, qui anteceſſit, *b* à Ptolemæo Philadelpho ſocietas cum Romanis eſſet inita.

*b* Eutr. 2.

*c* Flo. 1. c. 19. Eutr. 2.

*d* Polyb. 1. Epit. Liv.

*c* Secutum eſt Picens bellum, ac Salentinium, & omnium denique graviſſimum, ac longiſſimum, *d* Punicum; quod primum anno V. C. 490 cœptum eſt, undecimo poſtquam Pyrrhus in Epirum rediit.

*e* Polyb. 1. p. 12. & ſeq. Epit. Liv. Flor. 2. c. 2. Eutrop. 2. Appian. Oroſ. l. 4. c. 7.

*f* Polyb. 1. p. 8. Pauſ. Eliac. 2. p. 169.

*Bellum Punicum.*

*e* Primi ergo Punici belli cauſſa fuit, utriuſque civitatis ambitio, ac mutuò ſuſpecta, & formidoloſa potentia. Occaſionem dedêre Mamertini, & Hiero Syracuſarum rex, ac Carthaginenſium ſocius. *f* Hic anno Olympiad. 126. ſecundo à Syracuſanis primùm factus imperator, rex deinde ſalutatus quarto Olymp. 129, Mamertinos, qui Meſſanam occuparant, armis aggreditur. Hi Romanorum implorant opem: qui in inſulam trajectis copiis, cum Hierone, Pœníſque bellandi fecerunt initium. Ejus belli anceps diu fortuna fuit: Pœnis mari, Romanis terra vincentibus. Qui anno demum belli quarto, V. C. 493, rem nauticam attigerunt. Sed ea indentidem omiſſa, repetitáque, ad extremum ſuperiores fuerunt. Memorandus eo bello cum primis venit Attilius Regulus, qui maritimo ac terreſtri prælio fractis Carthaginenſium viribus, cùm pacem petentibus niſi iniquis conditionibus dare nollet, Xanthippo Lacedæmonio duce victus, & in acie captus eſt cum mil-

*Attilius Regulus.*

Digitized by Google

ſibus 15 : occiſis 30 M. anno Urbis duodequingenteſimo. Poſt à Carthaginenſibus Romam miſſus, ut de permutandis captivis cum Senatu ageret, id ne fieret interceſſit; & Carthaginem ad certiſſimam carnificinam ſponte rediit. Primus navalem victoriam Romanorum adeptus eſt C. Duilius, belli anno quinto. poſteriorem C. Lutatius anno 23 & ultimo; qua ad Ægatem inſulam cum Pœnis debellavit, quibus pax his legibus conceſſa eſt, ut inſulis omnibus cederent, quæ Italiam inter, & Africam interjacent, ac bis mille & ducenta in annos 20 talenta penderent. Id actum eſt anno V. C. 513, ante Chriſtum 241. A. 4431. P. I. ad 4713.

a Perfunctos externo bello Carthaginenſes majus domi periculum excepit. Nam mercenarii milites, quò genere pluſimùm uſi ſunt Pœni, ſtipendia ſua, & militiæ præmia poſtulabant: quod exhauſto ærario præſtari non poterat. Ideo graſſantibus per Africam, & latè omnia vaſtantibus ægrè obſiſti potuit. b Tandem poſt annos tres, & menſes quatuor, bello iſti finem impoſuerunt.

a Polyb. 1. p. 65. Appian. in Pun. Diod. in Excerp. p. 275.
b Polyb. 1. p. 88.

c Anno Urbis 519, quod Romæ perraro accidit, templum Jani clauſum eſt; bellis ubique pacatis. Sed ſubinde novis coortis motibus apertum eſt. Ligures, Sardi, Corſi ſubacti. Cum Illyriis deinde, ac Teuta regina anno Urbis 524 initum bellum, tertio poſt anno confectum eſt, ac tum primùm legati victoriæ nuntii per Græciam miſſi. d Corinthii Romanos in ſocietatem Iſtmiorum acceperunt.

c Eutr. 3. Plut. Numa. Oroſ. 4. c. 12.
d Polyb. 2. p. 101.

e Gallorum præterea formidoloſa fuit irruptio. Inſubres & Boii ob ereptum Senonibus Gallis, & agraria lege diviſum f à Flaminio Trib. Pl. agrum Picenum (quæ lex anno Urbis conditæ 522 lata eſt,) accitis Tranſalpinis Gallis *Gæſatis*; ita mercenarios vocabant; Romanos oppugnarunt. contra quos peditum, quod vix credile ſit, g millia ſeptingenta, equitum ſeptuaginta conſcripſêre Romani. Victi ſæpius Galli, ac trans Padum anno primùm, Urbis conditæ 520 copiæ ductæ: Inſubréſque domiti: h ac Gæſatarum rex Virdumarum à C. Marcello

e Polyb. 2. p. 109. Flor. 2. c. 4. Oroſ. 4. c. 13.
f Cic. 2. Acad. quæſt.
g Polyb. 2. p. 113. Eutr. 2.
h Eutr. 3.

Digitized by Google

A. 4421. P. I. ad 473 Conſule trucidatus opima de ſe ſpolia dedit.

*a* Diod. Eccl 25. *a* Ad hoc bellum Siciliæ rex Hiero, qui ſub initium Punici belli victus à Romanis, victorum in partes, amicitiámque tranſierat, frumenti vim maximam miſit; cujus pretium confecto bello recepit.

## *Bellum Punicum ſecundum.*

CAP. II.

*b* Polyb. 2. Liv. 1. Dec. 5. Flor. 2. c. 6. Plut. Fab. & Marc. App. Oroſ. c. 14.

PUNICUM inde bellum alterum ſecutum eſt *b* anno à prioris fine quarto & viceſimo: quod ſpatio quidem minus temporis fuit, ſed adeo cladium atrocitate terribilius, ait Florus, ut ſi quis conferat damna utriuſque populi, ſimilior victo ſit populus, qui vicit. Belli cauſſa eadem, quæ ſuperioris, dominandi cupiditas: & in Pœnis, impatientia ſervitutis; quod annum jam, ut dixi, quartum & viceſimum Romanorum victi armis ceſſerant. Præcipuam huic incendio facem ſubjecit Hannibal Hamilcaris filius, ejus qui bello priore Cartaginenſium imperator pacis leges mœrens acceperat; quique compoſitis in Africa rebus, anno Urbis, ut ex Polybio *c* colligitur, 517. miſſus in Hiſpaniam, Hannibalem novem annos natum ſecum duxerat; cùm eum prius ad aram adductum jurare juſſiſſet, numquam ſe in amicitia cum Romanis fore. Hamilcare poſt annos circiter novem occiſo, ſuffectus eſt Haſdrubal illius gener, qui Hannibalem accivit, eúmque poſt octo annos interfectus ſucceſſorem habuit, Urbis 534, cùm ætatis circiter ſeptimum ac viceſimum inchoaſſet. qua ratione natus videtur anno Urbis conditæ 507, ante Chriſtum 247. Igitur ſtatim atque Imperator eſt factus, totam intra flumen Iberum Hiſpaniam ſibi ſubjicit. *d* Hinc Saguntum Romanorum ſociam magnis adortus viribus, poſt ſeptem menſes capit. Saguntini omnes, fruſtra expectato Romanorum auxilio, partim hoſtili gladio, partim ſuapte manu ceciderunt. Ita bellum conflatum Punicum ſecundum: quod initium anno Urbis conditæ 536 *e* P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo Coſſ. decimo ſeptimo exitum habuit, Coſſ. M. Servilio Gemino, T. Claudio Nerone, V. C. anno 552.

*c* Polyb. init. l. 1. Liv. l. 21. Corn. Nep. in Hannib. Plin. de Vir. Ill.

*d* Liv. 21. Polyb. 3.

*e* Liv. 30.

Digitized by Google

*a* Habebat Hannibal in exercitu peditum, ut ſcribit Polybius, millia 90, equitum duodecim. variè de numero prodit Livius. Primo impetu uterque Conſulum victus, P. Cornelius ad Ticinum, Sempronius ad Trebiam. Sequente anno V. C. 537, major ad Thraſumenum lacum clades accepta; cùm interim Q. Fabius Maximus Prodictator à populo factus cunctando rem utcunque ſuſtentavit. *b* Sed omnium atrociſſima plaga Cannenſis anno V. C. 538, alterius temeritate Conſulis Terentii Varronis accidit. In ea pugna cæſa Romanorum 40 M. Neque tamen infractis ob eam calamitatem animis, Cannenſi prælio captos redimere noluerunt. Tum Syracuſas, quæ urbs poſt Hieronis obitum, qui anno V. C. 539 contigit, ab ſocietate defecerat, Marcellus *c* Conſul obſedit anno Urbis 540. Quam ab vehementi illius oppugnatione unius hominis induſtria tutata eſt. Archimedes is fuit: qui cœli ſiderúmque contemplator ea ætate præſtans, ſed machinarum, operúmque bellicorum inventis multo clarior, Romanorum apparatus omnes per levi negotio ludificatus eſt. Itaque vix anno demum tertio, Urbis 542, capi Syracuſæ potuerunt. *d* Quo tempore proditum eſt Archimedem, intento in ea ſtudia, quibus deditus erat, animo; ac nihil eorum ſentiente, quæ per hunc tumultum gerebantur, ab ignoto milite, fruſtráque ſciſcato quis eſſet, interfectum, ejus ex morte magnum dolorem cepiſſe Marcellum; qui ut vitam illi conſervarent, irrumpentibus in urbem militibus edixerat: ac ſepulturæ curam habuiſſe.

Hæc Syracuſarum calimitas finem *e* attulit regii in Sicilia dominatus, quem is, cujus paullo antè meminimus, inſtaurarat Hiero; ac legitimum ex tyrannico, & acceptum etiam vulgo fecerat comitate, ac clementia; cùm nihil ex tanta dignitate præcipuum ſibi præter curam ac liberalitatem aſſumeret. Regnavit autem annos quatuor & quinquaginta, exorſus ab anno Urbis conditæ 485, ſexto ante bellum primum Punicum. quo ineunte victus ab Appio Conſule, ab Carthaginenſium ſocietate ad Romanos deſci-

A 4431. P.J. ad 4713.
*a* Polyb. 3. p. p. 189. Liv. 21.

*b* Polyb. 3. p. 264. Liv. 2. Appian. Flor. & alii cit.

*c* Polyb. 8. p. 515. & ſeq. Liv. 3. Dec. 4. Plut. Marc.

*d* Liv. Dec. 3. lib. 5
*Archimedes.*

*e* Polyb. In Exerc. Valeſ. p. 10. & liv. 1. Hiſt. p. 16.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4783.
a Liv. l. 4. Dec. 3.
b Polyb. in Excerc. Valeſ. p. 13. Liv. l. 4. Dec. 3. Pauſ. El. 2. Juſtin. 28.

vit; & in eorum amicitia *a* propè quinquaginta perſeveravit annos. *b* Iiſdem moribus filium habuit Gelonem: qui ante patrem obiit quinquageſimo ætatis anno; & Hieronymum ex Nereide Pyrrhi Epirotarum regis filia ſuſceptum reliquit aviti heredem regni; quod anno Urbis 539 adiit, Hierone mortuo, annum agens quintum decimum. Sed ut peſſima erat indole, effuſus in omne flagitii, ac crudelitatis genus, conjuratione ſuorum eodem anno perimitur.

c Liv. 3. Dec. 4.

*c* Interim Philippum Macedoniæ regem, pacta cum Hannibale ſocietate, imminentem Italiæ Lævinus Prætor compreſſit, & in Macedoniam ſe ſuam incenſa ultro claſſe coëgit recipere anno Urbis conditæ 542. At in Hiſpania P. & Cn. Scipiones fratres, qui Haſdrubali tranſitum in Italiam ad Hannibalem fratrem hactenus intercluſerant, multáque ibi fortiter geſſerant; deleto exercitu ambo ceciderunt. *d* L. Marcius eques Romanus, in trepidatione dux militari ſuffragio creatus, labantem rem ſuſtinuit. cujus ductu una nocte ac die bina hoſtium expugnata ſunt caſtra; & ad triginta ſeptem millia hoſtium interfecta. quod anno illo Urbis 542 contigit. *e* Eodémque Tarentum, præter arcem, captum ab Hannibale: & Capua ab Romanis obſeſſa; *f* à qua ut eos averteret, Romam contendit Hannibal. Sed coorta ſubitò tempeſtas hunc ab ejus mœnibus, conſpectúque repulit. Capua deinde Romanis tradita; cujus principes veneno ſibi vitam eripuerunt: Senatores ſecuri percuſſi; urbs in Præfecturam redacta.

d Liv. 3. Dec. 5.
e Liv.
f Liv. 3. Dec. 6.

g Liv. ibid. Val. l. c. 7. Plin. de Vir illuſt.

*g* P. Scipionis ejus, quem in Hiſpania cæſum eſſe meminimus, filius erat P. Scipio: qui poſt Hiſpanienſem illam cladem territis omnibus, quatuor & viginti natus annos imperium in Hiſpaniam petere ſe profectus eſt; eóque pro Conſule eſt miſſus anno Urbis 543. *h* Ibi rebus geſtis maximis, & Haſdrubale Giſconis F. ac Magone ſuperatis, anno quinto quàm venerat, Carthaginenſes tota ejecit Hiſpania. Inde in Africam profectus, amicitiam junxit cum Sypha-

h Liv. 3. Dec. lib. 6 Polyb. 11. p. 638.

Digitized by Google

ce Maſylorum: deinde cum Maſaniſſa Maſæſulorum regibus. Geſta hæc ſunt anno Urbis 548, tertio ab Marcelli clade Conſulis; *a* qui anno 546 ſecundis cum Hannibale prælíis aliquot factis, ejuſdem circumventus inſidiis opprimitur. *b* Sequente verò, à duobus Conſulibus Claudio Nerone, & Livio Salinatore Haſdrubal Hannibalis frater, qui cum novo exercitu in Italiam pervenerat, antequàm ſe cum fratre conjungeret, cum ſuis copiis deletus eſt. Erat tum in Apulia Hannibal: cui ſe Nero Conſul oppoſuerat. Livius in Ciſalpina Gallia caſtra contra Haſdrubalem habebat. Interceptis Haſdrubalis literis, Nero clam, inſcio Hannibale, ſex dierum ſpatio totam emenſus Italiam, ad collegæ caſtra cum copiarum parte pervenit; ac victis, uti memoratum eſt, hoſtibus, ante ad ſtativa ſua rediit, quàm eum diſceſſiſſe Hannibal ſentiret. Cæſa feruntur eo prælio quinquaginta ſex hoſtium millia, capta quinque millia, & quadringenti. Caput Haſdrubalis ante ſtationes Pœnorum ab Nerone projectum triſte acceptæ cladis indicium Hannibali fuit.

A. 4431. P. I. ad 4713.

*a* Liv. 3. Dec. 7. Pin. Marcell.

*b* Lib. ibi. Polyb. init. li. r

*c* At P. Scipio, ut ab Italia revocaret Hannibalem, transportare bellum in Africam ſtatuit. quod anno demum Urbis 549, quo Conſulatum ipſe geſſit, aggreſſus eſt. Sed initiò, cùm id temerarium conſilium haberetur, nihil neque pecuniæ, neque militum publicè ſuppeditatum eſt. Ita nemine, niſi voluntario milite conſcripto, & accepta mutuò, corrogatâque pecunia, primùm ad Siciliam Conſul: inde in Africam anno Urbis 550, belli quintodecimo, cum claſſe Proconſul appullit. *d* Quo anno Peſſinunte in Phrygia ſimulacbrum Idææ matris Romam ex oraculo devectum, à P. Scipione Naſica Cn. F. quem adoleſcentem Senatus virum optimum judicarat, exceptum eſt.

*c* Liv. 28. Appian.

*d* Liv. Plin. de vir. ill. Herodia. lib. 1.

Scipioni dux ab Carthaginenſibus objectus eſt Haſdrubal Giſconis filius; qui Maſaniſſæ filiam Sophonisbam deſponderat. Sed eam abſente patre, ac ſponſo, Carthaginenſium populus Syphaci, qui amore puellæ captus agros

Liv. App. Flor. &c.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

eorum vaſtabat, publicè collocavit, ut eum ab Romanorum amicitia ad ſuam transferret. Qua commotus injuria Maſaniſſa totum ſe Romanis addixit: magnúmque deinceps ad Pœnos debellandos momentum attulit.

Scipione Uticam oppugnanti anno eodem Urbis 550, Syphax & Haſdrubal cum centum armatorum ſupervenêre millibus. Quorum caſtra eâdem die deleta ſunt; millibus occiſis quadraginta, captis ſex: ambóque rurſus redintegratis copiis altero prælio ſuperati. Syphax à Lælio, & Maſaniſſa rege, vivus eſt captus.

Ejus uxorem Sophonisbam cùm Maſaniſſa duxiſſet, increpitus ab Scipione venenum ad eam miſit, quo ſibi mortem illa conſcivit.

*b* Liv. 3. Dec. 10. App. &c. Polyb. 15.
*b* Diod. in Excer. Valeſ. p. 290.

*a* Hannibal à Carthaginenſibus revocatus, Italia relicta, decimo ſexto belli anno, Urbis 551, rediit in Africam: *b* ſociis, qui ſequi nollent, quâ occiſis, quâ in ſervitutem redactis: ac tentata fruſtra per colloquium pace, congreſſus acie, ab Scipione vincitur. poſt eum Vermina Syphacis filius, qui auxilio Pœnis venerat. Scipio pacis leges Carthaginenſibus dixit, auctore Senatu populóque Romano. Hannibal ad Antiochum perfugit.

*c* Liv. 3. Polyb. 15.
*d* Polyb. 16. p. 733.
*e* Fine l. 10. Dec. 3.
*f* Valer. Max. l. 5. c. 1.

*c* Finitum eſt bellum anno ſeptimodecimo, Urbis 552, Coſſ. M. Servilio Gemino, T. Claudio Nerone. ac ſequente pax Carthaginenſibus ab Senatu data. & triumphans in Urbem invectus eſt Scipio: *d* in eóque triumpho ductus Syphax, paullo poſt Tibure in cuſtodia mortuus eſt. *e* At Livius ante triumphum obiiſſe narrat: *f* ac publico elatum funere. ubi & Polybium id quod dixi, ſentire aſſerit. *Hunc regem* (ait) *in triumpho ductum Polybius haudquaquam ſpernendus auctor tradit* quæ hiſtorici præſtantiſſimi commemoratio nimis anguſta ac jejuna mihi videtur.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

## *De Achæorum initiis : Pyrrhi rebus geſtis, & obitu: ac Pergami regum, & Parthorum origine.*

CAP. III.

IN Græcia porro, & Oriente ad hiſtoriam hæc præcipua contigerunt. Achæorum reſpublica paullatim in Peloponneſo coaluit *a* cujus fundamenta jacta ſunt Olympiade 124, ſub Pyrrhi tranſitum in Italiam; quando Dymæi, Patrenſes, Tritæenſes, & Pharæenſes concordiam inierunt: ad quos ſe reliqui deinceps applicarunt. Hi principio ſcribam unum, & Prætores duos in orbem conſtituerunt. Poſt annos quinque & viginti unicum Prætorem placuit eligere. Is circa Pleiadis exortum creari ſolitus: *b* ut auctor eſt Polybius, ac primus ſingularium Prætorum Marcus Carynenſis ab eodem proditur, cujus anno quando Aratus Sicyonius viceſimum agens annum, rebus geſtis cæpit inclareſcere. Quocirca anno ultimo Olympiadis iſtius orta eſt illa reſpublica, anno ante Chriſtum 281, Urbis 473. Siquidem anno ſequente Pyrrhus in Italiam tranfretavit. Lacedæmonii domeſtica vexati ſeditione prope ſub Pyrrhi venêre dominatum. Cleomenes annis in regno ſexaginta, & decem exactis menſibus obiit, Diodoro teſte, Prætore Athenis Demetrio Phalereo. Is eſt quartus Olympiadis 117. *c* Hic filios genuit duos, Acrotatum, qui ſuperſtite patre mortuus filium reliquit Areum; & juniorem Cleonymum. Nata de ſucceſſione controverſia, Senatus Areum antepoſuit Cleonymo. Hunc verò, ne quid contra rempublicam conſilii caperet, honoribus, ac præfecturis delinire conati ſunt. Nam inter alia Tarentinis contra Lucanos, & Romanos miſſus auxilio, Lucanos vicit. Tarentum, quod defecerat, expugnavit, anno Urbis conditæ 451, Olympiadis 119 ſecundo, ut auctor eſt *d* Diodorus. Pòſt urbe Salentinorum capta, ab Romanis, duce Aimilio Conſule, anno 452 fugatus cum claſſe ſua, ad Patavina litora prædabundus pervenit, ubi peſſimè accepta

*a* Polyb. 2. p. 129.

*b* Polyb. init. 5. p. 350.

*c* Diod. 20. Pauſan. in Lacon p. 87. Plut. in Ag. & Cleo. Vide l. 10. de Doct. Temp. c. 5.

*d* Diod. 20.

Digitized by Google

A. 4431. P. J. ad 4713.
a Liv. 10.

claſſis, vix quinta parte incolumis domum rediit; ut ſcribit Livius, *a* qui hunc regem Lacedæmoniorum haud rectè nominat. Verùm ille poſt annos plures cùm repulſæ memor; tum nova provocatus injuria, quod Acrotatus Arei filius Chelidonidem conjugem ſuam corrupiſſet, Pyrrhum excivit in Laconicam, *b* anno eodem, quo ex Italia reverſus Macedoniam occupavit, Antigono pulſo: qui eſt Urbis conditæ 481. Sequente igitur anno Pyrrhus in Laconicam impreſſione facta, pæne urbem defenſoribus vacuam cepit. Sed oppidanorum virtute pulſus contendit Argos. quam urbem ingreſſus, contráque Antigonum pugnans, illiſa capiti tegula ab muliere peremptus eſt ineunte Olymp. 127. Is eſt annus ante Chriſtum 272, ad quem ab eo anno, quo Cleonymus à regno eſt rejectus, qui fuit ante Chriſtum 309, intercedunt anni circiter ſeptem & triginta.

b Plut. in Pyrrho Iuſt. 25.

*Pyrrhi mors.*

c Strabo l. 13. Pauſan. Att. p. 7.

*Pergami regnum.*

*c* Per idem tempus, quo Achæorum civitates in unum corpus redigi ſunt cœptæ, Pergami Phrygiæ majoris oppido ad Caycum amnem novi regni fundamenta jacta ſunt. Circa Olympiadem 124, ultimo anno Ptolemæi Lagidæ, Philæterus ſpado ærario præfectus ab Lyſimacho, Agathoclis ejus filii necem ægrè ferens, quem pater ab Arſinoë conjuge falſis criminibus accuſatum veneno ſuſtulerat, ab illo defecit, ac novi apud Pergamum imperii princeps extitit. Hic fratres habuit duos, Eumenem & Attalum: qui & in regnum ſucceſſerunt. primus autem regium nomen uſurpavit Attalus, ut ait Strabo. Poſtremus fuit Attalus prioris Attali nepos, qui moriens populum Roman. heredem inſtituit anno V. C. 621. Ita annis circiter 152 Pergami regnarunt.

*Parthorum initium.*

Parthorum in Oriente regnum Romani quondam æmulum futurum, Arſace conditore, cœpit eodem tempore, quo Punicum bellum primum in Occidente flagrabat. Sed in incerto eſt propter antiquorum de illius origine diſſidium.

d Iuſt. 41.

*d* Juſtinus quidem primam defectionem Par-

thorum primo Punico bello accidiſſe memorat, L. Manlio Vulſone, Attilio Regulo Coſſ. regnante Seleuco; cujus cum Antiocho fratre diſcordia impunitatem illis defectionis dedit. Conſules iſti annum occupant Urbis conditæ 504, ante Chriſtum 250, quo regnabat in Syria Antiochus ὁ Θεὸς Seleucidarum tertius, Seleuci Callinici pater. Seleuco geniti ſunt Seleucus Ceraunus, qui poſt patrem Callinicum anno regni viceſimo mortuum, tribus annis imperavit: & Antiochus magnus, qui Callinico fratri ſucceſſit. Juſtinus, qui ab Seleuco Antiochi Soteris pronepote defeciſſe Parthos ait, non Callinicum, ſed ejus filium Ceraunum intellexit; cujus frater Antiochus fuit. In quo mirificè fallitur. Seleucus Ceraunus regnum iniit anno ſecundo Olympiad. 138, primo ſequentis obiit, triennio quippe regnavit. Initium itaque illius convenit in annum Urbis 527, qui eſt quintus decimus à pace Pœnis data; & à Conſulatu Vulſonis & Attilii quartus & viceſimus. Euſebius porro ſub Antiocho Θεῷ ad Olympiadem 133 adſcribit, biennio poſt memoratos à Juſtino Conſules.

A. 4431. P. I. ad 4713.

Error Juſtini.

*a* At Strabo regnante Callinico fugiſſe ſcribit Arſacem, quod ſatis cum Euſebio congruit. Appianus eo tempore defeciſſe Perſas ait, quo Antiocho Deo mortuo Laodice Berenicem alteram illius conjugem occidit. cujus necem frater ejus Ptolemæus Evergetes ulciſci cupiens, in Syriam, ac Babylonem uſque profectus eſt. Hæc geſta ſunt anno ipſo primo Seleuci Callinici, paullo poſt Antiochi Dei mortem. Quamobrem ſub Callinico Parthorum exordia poſita credimus, eóq; primitus imperante circa annum ante Chriſtum 246. Siquidem *b* Arrianus apud Photium auctor eſt Arſacem cum Teridate fratre Pherecclem ab Antiocho Deo regioni ſuæ præfectum ob tentatam ab eo pudicitam alterutrius occidiſſe. Unde vel ſuperſtite adhuc Antiocho Θεῷ, vel paullo poſt ejus obitum veriſimile eſt id eveniſſe.

*a* Strabo 11. Appia. in fine Syr.

*b* Aria. in Parthic. Phot. cod. 58.

Ab Arſace deinceps Parthorum principes nomen acceperunt: velut ab Cæſare, Auguſtóque Romani Imperatores Auguſti, ac Cæſares ap-

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. Vide par. 2. lib. 4. cap. 7. a 1 Herodia. 6.

pellati ſunt. Horum imperium ad annos circiter 472 perſtitit, ab anno ante Chriſtum 246, ad 220 poſt Chriſtum, & quintum uſque Alexandri Mammeæ filii; *a* quo Artaxerxes genere Perſa, Artabano Parthorum rege occiſo, rerum ſummam in Perſas tranſtulit.

*b* Iuſt. 41.

*b* Theodotus quoque Bactrianorum præfectus eodem, quo Arſaces, tempore novi factus eſt regni conditor, quod ipſum minimè diuturnum fuit, atque in Parthorum ditionem conceſſit.

## *Quænam in Græcia, pérque Orientem geſta ſunt ab anno ante Chriſtum 252 ad 219, & initium belli ſecundi Punici.*

CHAP. IV. *c* Polyb. 2. p. 130. Plutarc. in Arato, Pauſan. Cor. 51. *Aratus.* *d* Polyb. 2. p. 130.

ACHÆORUM *c* in Peloponneſo reſpublica Arati Sicyonii virtute magnis auctibus excrevit. Hic ætatis anno viceſimo (qui & Punici belli prioris undecimus, & ab Achæorum fundata republica undetriceſimus putatur, *d* hoc eſt quartus Præfecturæ Marci Carynenſis) Græcas urbes, quæ ab tyrannis pleræque per id tempus obtinebantur, ab eorum, nec non Macedonum jugo extricare eſt aggreſſus. Cujus rei à patria fecit initium, quam, expulſo Nicocle tyranno, libertate donatam ad Achæorum concilium adjunxit anno ante Chriſtum 253, Urbis conditæ 501. Cùm autem exules amplius quingenti Sicyonem reverſi bona ſua repeterent; Aratus in Ægyptum profectus, à Ptolemæo Philadelpho 150 talenta, quibus illis ſatisfaceret, expreſſit. Octavo pòſt anno Prætor primùm factus eſt, & *e* anno interjecto iterum eundem magiſtratum cepit. per quem *f* dejecto ex arce Macedonum præſidio, cui Perſæus Stoïcus præerat, Corinthum liberavit. quod exemplum in oppidis pleriſque valuit, quæ eandem ſocietatem ſecutæ ſunt. Id verò anno ante Romanorum ultimam de Pœnis victoriam contigit, ut refert Polybius, Punici belli prioris ſecundo & viceſimo, Urbis 511.

*e* Plut. Arato. *f* Polyb. Plut. Pauſ.

Sub

*a* Sub idem tempus, Lacedæmone tumultus extitit, Agide ac Leonida regnantibus: quorum ille ex Eurytionidarum, ſive Eurypontidarum erat familia, ſextus à magno illo Ageſilao, qui in Aſia contra barbaros præclaras res olim geſſerat. Leonidas ex Agidarum, ſive Euryſthenidarum ſtirpe oriundus fuit; quæ dignatione anteibat alteri: patre natus Cleonymo; quem Cleomenis ſuperioris filium, Acrotati fratris Areo filio poſthabitum, Phyrrhum in Laconicam adduxiſſe ſupra *b* ſignificavi. Agis nondum viceſimo ætatis anno, collapſam Lycurgi diſciplinam inſtaurare cupiens, ab novis tabulis, & agrorum diviſione id aggreſſus eſt facere. Cui cùm civitatis principes, & inter eos Leonidas rex alter, intercederent; nihilominus in incœpto perſtitit, adjutorem nactus conſiliorum Lyſandrum Ephorum. à quo Leonidas judicio poſtulatus, abrogato regno, & in Cleombrotum ejus generum tranſlato, ſupplex in Chalchiœcæ templo conſedit. Poſtea, novis ſuccedentibus Ephoris, ac Lyſandrum, alióſque fautores Agidis ad cauſſam dicendam citantibus; reges ambo magno cum amicorum ſtipatu in forum veniunt; Ephoros in ordinem redigunt: pro his cùm alios ſuarum partium ſubſtituunt; tum Ageſilaum, latiſſimè arantem hominem, ſed ære obrutum alieno. qui propterea auctor Agidi fuit, ut ante legem agrariam novas ad deliniendam plebem tabulas proponeret. Ejus cùm Agis conſilio paruiſſet, ubi ventum eſt ad agrorum partitionem; miris artibus ludificari, ac tergiverſari Ageſilaus inſtitit. Quæ res ab Agide civium alienàvit animos. Igitur conſpiratione inimicorum illius revocatur ab exilio Leonidas, ac regno reſtituitur. Agis & Cleombrotus ſupplices ad delubrum Minervæ Chalciœcæ confugiunt. Cleombrotus per Chleonidem uxorem, Leonidæ filiam, vita impetrata ſolum vertit, eóque virum, nequicquam patre retinente, Chelonis eſt ſecuta. Agis ab Ephoris comprehenſus, capitíſque damnatus laqueo vitam finiit: eodémque ſupplicio mater ejus Ageſiſtrata, & Archidamia avia ſunt extinctæ. *c* Archidamus frater fuga necem evaſit.

*a* A. 4431. P. I. ad 4715. Plut Ag. & Cleom.

*b* cap. 4.

*Agidis hiſtoria.*

*c* Plut.

A. 4431. P. I. ad 4713.

quem ab Leonida paullo pòſt revocatum, & in regni collegium aſſumptum, eo mortuo, Cleomenis metu fugiſſe denuò, ab eoque demum occiſum *a* Polybius demonſtrat. Agiatis uxor Leonidæ filio Cleomeni adhuc puero coacta nubere: quem prioris exemplo viri ad eadem perſequenda cœpta ſuapte concitatum ſponte vehementiùs accendit. Agidis iſta calamitas ſub Punici prioris belli exitum indixit, & occupatam Arato Corinthi arcem.

*a* Lib. 5. p. 383.

*Cleomenis geſta.*

Leonida aliquanto pòſt vita perfuncto Cleomenes regnavit, ſub annum, uti ſuſpicamur, ante Chriſtum 235. Urbis conditæ 519, ingentis animi, ſed fervidi ac ferocis adoleſcens, & imprimis bello ſtrenuus. qui Achæos viribus & imperio florentes, ac tota Peloponneſo Arato duce volitantes haud ſemel acie profligavit: cùm ab eorum fœdere, quod publicè hactenus coluerant, ad Ætolorum, quibus cum bellum iis erat, ſocietatem Lacedæmonij tranſiſſent.

Polyb. 2. & Plut. Arato.

Etenim Achæi, quod perpetuò concupiverant, multo id magis per hoc tempus auctore perſeverabant Arato, uti ex omnibus Peloponneſi civitatibus rempublicam unam facerent. quod metuentes Macedonum reges in illarum pleriſque tyrannos aut ipſi collocaverant; aut jam per ſeſe conſtitutos ſuo præſidio firmabant. In his quâ vi dejiciendis, quâ ſponte in commune fœdus adducendis ſedulam operam præſtitit Aratus; ad idque perficiendum multùm induſtria, conſilióque valuit. Itaque ſuperſtite adhuc Antigono Gonata Demetrij Poliorcetæ filio, præter alia oppida, Sicyonem, & Corinthum, ejecto illinc tyranno, hinc Macedonum præſidio, ad ſuorum fœdus adjunxit. Tum verò Gonata mortuo, anno tertio Olympiadis 134, Urbis conditæ 512, ac Demetrio filio, qui decem exactis annis obiit anno Urbis 522, ante Chriſtum 232, in liberandam Græciam ſtudium omne ſuum contulit. Quo tempore Atticam primùm jugo Macedonum exſolvit; Diogene, qui illi præerat, ad eam prodendam magnis præmiis illecto. Dehinc Argivos, Hermionenſes, Phliaſios, alióſque,

*Arati res geſta.*

ſponte ſe dedentibus proditionis metu tyrannis, & ad commune Achivorum applicantibus. Quorum tam ſecundis rebus Ætoli, & rex Lacedæmoniorum Cleomenes moras objecêre: illi invidia, & calliditate; aperta iſte vi, & armis; quibus Aratum, & alios Achæorum imperatores haud ſemel, ut jam diximus, vicit ac fugavit. Quod bellum ſuis ut auſpiciis, non ad aliorum nutum adminiſtraret, fecit quod jamdudum cogitabat, ut ſublatis Ephoris jus & imperium ſibi omne vindicaret; veterémque diſciplinam domi repræſentavit, anno regni decimo, Urbis Romæ 528, aut ſequenti. Exinde domeſtico metu ſolutus ac liber, in Achaïcum bellum totus incubuit. Huic ſuſtentando cùm Achæi impares ſe viderent; fatiſcente, ac languente jam Arato, magníſque à Cleomena cladibus acceptis, auctore eodem illo, ad Macedonum auxilia reſpexerunt. Macedoniæ tum regnabat Antigonus cognomento Δώσων, hoc eſt *profuturus*. quod nomen ex eo ſortitus eſt, quia ſe daturum quod petebatur identidem aiebat. Hic pro Philippo Demetrij filio regnum curabat ex anno ante Chriſtum 232, Urbis 522, ineunte Olympiade 137, nempe paullo antequàm Romani in Illyricum trajicerent, *a* ut ait Polybius. Igitur Antigoni ſocietatem Aratus cum Achæis ſuis expetit; cùm hactenus Ptolemæi amicitia uſi eſſent. quod novum fœdus magno auctoramento pacti ſunt arcis Corinthiæ, qua Macedoni ceſſerunt. & eundem mox Græci ducem nominis terra maríque renuntiarunt. *b* Venêre in communionem illius fœderis Macedones, Achæi, Epirotæ, Phocenſes, Bœoti, Arcades, Theſſali. Cleomenes irrumpenti cum ingentibus copiis Antigono cùm ad Iſthmum occuriſſet, Argivorum defectione territus ad defendendam patriam retrò pedem retulit. Ita Macedones prohibente nemine Peloponneſum adiêre anno mundi 3761, Urbis 531, quo ſecundus iniit Olympiadis 139. ac ſequente multis oppidis potiti ſunt: haud interim ceſſante Cleomene: qui Megalopolim ex improviſo cepit, evertítque funditus; quòd

A. 4431. P. I. ad 4713.

*b* Polybius p. 279.

A. 4431. P. I. ad 4713. ſocietatem inire ſecum cives patria licèt profugi renuiſſent, ita ſuadente Philopœmene, *a* qui tum triginta erat annorum. Poſtremò anno Urbis 533, ante Chriſtum 221, quo quartus incœpit Olympiadis ejuſdem, *b* commiſſo prælio ad Selaſiam Laconicæ oppidum, ab Antigono victus eſt Cleomenes; cùm hic viginti, ille triginta millia in aciem eduxiſſet, Elapſus è pugna Cleomenes ad Ptolemæum Evergetem transfretavit in Ægyptum, vacuam propagnatoribus Antigono relinquens Lacedæmonem, quam ille adiens, libertatem ei, ac priſtina omnia jura reſtituit. Poſtridie certior factus incurſari ab finitimis barbaris Macedoniæ fines, eò quàm celerrimè contendit. In tranſitu Nemeis ludis interfuit: per quos mágnis Græcorum acclamationibus, atque omni genere honoris eſt acceptus. Ut autem Macedoniam attigit, profligatis Illyriis, aliiſque barbaris, confecto jampridem tabe corpuſculo deceſſit, & Philippo reliquit imperium, qui adverſus Romanos poſtea bellavit. Anno id Urbis eveniſſe 533, mundi 3763, quo quartus numeratus eſt annus Olympiadis 139, ſuadet Nemei ludicri mentio, quod ſub finem anni tertij Olympici, ac prope Solſtitium committi ſolebat; *c* ut aliàs oſtendimus.

*a* Plut. in Philop.

*b* Polyp. 5. Plut. in Ag. & Cleom.

*c* Not. ad Iul. p. 323. & ſeq. Polyb. 8. p. 155.

Cleomenes à Ptolemæo Evergete perhonorificè, & amanter exceptus, eo pòſt paullo mortuo, in ſuſpicionem venit apud Evergeti ſucceſſorem Philopatorem. qui illum redire properantem in Græciam, de Soſibij conſilio, cujus auctoritate regnum adminiſtrabatur, cuſtodia ſepſit. è qua tandem erumpens cum paucis, ac diſtrictis gladiis, tota urbe diſcurſans, Alexandrinóſque nequicquam ad libertatem vocans, ſibiipſi manus attulit *d* tertio quàm Ægyptum adierat anno, *e* regni confecto decimo ſexto. Quippe ſtatim poſt Cleomenis necem, Cœlen Syriam ab Theodoto proditam eſſe Antiocho, teſtis eſt *f* Polybius. quod anno conditæ Urbis 535, ſecundo Olympiadis 140 contigit. Ad hunc modum affirmatur Cleomenis initium, quod ſecundo anno Olympiadis 136, Urbis 519

*d* Polyb. 4. p. 304.

*e* Plut. Ag. & Cleom.

*f* Lib. 9. p. 385.

Digitized by Google

aſcripſimus. Nam ab eo ad Urbis annum 535 pleni ſedecim intercurrunt. A 4431: P. I: ad 4713.

## *De bellis Antiochi M. & Ptolemæi Philopatoris pugna ad Raphiam, Achæi rebus geſtis.*

CAP. V.

IN Syria principum luxus & crudelitas calamitoſos habuit exitus. Antiochus Seleuci Nicanoris nepos, ab eóque tertius, uxorem habebat Laodicem Ptolemæi Philadelphi filiam, ut narrat *a* Appianus; ex eáque liberos duos Seleucum Callinicum, & Antiochum Hieracem. Cúmque reges ambo maxima inter ſe bella geſſiſſent, in eas tandem convenêre pacis conditiones, uti Berenice altera Philadelphi filia Antiocho nuberet, Laodice aut repudiata, aut concubinæ loco habita. Mortuo deinde Philadelpho, anno Urbis 507, ante Christum 247, Antiochus amore victus Laodicem revocavit, quæ viri levitatem verita, veneno ei vitam eripuit. tum Berenice, ejúſque filio adhuc infante cæſis, Seleucum filium ad regnum evehit. Hæc Berenice amita fuit illius, quam à Ptolemæo Philopatore cæſam indicat *b* Polybius.

*a* App. in fine Syr. Hieron. ad c. 11. Dan.

*b* Lib. 5. p. 182.

*c* Ptolemæus Evergetes, qui Philadelpho ſucceſſerat, in Syriam invectus, ſororis necem cæde alterius eſt ultus. Nec eo victoriæ fructu contentus magnam incurſavit Aſiæ partem; ac domeſtico tumultu revocatus, Syriam, quam fuiſſe Cœlen arbitror, per ſuos obtinuit. *d* Ciliciam verò Antiocho Hieraci permiſit. Moritur anno regni 26, mundi 3763. quo tertius deſiit Olympiadis 39. Ea verò Olympiade deceſſiſſe auctor eſt *e* Polybius, qui & morbo ait extinctum. *f* Juſtinus verò filij parricidio ſublatum aſſerit; cui propterea per ludibrium Philopatoris cognomen impoſitum eſſe ſcribit.

*c* Hieron. Polyb. 5. p. 403.

*d* Hieron.

*e* Lib. 2. p. 5.

*f* Lib. 30.

*g* Polyb. 5. p. 380. Iuſt. 30.

Igitur anno illo, quem poſui, Ptolemæus Philopator in Ægypto ſceptrum tenere cœpit. *g* qui ſtatim Magam fratrem interfecit, & Berenicem, ut narrat Polybius: *h* ac ſe totum ludis,

*h* Polyb. 5. p. 380. Plut. Ag. & Cleom. Iuſt. 30.



Digitized by Google

A. 4431 P. J. ad 4713.

comeſſationibus, luxuriæque tradidit. Quod eo licentiùs faciebat, quòd ſibi domi foríſque in longum tempus ſecuritatem partam arbitrabatur. Nam & occiſo fratre, aliiſque propinquis, terrorem ſuis objecerat; & Antigono Macedoniæ, ac Seleuco Syriæ regibus extinctis, in eorum longum pæne adhuc pueri venerant Antiochus, & Philippus, ab quibus nihil tum ſibi metuebat.

*a* App. Syr.

*a* Commodum enim mortuo Seleuco Callinico, qui viginti regnavit annis; ejúſque ſucceſſore, filio Seleuco, poſt infelicem cum Ptolemæo Evergete pugnam amicorum inſidiis extincto, Antiochus Seleuci frater, Callinici filius, Babylone accitus eſt ad regnum capeſſendum, propemodum puer, ineunte Olympiade 139, conditæ Urbis 530. qui ob res geſtas, & recuperatam imperij partem haud modicam, Magni cognomen meruit. Nam hujus exordium tumultuoſum, & exercitum fuit; præfectis provinciarum per contemptum ætatis ab eo deficientibus. *b* Primus Molo Mediæ rector, & Alexander Perſidis illius frater, jugum excutiunt. ad quod conſilium Hermiæ Caris hominis nequiſſimi, qui apud regem poterat omnia, metus illos potiſſimum impulit. Hi paucis annis, hoc eſt non integris tribus, quantùm ex Polybio conjicimus, vexato Antiocho, & ejus victo occiſóque duce Xenœta, multis expugnatis urbibus, ab ipſo tandem rege ſuperati, voluntaria morte meritas pœnas anteverterunt. eodémque anno Hermias in regis caput nefaria molitus, eo jubente per inſidias opprimitur, qui fuit annus Urbis Romæ 533, idem prorſus, quo & Cleomenem Spartæ regem ab Antigono ſuperatum eſſe capite ſuperiori retulimus.

*Antioc. M. exordium.*

*b* Polyb. lib. 5. p. 386.

*Achæus regnum uſurpat.*

*c* Polyb. lib. 4. p. 271. & 314.

*d* Polyb. p. 99.

*e* Polyb. 4. p. 315.

*c* Occiſo, uti dictum eſt, Seleuco Ceranno, Achæus ejus propinquus, vindicata ipſius nece, quidquid citra Taurum erat armis recuperavit: & Antiocho ſpreto, regnum ſibi ſumpſit. *d* quo tempore Molone debellato, contra Artabazanem Satrapam ducebat Antiochus, ipſo, quem memoravimus, anno Urbis 533, quarto Olymp. 139. *e* ac poſt annos duos ab nece junioris Seleuci fratris

Digitized by Google

Antiochi. Sed antequam in Achæum moveret Antiochus, prius Cœlen Syriam decrevit aggredi: *a* quam provinciam ex antiquo Ægypti reges obtinebant, ejúſque poſſeſſionem pluris etiam, atque Ægyptum ipſam facere conſueverant: quòd adverſus Syriæ regnum peropportunus illius ſitus eſſet. Igitur anno mundi 3765, Urbis 535, tertio ante Rhaphienſem pugnam, quod *b* Polybius indicat; *c* in Cœlem Syriam duxit Antiochus, ac priùs Seleuciam expugnavit. Secundum quæ Theodotus, Ætolus genere, Cœlæ Syriæ à Ptolemæo præfectus, partim hujus contemptu, partim quòd ejus erga ſe procerum ſuſpectam haberet voluntatem, ad Antiochum defecit, eíque provinciam illam prodidit. Ptolemæus *d* magno apparatu belli clam inſtructo, contra Antiochum pergit: *e* quem collatis ſignis ad Rhaphiam oppidum Phœniciæ ſuperavit. *f* Fuiſſe produntur in exercitu Ptolemæi millia peditum ſeptuaginta. equitum quinque, cum elephantis tribus & ſeptuaginta. Antiochus peditum numerabat ſexaginta duo, equitum ſex millia, elephantes duos ſupra centum. *g* Lævum Ptolemæi cornu ab dextro Antiochi; hujus ſiniſtrum ab illius dextro fuſum eſt: pugnam utrinque phalanges reſtituêre. in qua Antiocheni poſtremo campo ceſſerunt. Horum deſiderata ad decem ferè millia cum equitibus trecentis. E Ptolemaicis peditum mille quingenti, equites ſeptingenti. Hic ille conflictus eſt, cujus liber tertius Machabæorum apocryphus initio meminit: qui inſuper Theodoti Syriæ proditoris audax factum refert; cùm in Ptolemæi tentorium ante pugnam cum duobus irrumpens, eo fortè non reperto, alium pro illo trucidavit: *h* quod & Polybius memoriæ prodidit. Addidit Machabæorum tertius, Arſinoën Philopatoris ſororem illi pugnæ interfuiſſe; ac fortiter ex adverſo repugnantibus Antiochenis, ſuos ad prælium acuiſſe, cùm per ordines paſſis crinibus lacrymabunda diſcurreret, ac ſingulis binas auri minas polliceretur. eo factum ut ſuperiores acie fuerint Ægyptij. Eodem anno pugnatum ad Rhaphiam eſſe auctor eſt *i* Poly-

A 4431 P. I. ad 4715.
*a* Polyb. 5. p 380. C. & 428 A. Iuſt. 30.
*b* Lib. 5. p. 409. D. & 385, C.
*c* Polyb. 5. p. 402. & 405.
*d* Polyb. 5. p. 407. & 7. & ſeq.
*e* Polyb. 5. p. 422.
*f* Polyb. 5. p. 421. C.
*g* Polyb. 5. p. 426. & ſeq.
*h* Lib. 5. p. 425
*i* Lib. 5. p. 422. F.



Digitized by Google

A. 4431 P. I. ad 4713.

bius, quo Romani ad Thraſumenum in Etruria victi ſunt ab Hannibale, Olympiadis centeſimæ quadrageſimæque tertio. *a* idémque verno id tempore contigiſſe ſignificat, quo & ad Thraſumenum certavêre Romani. Quin eandem pugnam Lunæ defectio anteceſſit, *b* ut ſcribit Polybius; quæ autumno ſuperiore incidit anni Urbis 536, ante Chriſtum 218, Calendis Septembris.

*a* P. 421: C. & 431. A.

*b* Lib. 5. p. 420.

*c* Tanta præter ſpem ac meritum adepta victoria uti Philopator neſciit. qui ſi ad fortunam animum & induſtriam adjunxiſſet, ſpoliare Antiochum regno poterat. Nunc quæ amiſerat recuperare contentus, petenti pacem Antiocho dedit. tum in Syria, & Phœnicia menſes tres moratus eſt. *d* quo tempore cùm ad eum gratulatum Judæi miſiſſent, Hieroſolymam adiit; ibique celebratis ritè ſacrificiis, in ipſum Templi penetrale, ſanctius tentavit ingredi. Quod dum illis fruſtra renitentibus aggredi cupit, occulta vi abjectus in terram, diſſoluto corpore, interceptâque voce, ab ſtipatoribus ſuis metu & horrore perfuſis abducitur; atque è veſtigio furens inde, minitánſque diſceſſit. Reverſus Alexandriam quidquid Judaïci per Ægyptum nominis fuit, decuriari &, compedibus vinctum Alexandriam abripi, atque in circum includi jubet: tum eodem elephantos induci, ut eorum pedibus obterendos in conſpectu populi totius objiceret. Ad hoc ſpectaculum cùm certam ſæpe condixiſſet diem, ea quoties venit, omni ejus, quid decreverat, divinitus illi erepta memoria eſt: nec unquam deſtinata potuit exequi. Ergo in miſericordiam, & amorem deinde gentis repente mutato illius odio, dimiſit omnes; ac deinceps multo, quàm quiſquam antea regum, liberalius, & honeſtius habuit. quinetiam permiſit, ut in patriæ deſertores religionis ſui generis animadverterent, *e* Perfunctus his curis Philopator, confeſtim priſtinos ad mores rediit; ac regiæ majeſtatis, & pudoris omnis oblitus, dies & noctes in ſtupris flagitiiſque conſumpſit. Nam Eurydice occiſa ſorore, eadémque conjuge, Agathocleæ meretricis blanditiis irre-

*c* Polyb. p. 428. Iuſt. 30.

*d* 3. Mach. 1. *Ptolemæus Philopator in adytum ingredi prohibetur.*

*e* Iuſt. 30. Hieron.

titur: eíque ſe totum, adjuncto fratre illius Agathocle, & Oenanthe matre permittit. quorum ex arbitrio maxima, minimáque omnia tractabantur. A. 4431. P. U ad 4713.

a At in Aſia, quæ cis Taurum eſt, Achæus interim, dum de Cœleſyria cum Ptolemæo contendit Antiochus, regnum ſuum firmare, & quàm latiſſimè proferre ſtudebat: continua finitimis regibus, ac civitatibus inferens bella. b Cui Pergami rex Attalus haud ſegniter reſiſtebat, conductis è Thracia uſque auxiliaribus Gallis Tectoſagis. Quibus deinde militiam detrectantibus, & quòd ſuper Megiſtum Myſiæ amnem poſitis caſtris Luna defeciſſet, in religionem trahentibus, miſſionem dedit, anno tertio Olympiadis 140, Urbis 536. Nam eo anno Luna Calendis Septemb. obſcurata eſt. Eoſdem poſtea Gallos effusè omnia populantes c Pruſias Bythiniæ rex haud procul Helleſponto ad unum condidit anno Urbis 538.

a Polyb. 5. p. 415. & ſeq.

b Polyb. p. 420.

c Polyb. fine l. 5. p. 447.

d Antiochus, compoſitis cum Ptolemæo rebus, amiſſáque Cœleſyria, belli molem in Achæum vertit. Quem & Sardibus obſeſſum, Cretenſium duorum proditionem in poteſtatem redegit, ac vita per ſummos cruciatus exuit circa annum Urbis 539.

d Polyb. l. 5. p. 444. lib. 7. p. 506. & l. 8. 522.

e Per idem tempus, quo victus ad Raphiam Antiochus in Achæum parabat bellum, Rhodiorum urbs ingenti terræ motu concuſſa eſt, quo mœnium, ac navalium magna parte disjecta, ingens quoque coloſſus corruit. Quam jacturam regum ac civitatum profuſa in illos liberalitas pòſt paullo ſarcivit. Coloſſus annos complures in ſolo jacuit, f donec eum Saracenorum rex Mauvia, capta Rhodo, mercatori cuidam vendidit ſub annum Chriſti 653. Hunc 70 cubitorum altitudinis fuiſſe, & poſt quinquageſimum ſextum annum, quàm à Charete Lyſipppi diſcipulo factus eſt, terræ motu proſtratum ſcribit g Plinius; paucos pollicem ejus amplexos: majores fuiſſe digitos quàm pleraſque ſtatuas: duodecim annis effectum, talentis 300. Hanc ruinam Euſebius confert in annum ſecundum Olympiadis 139: in ſeptimum ab eo, uti dixi, Polybius.

e Polyb. lib. 5. p. 428.

f Cedre. Coloſſus Rhodeus

g Lib. 34. c. 6.

A. 4431. P. I. ad 4713.

### *De Sociali contra Ætolos bello, Philippo rege Macedoniæ duce facto; déque Philippi ejuſdem rebus geſtis.*

CAP. VI.

ANTIGONUS qui ab liberalibus promiſſis Δώσων cognominatus eſt; ab Achæis contra Cleomenem vocatus in auxilium, eo victo *a* pacem tota Græcia conſtituerat, cujus inter alias conditiones ea fuit, ut ne Ætoli cum exercitu Achaïam intrarent. Huic paullo pòſt vita functo Philippus ſucceſſit pæne puer: *b* nondum enim ſeptimumdecimum annum exceſſerat: *c* egregiæ indolis, & ad virtutes magnáſque res capeſſendas factæ ſpecimen ætate illa præferens: quam & oris dignitas, ac totius corporis ſpecies quædam regia commendabat. Sed ſubinde improborum uſu, *d* præſertim Tarentini Heraclidæ, & flagitiorum licentia, tot illa naturæ bona, ſpéſque de ſe hominum evertit. *e* Ætoli hujus ætate ſpreta, cùm jam pridem eos quietis publicæ pigeret, quòd alioqui rapto vivere, ac prædas undecumque agere conſueſſent; turbandæ pacis initium fecerunt à Meſſeniæ populatione, quæ in eorum ſocietate tunc erat. Præerant Ætolis *f* Dorymachus & Scopas; quibus cùm Aratus & Achæi fruſtrà denuntiaſſent, ut à Peloponneſiorum finibus arma ſua, & injurias abſtinerent, res ad bellum deducitur exeunte Olympiade 139, qui fuit annus ante Chriſtum 220, Urbis conditæ 534. *g* Primum inter illos prælium ad Caphyas oppidum Arcadiæ geſtum eſt, in quo Achæi ſuperati ſunt. Ætoli ex eo fiducia majore ſumpta Peloponneſo tota graſſati ſunt. Contra quos evocatus Philippus, de communi Sociorum ſententia, quorum in numerum Meſſenij recepti ſunt, bellum iis indicit, quod *Sociale* vocatum eſt, *h* ex anno primo certum Olympiadis 140, ante Chriſtum 220, V. C. 534, cùm Aratus Prætor eſſet Achæorum. Eodem anno primo *i* Olympiadis, ſed ante Chriſtum 219, vere jam adulto, hoc eſt ſub Vergiliarum or-

*a* Polyb. 4. p. 272. & 276.

*b* Polyb. id. p. 274. & 294.

*c* Polyb. l. 4. p. 332.

*d* Diod. in Excer. Val. p. 293.

*e* Polyb. 4. p. 272. & p. 285. B.

*f* De hôc vide Diod. Excer. Val. p. 278.

*g* Polyb. 4. p. 281. 293. *Bellum ſociale.*

*h* Polyb. 4. p. 295. D. & 298.

*i* Polyb. 4. p. 305. *Magni motus ubique Olymp. 140. ineunte.*

Digitized by Google

tum, quo tempore Achæorum Prætores magiſtratum inibant, Arato juniore Arati F. in patris locum ſubrogato, oppugnare Ætolos aggreſſus eſt Philippus: dum eodem tempore Hannibal ad obſidionem Saguntinorum ſeſe comparat: Romani contra Demetrium Pharium Illyriorum principem, Æmilio Conſule imperatore bellum movent. qui ſubinde victus ad Philippum ſe recepit. tum Lycurgus rex Lacedæmonis ſtatim poſt obitum Cleomenis creatus, facto cum Ætolis fœdere Achæos infeſtat. Rhodij adjuncto Pruſia Bithyniæ rege, contra Byzantios certant; quod Gallis tributa coacti perſolvere, portoria quædam negotiatoribus imponerent: Sinopenſes adverſus Mithridatem Ponti regem imminentem civitati ſuæ Rhodiorum ſe præſidio defendunt. Tot illa bellorum initia anno eodem primo Olympiadis 140 contigiſſe *a* Polybius obſervat; eorúmque cauſſam eò rejicit, quòd tunc orbis ferè totius cogniti regna, & imperia novi principes adirent.

A. 4431. P. ad 4713.

*a* Lib. 2. fine, & 4. p. 271.

Bellum Sociale Philippus ad annum tertium adminiſtravit, *b* Arato uſus plurimum, quem cùm procerum ſuorum calumniis permotus à ſe nonnihil alienaſſet, mox ut, quantus vir eſſet, re ipſa cognovit, majore habuit in pretio. *c* Sed eundem denique rurſus in invidiam adductum veneno interficiendum curavit circa annum Urbis 541, quartum Olympiadis 141, *d* paullo poſt naves ab Romanis incenſas Philippi; ac *e* circa Syracuſarum obſidionem à Marcello cœptam Urbis anno 542. Quare ſexageſimo ſecundo ineunte anno ætatis Aratus obiit, qui quintus fuit ab Socialis fine belli. *f* Hoc enim anno Urbis 537, tertio deſinente Olympiadis 140, finitum eſt, pace cum Ætolis facta: cùm audita clade Romanorum ad Traſumenum lacum Philippus in Italiam navigare cuperet, ac cum Pœnis in partem venire victoriæ. *g* Claſſe igitur Illyricum verſus invectus, Romanorum metu ſubitò repreſſus ab incœpto deſtitit. Poſt anno Urbis 539 cum *h* Hannibale fœdus iniit. Ex quo in apertum cum Romanis bellum erupit anno V. C. 540,

*b* Polyb. l. 4. p. 338. & ſeq. Plut. Ara.

*c* Polyb. 8. p. 519. Plut.

*d* Plut. in Arato.

*e* Polyb. 8. p. 519.

*Arati mors.*

*f* Polyb. l. 4. p. 297. & l. 4. p. 442.

*g* Polyb. id. p. 446.

*h* Id l. 7. Liv. 1. 23.



Digitized by Google

A. 4431 P. I. ad 4713.

a Liv. l. 24.

b Liv. 26.

c Polyb. l. 11. p. 629. Liv. Dec. 4. lib. 4. & 5.

d Polyb. l. 13. p. 674. & Diod. in Exer. Val p. 285.

quo Illyrici ora tentata, *a* à M. Valerio Lævino perterrefactus, ſubductis, aut incenſis navibus, terrâ Macedoniam petiit. Lævinus cum Ætolis ſocietatem contra Philippum facit *b* Urbis anno 542. Cum his & Attalo rege Romani Macedonas opugnant, eorúmque ſocios: quorum primarij erant Achæi, *c* Horum princeps Philopœmen ætate illa inſignis extitit. à quo Lacedæmonium tyrannus Machanidas ad Mantinæam oppreſſus eſt, circa annum Urbis 548. *d* quem Nabis longè iſto crudelior excepit. Cùm autem neglectæ ab Romanis in Græcia res forent: quòd domeſtico cum Pœnis bello eſſent occupati; tandem Epirotis intervenientibus, pax inter ipſos & Philippum, amborúmque ſocios, convenit anno Urbis 549.

Polyb. l. 15. Hier. in cap. 11. Dan. Iuſt. lib. 30.

*e* Pacatis in Europa rebus, ad Ægyptum occupandam Philippus intendit animum. Commodum è vivis exceſſerat Ptolemæus Philopator anno ante Chriſtum 204. Urbis 550, relicto quadrimo filio Ptolemæo Epiphane. Itaque cum Antiocho Philippus de invadendo illius regno conſilium iniit. Sed Alexandrini, Agathocle tutore, ejúſque ſorore Agathoclea ſublatis, legatos miſêre Romam, qui tutelam iis permitterent. Antiochus interim Cœleſyriam, & Phœnicem recuperat. Ac tum Onias ſacerdos cum Judæis plurimis in Ægyptum profugit: ubi ſub Philometore, Heliopoli poſtea templum extruxit.

## *De præſtantibus ingenio viris, qui ab Olympiade 125 ad 145, ſive ab anno Urbis condita 474 ad 554 extiterunt.*

CAP. VII. *Chryſippus.*

CHRYSIPPUS Stoicus Cleanthis diſcipulus hoc tempore celebris fuit. Eum mortuum eſſe ſcribit Diogenes Olympiade 143. natum annos 73. Ita ſub initium Olympiadis 125 in lucem prodiit. Strabo Lampſacenus Peripateticæ ſcholæ poſt Theophraſtum præfuit annis 18. Diogene teſte. Quare cùm docere orſus ſit

*Strabo.*

Digitized by Google

Olympiade 123. ſub finem obiit Olympiadis 127. ut idem *a* Diogenes indicat. Lyco Stratonem excepit, *b* & annis 40 ſcholam duxit, vixit autem annos 74. Lacydes Cyrenæus novæ auctor Academiæ, docere cœpit *c* anno quarto Olympiadis 134 ac 26 annis ludum tenuit.

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* Laërt. in Lycone.
*b* Diog. Laërt.
*c* Diog.

*Eratoſthenes.*

Eratoſthenes varia vir eruditione præditus, ac Beta cognominatus, quòd in unoquoque genere ſcientiæ ſecundas teneret, natus eſt Olympiade 126, & annos natus 80 inedia vitam finit, ait Suidas.

*d* Suidas.
*Callimachus.*

*d* Inter Poëtas celebratus eſt in Græcia Callimachus Cyrenæus, Ptolemæo Philadelpho regnante.

*Aratus.*
*e* Arati vita.

*e* Tum Aratus, qui ſub Antigono Gonata floruit.

*Livius poeta.*
*Nævius.*

Romæ verò Livius Poëta anno V. C. 514 primùm fabulam docuit. Nævius Olympiade 144 deceſſit: ut in Euſebij Chronico ponit Hieronymus.

*Plautus.*

Sequenti verò Olympiade Plautus obiit, Urbis anno 554, auctore eodem.

*Ennius.*

Q. Ennius natus anno V. C. 515, ſæculum idem nobilitavit.

## *Romanorum res geſta contra Philippum Macedonum regem, Antiochum Syriæ, & Perſeum Macedonum itidem reges.*

CAP. VIII.
*f* Livius l. 31. Flor. 2. c. 7. Plut. in Flami. Iuſt. 30. Eut. 4.

Bello *f* ſecundo Punico confecto, Macedonicum ſucceſſit cum Philippo rege, quod decem fermè annis antè cœptum (ait Livius) triennio priùs depoſitum erat. Nimirum ante annos ferè tredecim, Urbis 540, à Lævino Prætore vexari Philippus cœperat. anno verò V. C. 549. in concordiam redierunt. Pace Carthaginenſibus data, bellum de integro cum Macedone ſumptum, quod anno Urbis 554 indictum eſt. Ad id Romanos perpulêre cùm veteres injuriæ Philippi; tum recens ſociorum infeſtatio; præſertim Athenienſium, qui ab rege pervaſtati, ad Romanos confugerant.

*Macedonicum. I. bellum.*

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4715.
a Polyb. l. 16. p. 715. Plutarc. in Flaminio.

a Initium belli gerendi ab oppugnatio neſcit Abydenorum Philippus; quos in eam deſperationem conjecit, ut Saguntinorum exemplo univerſi in mortem ruerent. Tandem quarto anno, poſt quam inſtauratum fuerat, Urbis 557, à T. Quinctio Flaminio finitum eſt, victo ad Cynoſcephalas in Theſſalia Philippo. b Cæſa refert Polybius, ex eoque Plutarchus, Macedonum octo millia, capta quinque. Pretium victoriæ libertas Græciæ fuit, quam per ſolemne c Iſthmiorum ludicrum præconis voce pronuntiatam tantus cum applauſu clamor excepit, ut ſupra ſtadium volantes corvi in terram deciderint. Florus id per Nemea factum aſſeverat ludis quinquennalibus: errore non levi. Nam nec quinquennalis agon Nemeorum fuit, & Iſthmiis hoc eveniſſe Polybius, & Plutarchus aſſerunt. d Nemeis porro ſolis Argivis pronuntiata libertas eſt.

b Polyb. l. 17. p. 762.
c Polyb. Ecl. 9. Plut. in Fl.
Flori error.
d Liv. l. 34.

e Titi frater Lucius eodem tempore fractos Acarnanas in deditionem accepit.

e Liv. l. 34.

f Exinde Nabidi Lacedæmoniorum tyranno bellum movit T. Quinctius; ſed Argis liberatis pacem eidem dedit. Ita Græcis urbibus Sparta ſola in ſervitute relicta; quam anno V. C. 562 Philopœmen, Nabide ab Ætolis occiſo, ad Achæorum ſocietatem adjunxit.

f Liv. 35 Polyb. Ecl. 22. Plut. in Philop.
Antiochicum bellum.

Paucis poſt Macedonicum annis, bellum cum Antiocho rege geſtum eſt. g qui recuperata Syria, ac Ptolemæi Epiphanis duce Scopa devicto, Romanis jam formidoloſus eſſe cœperat. Contra quos illum præcipuè incitavit Hannibal, h qui eoſdem metuens hoſtes, ad eum confugerat anno Urbis conditæ 559. Ætolorum quoque legati, qui à Romana ſocietate alienati jam erant, haud parvum momentum attulêre. i His impulſus Antiochus, compoſita cum Ptolemæo pace, qui Cleopatram filiam in matrimonium dedit, ac dotis nomine Cœlen Syriam, & Judæam conceſſit; Romanis intulit bellum: quod anno Urbis conditæ 562 ſuſceptum, triennium omninò tenuit. Siquidem anno Urbis 564 L. Cornelius Scipio Conſul cum P. Cornelio Africano fratre legato profectus

g Polyb. l. 16.
h Liv. lib. 33. fine Cor. Nep. in Hann.
i Liv. 34. & ſeq. Flor. 2. c. 8. Appian Syr. Iuſt 31. Eutro. 4. Oroſ 4. c. 20.

Digitized by Google

in Aſiam, hujus potiſſimum conſilio ſuperavit Antiochum. Ad quinquaginta millia peditum cæſa uno prælio *a* Livius refert; equitum quatuor millia. Antiocho data pax cum aliis conditionibus, tum illa, uti regionibus omnibus, quæ erant cis Taurum montem, cederet.

A. 4431 P. I. ad 4713.

*a* Liv. l. 37.

*b* Victo Antiocho mox Ætoli perdomiti ſunt à Fulvio Conſule anno Urbis conditæ 565. eodémque Gallogræci à Cn. Manlio altero Conſule ſubacti.

*b* Liv. lib. 38. Flor. 2. c. 9. *Scipionis, Hannibalis, & Philopœm. mors.*

Olympiade 149 tres eximij imperatores obierunt, P. Scipio, Hannibal, & Philopœmen. Publius à Petilliis *c* Tribunis dicta die de capta ab Antiocho ob dandam pacem pecunia, Literrum in Campaniam ſeceſſit. Lucius frater ejus peculatus damnatus eſt. *d* At Publius anno illo Juliano mortuus eſt, qui Urbis 570 cœpit, quo Coſſ. fuêre P. Claudius, L. Porcius, ante M. Catonis Cenſuram, quam iiſdem Coſſ. geſſit. Hannibal anno, vel biennio pòſt; *e* nam variant Scriptores; apud Pruſiam Bithyniæ regem à Romanorum legatis quæſitus ad necem, veneno vitam finiit. *f* Anno Urbis 571 Philopœmen Achæorum dux à Meſſeniis captus, & interfectus eſt, cùm quidem Lacedæmonios ab Achæorum ſocietate deſciſcentes, muris legibuſque nudatos ſuis jugum pati coëgiſſet.

*c* Liv. ib.

*d* Liv. ſub fin. lib. 39.

*e* Liv. ib. Corn. Nep. in Hann.

*f* Liv. ib. Plut.

*g* Hujus necem Lycortas Achæorum Prætor ultus eſt, ac Meſſenios, Lacedæmonióſque in concilium Achæorum reſtituit. Nam utique, ſed hi præſertim, ægrè obtemperabant, Romanorum freti potentia, qui Achæorum ſocietatem coaleſcere inviti patiebantur.

*g* Polyb. Exerc. Legat. 52. & 53.

Interim Philippus à Romanis repreſſus magis ſuperiori certamine, quàm victus, in apparatum novi belli totus incubuit. *h* Qui cùm filios haberet duos, Perſeum natu majorem, ac Demetrium, & hunc Romanis, apud quos obſes aliquot annos vixerat, longè gratiſſimum, orta inter ambos ſimultate, Demetrium & Romanorum amicitia, & fratris calumniis ſuſpectum, morte affecit, Olympiade ineunte 150, Urbis conditæ anno 574.

*h* Liv. lib. 40. Polyb. Ecl. 50.

*i* Sequente igitur anno, qui 150 Olympiadis

*i* Liv. l. 45.

Digitized by Google

A. 4413. P. I. ad 4713. *Perſeus ultimus rex Maced.* ſecundus putatur, mundi 3805, V. C. 575. Macedonum poſtremus rex iniit Perſeus, à Carano, qui primus inibi regnavit, undequadrageſimus, Hic paterni in Romanos heres odij, atque conſilij, bellum in eos geſſit. quod quarto anno tam illius, quàm totius Macedonici imperij clade, ac ſervitute finitum eſt, anno primo Olympiadis 153, Urbis conditæ 586. *a* Romanorum imperator eo prælio fuit Conſul Aimilius Paulus, quo Macedonum cæſa ſunt in acie ad viginti millia, capta undecim. Romanorum non plus centum cecidêre. Inſignis ea victoria, regníque Macedonici occaſus fuit lunari defectione, quæ pridie ejus diei, quo certatum eſt, accidit ea nocte, quæ inter 4, & 5 Romani Septembris interceſſit. quæ in Juliano Calendario inter Junij 21 & 22 media fuit. Ea non alterum in annum congruere poteſt, quàm qui *b* ante Chriſtianam æram 168 fuit, mundi 3816. Hoc igitur ipſo Macedonum imperium à Romanis extinctum eſt, undecimo Perſei regis anno. Nam totidem ei Livius aſſignat. uno minus Euſebius; quem & anteà ſecuti ſumus. nunc Livium anteponimus.

*a* Livius l. 44. Vell. 1. Plut. in Aimilio Iuſt. l. 33. Flor 2. c. 12. Eutr. l. 4.

*b* Per. Iul. 4646.

*c* Belli Macedonici, ac victoriæ Romanis acceſſio fuit Illyriorum rex Gentius: qui à Perſeo per fraudem inductus in periculi ſocietatem, L. Anicio Prætori Illyrici triumphi materiam dedit. quem eodem anno deportavit, quo de Perſeo & Macedonibus Aimilius; utroque rege victoris ſui antecedente currum, anno Urbis 587. Macedonia & Illyricum in provinciæ ceſſêre formam.

*c* Ibidem.

## *De Iudaïcis rebus, & calamitatibus, quas ſub Antiocho Epiphane paſſi ſunt, ac de Epiphanis expeditionibus in Ægyptum, & de Templo Hieroſolymitano ab eo rege polluto.*

CAP. IX.

DUm Europa, & Aſia, Romanis armis quatitur, Judæam quoque externi pariter, ac domeſtici turbines infeſtam habuerunt. *d* An-

*d* Strabo l. 16. Iuſt. l. 32. Vide 10. l. de Doct. Temp. c. 45.

Digitized by Google

tiochus magnus apud Elymæos in Suſiana, cùm Beli Jovis templum deprædari vellet, à barbaris occiſus eſt, ut refert Strabo, anno ſecundo Olympiadis 148. Græcorum 126. Succeſſit illis Seleucus Philopator ejus filius; quo regnante Pontificatum tenebat Onias ejus nominis tertius, vir ſanctus; *a* qui Heliodorum unum è Seleuci purpuratis ad ærarium templi diripiendum Hieroſolymam miſſum, & ab Angelis flagellatum, ac ſeminecem liberavit precibus ſuis.

A. 4413. P. I. ad 4731.

*a* 2. Mach. c 3.

*Heliodorus flagellatus.*

*b* Seleuco annis regni duodecim perfuncto, & Heliodori inſidiis interfecto, ut ſcribit Appianus, ſuffectus eſt Antiochus Epiphanes *c* anno Græcorum 137, qui eſt annus primus Olympiadis 151, Urbis Romæ 578, ante Chriſtum 176, ut *d* ex annorum Græcorum certa ratione colligitur.

*b* App. in Syr.

*c* 1. Mach. 10. 11.

*d* Vide l. 3 cap. 1. Par. 2. Excer. Diod. Valeſ. p. 306.

Ab illo rege ſacra omnia profanáque Hieroſolymis, ac per totam Judæam peſſundata & proculcatáque ſunt. Primus in ſacerdotium gentis illius graſſatus eſt furor. Erat Pontifex tum Onias, ut jam dixi, vir laudatiſſimus. *e* Hujus Pontificatum ab Antiocho ſub ipſum regni, ut apparet, initium, grandi pecunia mercatus eſt Jaſon illius frater, homo perditus, ac nefarius, qui gentile ritus Hieroſolymam invexit. Onias Antiochiam ſeceſſit.

*e* Lib. 1. Mac. cap. 4.

Per idem tempus Ptolemæus Philometor Ptolemæi Philopatoris, & Cleopatræ Antiochi ſororis filius, Alexandriæ regnabat. Cujus exordium incidit in annum ante Chriſtum 181, V. C. 573, quartum Olymp. 150.

*f* Erat huic frater Ptolemæus Evergetes, ſoror Cleopatra, ætate omnes infirma. Ob id per tutores Eulaium ſpadonem nutricium, & Lenæum, res adminiſtrabantur. Qui Cœlen Syriam, quam Antiochus à patre recuperatam obtinebat, auſi repoſcere, illum in ſe concitarunt, Ægypto aliàs imminentem, cujus regni procurationem tutorio ſibi jure, propinquitatis nomine vendicabat. Nam & Apollonium ducem ejus rei gratia miſit in Ægyptum, & à regni primatibus, ut *g* ait Scriptura, voto ſuo fruſtratus eſt. Tum verò Hieroſolymam adiens,

*f* Hier. in Dan. 11. Luc 42.

*Antiochi bellum cum Philometore.*

*g* 2. Mach. 4. 21.

A. 4431. P. I. ad 4713.

ab Jaſore ſummo cum honore eſt exceptus: indéque claſſis exædificandæ cauſſa in Phœnicen abiit. quod anno Græcorum 139 eveniſſe videtur, Urbis 580. Dum igitur magno utrimque apparatu bellum reges ambo moliuntur, *a* legatos misêre Romam, per quos ſeſe invicem accuſabant. nec ſegniter interim Antiochus, cunctantibus Ægyptiis, *b* in Ægyptum tetendit. Ibi Peluſium inter, & montem Caſium, pugna committitur; *c* qua Ægyptij ſuperati; & occidione deleri poterant, niſi Antiochus ipſe inter ſuorum ordines adequitans, parcere cædi juſſiſſet, ac vivos tantùm capere. qua humanitate plus quàm armis profecit. Nam ſtatim Peluſio, ac tota deinceps Ægypto potitus eſt.

*d* Philometor, clade hac accepta contemptus à ſuis, & ab minore fratre Evergete pulſus Alexandria, ab Antiocho eſt exceptus. qui per honeſtam ſpeciem illius reducendi in regnum, Alexandrinis intulit bellum: à quibus Evergetes, qui & Phyſcon dictus eſt, renuntiatus rex erat. *e* Excerpta Græca Georgij Monachi, quæ Euſebio Scaliger inſcribit, Ptolemæum Philometorem aiunt ſolum regnaſſe annos undecim; dehinc ab Antiocho victum, regnóque pulſum. Verùm *f* Livius, cui potiùs accredimus, non ab Antiocho ejectum, ſed à fratre minore, Philometorem refert: Antiochum verò, quod jam dixi, per ſpeciem reducendi majoris, bellum cum minore fratre feciſſe; & ad Peluſium navali prælio victorem, Alexandriam obſediſſe. Ideo Ptolemæum & Cleopatram, legatos ad Senatum miſiſſe. quo commoti Patres, ex templo C. Popilium cum duobus aliis, Alexandriam ad conciliandos inter ſe reges ire juſſerunt. *g* Antiochus ergo fruſtra tentatis mœnibus Alexandriæ, relicto Memphi Philometore, & Ægypto cætera ei tradita, validum Peluſij præſidium reliquit; indéque abiit in Syriam, & Hieroſolymam venit. Ibi templum diripuit, cædem fecit, [illegible]entémque luctum Judæis attulit. Hoc anno Græcorum 143 incidiſſe *h* Scriptura teſtatur his verbis: *Et convertit Antiochus, poſtquam percuſſit Ægyptum in centeſimo & qua-*

*a* Polyb. in Legat. 71. & 72.
*b* Hieron. in Dan.
*c* Diod. in Exerc. Valeſ. p. 310.
*d* Liv. 44.
*e* Euſeb. Chr. priore. p. 54.
*f* Liv. 44.
*g* Liv. 4[illegible]
*h* Mac. lib. 1 cap. 1. 12.

Digitized by Google

*dragesimo tertio anno, & aſcendit ad Iſraël.* Qui Græcorum annus incurrit in Urbis conditæ quingenteſimum octogeſimum quartum, Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ ſecundæ, tertium, *a* & Conſules habuit A. Hoſtilium Mancinum, & A. Attilium Serranum. Sequens verò annus Urbis 585 Coſſ. notatur Q. Marcio Philippo II, & Cn. Servilio Cæpione, qui Græcorum annus erat 144. Ut manifeſtus ſit eorum error, qui pugnam illam Antiochi cum Ægyptiis Caſium inter & Peluſium Philippo II, & Cæpioni Coſſ. adſcribant, contra Scripturæ fidem. Porro initium belli hujus, quod ab Cœleſyriam commotum eſt ab Ægyptiis, capit annus Urbis 582, C. Popilio, & P. Ælio Coſſ. ut *b* Livius indicat; qui ſequenti anno, Coſſ. P. Licinio. Craſſo, & C. Caſſio, jam impulſum hoc fuiſſe bellum demonſtrat. A. 4186. P. I. ad 4430. *a* Faſti Capit. *b* Lib. 42.

*c* Paullo antequam Ægyptum peteret Antiochus, hoc eſt poſt triennium ab incepto Pontificatu, adeóque anno Græcorum 142, Jaſon Pontifex Menelaum ad Antiochum miſit cum pecuniis. at is trecentorum amplius, quàm Jaſon pendebat, talentorum pactione ſummum ab rege ſacerdotium mercatus eſt. Sed cùm fidem non exſolveret, à ſacerdotio remotus eſt, ſucceſſore, ſeu vicario potiùs dato ei fratre Lyſimacho. Nam Græca Menelaum reliquiſſe ſacerdotij ſucceſſorem fratrem Lyſimachum ferunt. *d* Latina verò amotum à ſacerdotio Menelaum. Nec invito ipſo id eſſe factum inſequens hiſtoria demonſtrat. Nam ſubinde Antiochiam veniens Oniam ſanctiſſimum, ac legitimum Pontificem, qui ſe apud Daphnem aſylo concluſerat; per fraudem extractum Andronici opera necavit. Cujus morti Antiochus illacrymans Andronicum capitis damnavit. Menelaus deinde Hieroſolymam rediens, Lyſimachum ad ſacrum ærarium expilandum impulit. Sed in ipſo ſcelere oppreſſus Lyſimachus; Menelaus apud regem poſtulatus, gratia & corruptela ſuperior fuit, occiſis accuſatoribus. *c* Mac. 4. 23. *Pontifices Ineſtorum impij.* *d* Ibid. verſ. 9. *Onias ſanctus occiditur.*

De duobus iſtis fratribus haud vana quæſtio eſt, fuerintne ex Aaronis ſtirpe, penes quam ſolam ſacerdotij jus eſſet, an ex aliena tribu,

A. 4431 P. I. ad 4713.
*a* 2 Mac. 4, 23.
*b* Mac. 3. 4.
Joſeph. l. 11. c. 8. Vide 10. de Doct. Temp. c. 50.

maximè Benjaminica: quod Menelaum Simonis fratrem *a* Scriptura nominat; Simonem porrò de tribû Benjamin eadem fuiſſe *b* teſtis eſt. Joſephus ambos Jaſonis & Oniæ fratres, & ſacerdotalis originis facit. quod & nos ampleẍimur. fratris autem vocabulum ad affinitatem aliquam poteſt referri.

*c* Luc. 45.

*c* Interim Philometor Antiochi veritus inſidias, cum fratre, & ſorore pacem confirmat. qua illorum concordia offenſus Antiochus bellum adverſus ambos comparat anno Græcorum 144. Ptolemæi legatos Romam impetrandi auxilij gratia mittunt. Profecti Roma tres menſe Martio, ut ex *d* Livio colligas (qui tum in Decembrem circiter noſtrum cadebat; quod Lunæ illa defectio demonſtrat, quæ ante Macedonicum prælium accidit Septembri menſe, qui tum Junium occupabat, ut cap. 8. meminimus) nonniſi poſt Romanorum victoriam de Perſeo rege Alexandriam pervenerunt: hoc eſt poſt æſtatem anni ante Chriſtum 168, Urbis 586, Græcorum 145. Ibi verò incumbentem in obſidionem urbis Antiochum, & navali ad Cyprum parta victoria tumidum ſola auctoritate repreſſerunt.

*d* Lib. 45.

*e* Polyb. Ecl. 92. Liv. 45. Valer. Max. l. 6. c. 4. Iuſt. liv. 35. Vell. 1.
*Popilius legatus Antiochum deterret.*

*e* Nam Popilius unus legatorum dextram porrigenti, tabellam Senatuſconſultum continentem viciſſim tradidit: quo perlecto cùm ſe conſideraturum adhibitis amicis quid ſibi faciendum eſſet, Antiochus dixiſſet, eum legatus virga, quam tenebat, circumſcripſit, ac priuſquam circulo hoc exederet, reſponſum dare juſſit, quod Senatui referret. Qua libertate territus rex, in Senatus ſe poteſtate reſpondit fore. Sic legati unius voce & auctoritate, terreſtres, & maritimæ Antiochi copiæ, ab Ægypto depulſæ ſunt.

*f* 1 Mac. 5.
*g* 1. Mac. 1.

Hac ſpe alienæ ditionis occupandæ falſus Antiochus, ac furore amens, Hieroſolymam venit, audito præſertim Jaſonem, *f* falſo de morte ſua rumore ſparſo, contra Menelaum arma moviſſe, atque urbem cepiſſe. Ob id Judæis iratus, *g* promiſcua cæde, atque incendio vaſtatis Hieroſolymis, templum polluit; ac cum idolis, & abominandis ſacris omnia replevit

Digitized by Google

poſt duos annos ab adventu priore, die quintadecim a Caſleu, qui in Novembrem incidit. Ad hæc cives pleroſque ad ejurandam patriam religionem diris ſuppliciis compulit. Reverſus Antiochiam, Eleazarum, a ac ſeptem fratres cum eorum matre, quòd contra divinum interdictum ſuilla veſci renuerent, excarnificatos neci tradidit.

A. 4431 P. I. ad 4713. *Templi profanatio.* 1. Mac. 1. 30. & 57. Ioſe. l. 12. c. 1. a 2. Mac. cap. 6. & 7.

## *De Iudæorum rebus à Templi profanatione ad Simonis mortem: ubi de Iuda Machabæo, & Syriæ regibus.*

CAP X.

ANTIOCHO in Judaïci nominis, & ſacrorum perniciem impiè graſſante, b Mathathias de ſtirpe Joarid ſacerdos, occiſo regio ſatellite, qui ad profanos ritus populum adigebat, ex Modin oppido profugit, & collecta Judæorum manu, regis minas contempſit. Moriens anno Græcorum 146, Urbis conditæ 587, filios quos habebat quinque fortiſſimos viros ad tuendam libertatem animavit. Horum principes erant Judas cognomento Machabæus, Jonathas, & Simon: qui ſingillatim populo præfuerunt.

b 1. Mac. 2. Vide lib. 10. de Doct. Tem. 50.

*Iudas Machabæus.*

c Primus Judas Machabæus, ſecundis aliquot præliis factis cum Antiochi ducibus, eo in Perſidem profecto, templum repurgavit, ac divinum cultum reſtituit, qui annis tribus intermiſſus erat. Id accidit anno Græcorum 148, Caſleu 25, qui in Novembrem incurrit.

c 1. Mac. 3. & 4.

d Interim Antiochus, dum in Dianæ templo, quod in Elymaïde erat, expilando, paterni ſacrilegij imitatur exemplum, concurſu oppidanorum ejectus, in Babylonem abiit. Sed in itinere, audita Judæorum defectione, mœrore amens & iracundia, gravem in morbum incidit; horrendíſque viſcerum doloribus, ac vermibus conſumpto corpore, fruſtra ſceleris veniam à Deo poſtulans, miſerandam mortem obiit e anno Græcorum 149, Urbis conditæ 590, cùm regnaſſet annos ſolidos undecim.

d 1. Mac. 6. & l. 3. cap. 9. *Mors Antiochi.*

e Ibid. verſ. 16.

Digitized by Google

A. 4431 P. I. ad 4713 *Antiochus Eupator.*

Succeſſit ei filius Antiochus Eupator curante Lyſia. Qui ad opem ſuis ferendam, qui in arce obſidebantur à Juda, Hieroſolymam adduxit exercitum, & eam oppugnavit anno currente Sabbatico, *a* Græcorum 150, ante Chriſtum 163. Denique pace cum Judæis conſtituta, intra urbem admiſſus, contra fidem muris everſis, Antiochiam profectus eſt: cùm jam ad Pontificatum conſenſu populi Judas eſſet evectus.

*a* 1. Mach. 6. verſ. 20. & 53. Vide Par. 2. l. 3. c. 7.

*b* Quippe trienniо ipſum in eo magiſtratu fuiſſe Joſephus, & Euſebius referunt. Hac ratione anno circiter Græcorum 149, quo Antiochus obiit, ex duce populi ſummus eſt factus ſacerdos.

*b* Ioſeph. l. 12 c. 17.

*Demetrius Soter.*

*c* Bіennio poſt, Græcorum 151, Demetrius Soter, Seleuci, qui frater fuit Epiphanis Antiochi, filius, olim obſes à patre pro Antiocho Romanis datus, cùm ab iis, Epiphanæ mortuo, dimitti ſe fruſtrà poſtulaſſet, clam ex Urbe profugit in Syriam, & Antiocho Eupatore, ac Lyſia juſſu ejus occiſis, regnare cœpit annos natus tres & viginti, ut ſcribit *d* Polybius, & Appianus. Ad hunc *e* Alcimus è ſacerdotali ſtirpe veniens, homo perditus, ſacerdotium obtinuit. Sed Judas ei acerrimè reſtitit: *f* qui & fuſo regis exercitu, ejus ducem occidit Nicanorem anno Græcorum 151 exeunte, menſis Adar die 13, qui incidit in annum ante Chriſtum 161. *g* Sub hæc miſſis Romam legatis, fœdus cum Romanis, ac ſocietatem iniit. Demum anno Græcorum 152, cùm Demetrius Bacchidem, & Alcimum cum 20000 peditum, & 2000 equitum contra Judæos miſiſſet; *h* Judas à ſuis deſertus, octingentíſque non amplius ſtipatus, prælium auſus eſt committere. quod cùm tota die ſuſtinuiſſet, glorioſam mortem oppetiit, vir pietate, ac fortitudine bellica nemini ſecundus. *i* Succeſſit ei Jonathas frater, qui octodecim annis circiter præfuit. Alcimus verò dum templi opera demolitur, inflicto divinitus morbo periit, anno Græcorum 153.

*c* 1. Mac. c. 7. Polyb. Ecl. l. 114.

*d* Polyb. Ecl. 107. Appian. Syr.

*e* Lib. 1. Mac. c. 7.

*f* 1. Mac. c. 7. verſ. 49. & 2. Mac. 14.

*g* 1. Mac. 8.

*Judæ mors.*

*h* 1. Mac. 9.

*i* Lib. 10. Doct. Temp. c. 50.

Demetrius porro, ut Romanos ſibi conciliaret, Leptinen, & Iſocratem Grammaticum,

Digitized by Google

A 4431: P. I. ad 4733.

quorum ille Cn. Octavium legatum ad Antiochum Eupatorem Roma profectum occiderat anno Græcorum 150, iſte factum probaverat, vinctos miſit anno Græcorum 152, ut ex Appiano, & *a* Polybio colligitur. Ariarathen Cappadociæ regem mille talentûm pactione ab Holopherne fratre illius adductus regno expulit. quo Romam profecto *b* Senatus decrevit, ut ambo fratres ſimul regnarent. Porro tribus in ſe concitatis regibus, Ptolemæo Ægypti, Attalo Aſiæ, & quem nominavi, Ariarathe Cappadociæ, ab iiſdem ſubornato Prompalo quodam ſortis extremæ juvene, qui ſe Antiocho genitum ferret, regno detruditur. *c* Nam ille Alexandrum ſe nominans cognomento Balam, anno Græcorum 160 contra Demetrium arma commovit, eíque poſt biennium regnum ac vitam eripuit, conciliato ſibi Jonatha Judæorum Pontifice. Mox Cleopatram Ptolemæi Philometoris filiam duxit, natam exitio Syriæ, ac Seleucidarum fœminam. Ita præter ſpem ac meritum ad ſummam evectus potentiam, dum vitam in regia luxu & inertia perditam degit, *d* Demetrius Nicator Demetrij Soteris filius, è Creta veniens illum aggreditur anno Græcorum 165. Ptolemæus quoque Philometor in Syriam navigans, & à genero magnificè exceptus inſigni perfidia regnum illi abſtulit cum Cleopatra filia: quam Demetrio collocavit. Inde cum Alexandro acie congreſſus eum fugere compulit in Arabiam; ubi *e* capite truncato, veteris & ipſe in Demetrium Soterem injuriæ pœnas luit, anno Græcorum 167, Urbis Romæ 608. Triduo pòſt obiit Philometor ex vulnere, relicto ſucceſſore fratre Evergeta Phyſcone: quo cum ſimultatem habuerat. *f* Etenim cùm ambo Alexandriæ vixiſſent annis ſex, à 12 Philometoris ad 17, poſtea diviſo regno, Philometoris anno 18, Græcorum 150, Evergetæ Libye, & Cyrenaïca obtigit. qua ille minimè contentus, Romæ apud Senatum querelas ſuas expoſuit. qui Cyprum illi decrevit dari, ut auctor eſt Polybius, & Euſeb. in Chron. Mortuo Philometore accitus Cyrenis *g* Ever-

*a* Polyb: Ecl. 120. & ſeq.

*b* Polyb. Ecl. 125. App. Syr.

*c* 1. Mac. c. 10. Iuſt. 35. Joſe.

*Ionathas Pont.*

*d* 1. Mac. 10. 64, & c. 11. *Demetrius Nicator.*

*Ptolemæi reges.*

*e* Ib. verſ. 19 Epit. Liv. 52.

*f* Excerpta Euſ. 62. p. 54. Polyb. Eclo. 113. 117.

*g* Iuſt. 38.

A. 4431 P.I. ad 4713.

getes Alexandriæ regnavit, vultu deformis, & ſagina ventris belluæ ſimilior, quàm homini, qui ipſo die nuptiarum, quas cum ſorore, ac fratris olim conjuge Cleopatra junxerat, parvulum utriuſque filium in ipſo complexu matris peremit. Nec minori crudelitate deinceps regnum tenuit: adeò ut exacerbatis civibus in Cyprum fugere ſit coactus cum uxoris, ejuſdémque ſororis ex Philometore filia, quam, repudiata matre, prius ſtupratam conjugio ſibi ſociarat. Ibi audito ſtatuas ſuas ab Alexandrinis eſſe disjectas, filium, quem ex Cleopatra ſuſceperat, membratim diſſectum ad eam miſit in ciſta.

a 1. Mac. 1. Ioſe. lib. 13. cap. 9.

*a* Demetrius interim ab Antiochenſibus ſeditione vexatus, præſidio Judæorum militum eos compeſcuit. Sed cùm omnibus inviſus eſſet, Diodotus, cognomento Trypon, qui Alexandri Baleæ ſatelles fuerat, Antiochum ejus filium, qui apud Emalchuëlem, ſive Malchum regem Arabum educabatur, regem conſtituit, ac Jonatam ſibi demereri ſtuduit anno Græcorum 168: quo & ſocietatem cum Romanis, & Spartanis Jonathas inſtauravit. Inſequente anno *b* Trypon tyrannidem affectans, ne qua per Jonatham mora ſuis conſiliis eſſet, exceptum illum inſidiis occidit. Cujus loco Simon ejus frater, populi dux, & Pontifex factus eſt. Qui cum Demetrio inito fœdere, immunitatem ab eo nactus eſt, *c* anno Græcorum 170, Urbis 611, quo ex tempore Simonis Pontificatus anni, putari cœpti ſunt. Idem & Gazam expugnavit & Hieroſoymitanam arcem; quam & muniit, & deinceps habitavit,

*Triphon.*
*b* 1. Mac. cap. 12.
*Simon Pont.*
*c* 1. Mac. 13. 41. Vide l. 10. de Doct. Temp. cap. 53.

Demetrius, ut adverſus Tryphonem auxilia compararet, in Mediam profectus eſt, ut ait Scriptura. *d* Juſtinus verò ad Parthos oppugnandos illò veniſſe teſtatur. à quibus captus, & benignè eſt habitus: adeò ut Rhodogunen filiam rex Phraates illi in matrimonium daret.

*d* Iuſt. l. 36. & 38. App. Syr.

Capto Demetrio Tryphon Antiochum pupillum interfecit, ac diadema ſumpſit, quod ad tertium circiter annum tenuit, *e* auctore Joſepho, licet Appianus uno regnaſſe dicat. Unde conjectura eſt, quod in 1. Mach. cap. 14. Demetrij

*Demetrius captus à Parthis.*
*e* Ioſeph. lib. 12, cap. 13.

Digitized by Google

trij expeditio poſt Antiochi Alexandri F. necem exponitur, in eo non temporis, ſed narrationis ordinem obſervaſſe Scriptorem. A. 4431. P. I. ad 4713.

Dum hæc aguntur, *a* Antiochus Sidetes Demetrij Soteris filius, Nicatoris frater, in Syriam venit, atque à Cleopatra uxore fratris accitus, eam duxit, ac Tryphonem occidit anno Græcorum 174. *b* Simoni poſtea per Cendebæum ducem bellum intulit, qui à Joanne Simonis filio ſupratus eſt. *a* Iuſt. 36. Ioſeph. 10. *b* 1. Mac. 16.

Proſperas Judæorum res Ptolemæi (Simonis gener is fuit) perfidia conturbavit. Qui convivio exceptum ſocerum cum duobus filiis interfecit. Joannes verò cognomento Hyrcanus evaſit, ejuſdem Simonis filius; qui annis deinde 31. Judæis præfuit. *c* Ea clades incidit in finem anni Græcorum 177, menſe undecimo Schebat: qui annus Sabbaticus fuit, inchoatus anno mundi 3848, Urbis 618 ab autumno, *d* uti Seleucidæ putare conſueverant. Judæi verò ab menſe Niſan, à quo Schebat undecimus numeratur. Et hactenus ſacra hiſtoria progreditur. *Simon Pont. occiſus.* *c* 1 Mac. 16. 14. Ioſeph. l. 13. c. 15. Euſeb. 8. de Præp. *d* Vide 2. Par. lib. 3. c. 13.

Antiochus Sidetes anno quarto regni ſui (ait *e* Ioſephus) Hyrcani primo, Hieroſolymam arctiſſima obſidione vallavit, anno ſcilicet Græcorum 178, ante Chriſtum 135. ac per feſtum Scenopegiæ ſeptem dierum conceſſis induciis, Hyrcanum adeo permovit, ut æquis conditionibus ab eo pacem impetraverit. *e* Ioſeph. l. 13. c. 16.

## *Romanorum res geſtæ, belláque varia, Achaïcum, Punicum 3, Macedonicum 3, Numantinum, Servile.*

CAPUT XI.

Macedonibus poſt Antiochum Magnum altero bello domitis, eorúmque regno in formam provinciæ redacto, ſervire deinceps Romanis neminem puduit. Horum igitur obſequio certatim ſeſe populi ac reges addixerunt, ab iiſque pacis inter ſe, ac belli arbitria ſumpſerunt. *f* Ex regibus duo præ cæteris illorum gratiam allicere conati ſunt, Eumenes Aſiæ, & Pruſias Bithyniæ, qui *g* Venator cogno- *f* Polyb. Ecl. 93. Liv. l. 45. Epit. *g* App. Mith.



Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. minatus eſt: quorum ille occulti in Perſeum favoris ſuſpectus, purgandi ſui gratia Attalum fratrem Romam miſit, Senatui, quòd nutante fratre manſiſſet in fide, gratiſſimum. qui ne regnum ſibi privatim peteret, à Stratio medico deterritus eſt, quem eo conſilio comitem illi dederat Eumenes. Id anno Urbis factum eſſe Livius oſtendit 587.

a Polyb. Ecl. 97. Liv. 45. App. in Mith.

a Pruſias, qui cum Perſeo affinitate junctus neutras partes foverat, cum Nicomede filio Romam profectus, ſervilem in modum Patribus adulatus eſt, adeo ut ſoſpitatores Deos ſalutando illos appellaret, ſéque eorum libertum nominaret. Idem Nicomedem filium diſcedens Romæ alendum reliquit anno Urbis eodem.

b Polyb. Ecl. 128. 135. & 136. App. Mith. Epit. Liv. 50.

Eumene verò Pergami rege mortuo circa annum Urbis 596. (regnavit enim annos ſolidos 40.) cùm filium imbecilla adhuc ætate reliquiſſet Eumenem, pro eo tutor regnum procuravit Attalus illius frater annos 21. b quo cum anno ſequente Pruſias bellum geſſit: quod anno Urbis conditæ 601 Romanorum juſſu pacatum eſt.

c Liv. 44. Polyb. Ecl. 80. & 99.

Liberorum populorum Rhodij iram maximè Romanorum veriti, & verò commeriti fuerant. c Nam & Perſeo ſtuduerant, & ſuperbè pacem illis non tam ſuadere, quàm imperare auſi, minas etiam adjecerant, eos ſe pro hoſtibus habituros, per quas ne pax fieret, ſtetiſſet. Itaque victo Perſeo, parum abfuit quin contra eos bellum decerneretur. Quod cùm infimis precibus avertiſſent, Lycia & Caria iis adempta.

At non ſimplici rerum ſuarum damno, ſed civitatum exitio, populi duo Romanorum expiarunt odia, Achæi, & Carthaginenſes. Priores, multis in unum reipublicæ corpus partim allectis, partim vi coactis urbibus, Græciæ totius erant potentiſſimi. Iidem invitos Lacedæmonios mœnibus, ac priſtinis ademptis legibus, in eandem ſocietatem compulerant, ut jam ſuprà meminimus.

*Achaicum bellum.*

Quorum querela permotus Senatus, cùm haud ſemel Achæorum conatibus in-

Digitized by Google

terceſſiſſet, ac, ne nimiæ forent eorum opes, diſtrahere ſtuderet, ſinguláſque urbes juris proprii facere, *a* tandem Urbis conditæ anno 606, mundi 3836 legatos miſit in Græciam: qui non ſolùm Lacedæmonem, ſed etiam Corinthum, Argos, Heracleam, & Orchomenios Arcadas ab ſuo corpore juberent divellere. Hæc illis edicentibus, Critolao potiſſimum inſtigante, tanta repente orta ſeditio eſt, ut peregrinos omnes, maximè Lacedæmonios trucidarent; ac ne legatis quidem ipſis peperciſſent, niſi fuga eorum antevertiſſent impetum. Quibus de cauſſis bellum iis denuntiatum anno Urbis 607. ac primùm à Prætore Metello duobus præliis ad Thermopylas, & in Phocide ſuperati; quorum altero dux erat Critolaus, altero Diæus; demum eodem anno, qui fuit Urbis 608, à L. Mummio Conſule omnis Achaia in deditionem accepta, Corinthus ipſa caput gentis incenſa eſt. Tum de legatorum decem ſententia, ſublato Græciæ concilio, ac tributi forma deſcripta, conſtitutum eſt, ut quotannis Prætor juris dicundi cauſſa mitteretur. *b* quo ex tempore Græcia omnis Achaiæ nomen accepit, ut teſtis eſt Pauſanias.

A. 4431. P. I. ad 4713.

*a* Polyb. Ecl. 142. Pauſ. Ach. Iuſt. 34. Oroſ. 5. c. 3. Flor. l. 2. c. 16. Velle. 1. Epit. Liv. 51.

*Corinthus everſa.*

*b* Vide Plin. l. 8. Ep. ult. & Notas noſtras ad Ep. 35. Iul.

Flagrante Corintho, ex auro, argento atque ære liquefactis, invicémque confuſis, genus illud æris pretioſiſſimi caſus invenit, quod Corinthium dixêre; mirè apud antiquos laudatum. *c* Clades urbis nobiliſſimæ, Plinio id diſertè teſtificante, contigit anno tertio Olympiadis 158, Vrbis 608, ante Chriſtum 146.

*Æs Corinthium.*

*c* Plin. l. 33. c. 2.

*d* Idem etiam annus tertio in Africa Punico bello cum occaſu Carthaginis exitum dedit. Huic bello ex Maſaniſſa rege quæſitus color, quem Pœni fines ſuos invadentem armis propulſaverant: cauſſáque ad Romanos delata, eorum judicio agro inſuper ac pecunia multati fuerant. Sed Carthaginem funditus delere quacumque ſpecie Romani decreverant, inſtante præſertim Marco Catone Cenſorio: qui hoc in Senatu ſententiis ſuis omnibus ſolebat adjicere. Igitur anno Urbis 605, à duobus Coſſ. Manilio, & Cenſorino oppugnari cœpti ſunt Carthaginen-

*d* Flor. l. 2. c. 45. Epit. Livii 52. App. Libyca Eutr. 4. Oroſ. 4. c. 23.

*Bellum Punicum 3. & Carthago exciſa.*



Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

ſes, cùm fruſtra idem, quod Uticenſes fecerant, Romanis ſeſe dedidiſſent. Juſſi ex templo, Urbe ſua diruta, decem ab mari paſſuum millibus ſedes ponere, in rabiem, deſperationémque verſi, ſupra vires reſtiterunt. donec anno quarto, eodem, ut dixi, quo Corinthus exciſa eſt, à P. Cornelio Scipione Proconſule, qui Paulo Æmilio genitus, à Scipionis Africani filio adoptatus erat, capta, & incenſa Carthago eſt, penitúſque ſubverſa. Sub initium belli Maſaniſſa rex Numidarum per annos ſexaginta ferè (verba ſunt *a* Eutropii) amicus populi Romani, anno vitæ ſuæ 97 mortuus eſt, 44 filiis relictis. cujus rogatu Scipio miſſus à Manilio Conſule extremum morientis ſpiritum excepit, ac regnum in ejus filios diviſit

*a* Eutrop. 4.

*b* Per idem tempus in Hiſpania Luſitani fœda clade Romanos afficiunt, Viriatho duce: qui ex venatore latro, ex latrone ſubitò dux, atque Imperator, Romanorum exercitus non ſemel cecidit. Memorabilis inter cæteras clades illa fuit, qua anno V. C. 608 Vetilium Prætorem, fuſis ejus copiis, captum trucidavit, ut ſcribit Appianus. Oroſius de anno teſtatur: ſed evaſiſſe fugientem Vetilium refert. Nec ſolus ille à Viriatho victus eſt: ſed alii præterea, de quibus *c* Annales meminerunt. Contra quem primùm C. Lælius *d* Prætor anno 609 egregiè pugnavit. Pòſt Q. Fabius Maximus Æmilianus Proconſul reſtituta militari diſciplina eundem devicit. Tum Q. Fabius Maximus Servilianus Conſul, alterius frater, fuſum fugatúmque in Luſitaniam compulit anno 612. Sequente verò cùm à Viriatho circumventus opprimi poſſet, pacem præoptanti æquis conditionibus dedit. Sed ea neglecta Q. Servilius Cæpio anno 614, repente Viriathum adortus, corruptis ejus legatis, dolo illum interemit, majore populi Romani dedecore, quàm operæ pretio.

*b* Velleius init. 2. Florus l. 2. c. 17. App. Iber. Oroſ. l. 5. c. 4. Epit. Liv. 52.

*Bellum Viriathicum.*

*c* Vide Sigon Faſ.

*d* Cic. in Læl.

*Numantinum bellum.*

Nam atrocius multo coortum eſt in Celtiberia bellum. *e* Quippe Segidenſes ſocios ſuos è Romanorum manibus elapſos Numantini cùm recepiſſent, à Metello Proconſ. juſſi ſupplices dedere, arma ipſi deponere, utrumque

*e* App. Iber. Epit. 55. & ſeq. Flor. 2. c. 18.

Digitized by Google

detrectarunt. Exinde numero licèt, opibúſque tanto impares, annos aliquot Romanis fortiter repugnarunt. *a* Cæſus ab iis anno Urbis 616 M. Popilii Procoſ. exercitus. nec non ſequente, triginta Romanorum millia duce Mancino Conſule fuſa ſunt à Numantinorum millibus quatuor. quam ignominiam turpior conſecuta pax eſt. Eam verò Senatus ratam habere noluit. Itaque anno Urbis conditæ 618 Mancinus Numantinis deditus eſt ea lege, quam ſuaſit ipſe. Sed eum Numantini non acceperunt. *b* Tandem duce Scipione, qui Carthaginem exciderat, victi ac fugati ſunt Numantini, & intra urbem ſuam obſeſſi, extrema deſperatione mori coacti ſunt. Ita nullo ſuperſtite (nam ſibi omnes necem conſcivêre) ſolo æquata Numantia eſt nono anno poſtquam ab Romanis defecerat; qui idem decimus quartus *c* ab Eutropio numeratur ab everſa Carthagine, Urbis verò conditæ 621. Sic eſt *d* Florus interpretandus, qui Numantiam ait ſine muro, ſine turribus, modicè edito in tumulo apud flumen Durium ſitam, quatuor millibus Celtiberorum 40 millium exercitum per annos 14 ſolam ſuſtinuiſſe. quod de ſola Numantia intelligi non poteſt: ſed ita, ut Viriathi cum Romanis bellum unà comprehendantur.

A. 4431. P. L. ad 4713.

*a* Epit. 55. Front. l. 3. App. Eutr. 4. Plin. de Vir. ill.

*b* Epit. 59. Appian. &c.

*Numantia everſa.*

*c* Eutr. 4.

*d* Florus l. 2. c. 18.

Nondum Achæi, Carthaginenſéſque, Romanis Imperatoribus ceſſerant, cùm *e* Macedonia tertiò ab illis domita eſt; quam Andriſcus quidam infimæ ſortis homo pro Philippo Perſei filio ſe gerens occupaverat anno Urbis 605. Qui anno 606 à Q. Cæcilio Metello Prætore devictus eſt, occiſis ex ejus copiis viginti quinque millibus. Inde Metello Macedonici cognomen inditum.

*e* Flor. l. 2. c. 14. Eut. 4. Epit. 49.

*Macedonicum bellum 3.*

Dum in Hiſpania, Celtiberico, & Numantino bello Romani detinentur; ſervilis in Sicilia tumultus exortus eſt anno, *f* ut putat Oroſius, Urbis 619. nempe Ser. Fulvio Flacco, & Calpurnio Piſone Coſſ. *g* Syrus quidam nomine Eunus, fanatico furore ſimulato, dum Syriæ Deæ ceremonias jactat, ad libertatem, & arma, ſervos, quaſi numinum imperio concitavit, ut ait Flo-

*Servile bellum.*

*f* Oroſ. l. 6. c. 6.



Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. Flor. l. 3. c. 19. Ep. 59. Valer. Max. l. 2.

rus. Hinc magnis collectis copiis, aduſque ſeptuaginta millia; ac Romanis Prætoribus victis quatuor; anno denique quarto, Urbis 622, à P. Rupilio Conſule profligatus eſt.

## *Qui ingenii laude celebres habiti ab Olympiade 145 ad 162, ſive ab anno Vrbis 564 ad 622.*

CAP. XII.

CÆCILIUS Comicus Inſuber Gallus, & Ennii contubernalis, clarus habitus eſt Olympiade 150, Vrbis 574, ut Hieronymus ſcribit in Chronico.

Ennius annos ſeptuaginta natus obiit Coſſ. Cæpione, & Philippo iterum, Urbis 585, auctore Cicerone libro de Senectute.

*Terentius.*

Decem pòſt annis, hoc eſt Urbis 595, fato functum eſſe Terentium Comicum, ejus vita teſtatur.

Celebrati ſunt & Pacuvius, & Accius; quorum ille ab Hieronymo floruiſſe dicitur circa annum Vrbis 600. hic 614.

*Carneades.*

Ex Philoſophis, tres imprimis ætatem illam exornarunt, Diogenes Stoicus, Carneades Academicus, & Critolaus Peripateticus. qui legati Romam Athenis miſſi ſunt, uti multam remitti civitati peterent quingentorum talentûm, quam fecerat, propter *a* Oropi vaſtationem, Sicyoniis damnantibus, quibus illius cauſſæ judicium à Senatu permiſſum fuerat, Legationis iſtius tempus mira auctorum diſſenſione traditur. Gellius lib. 17 ſub bellum Punicum alterum illos adveniſſe refert; ac poſteriorem eorum adventu facit Ennium. quod ego falſum arbitror. ſiquidem obiit Ennius anno, ut dictum eſt, Urbis Romæ 585. At Cicero Academ. 2. legationem iſtam aſſignat P. Scipioni, & M. Marcello Coſſ. qui eſt annus 599. Verùm Pauſanias in Achaicis ſub annum Urbis *b* 603 illos adveniſſe ſignificat. Nam Menalcida præfecturam Achæorum gerente, paullo poſt illam legationem, Oropum ab Athenienſibus direptam eſſe ſcribit: ac non longè poſtea, Metellum

*a* Pauſan. Acha. p. 216. Cicero. 2. Acad. Gell. l. 7. c. 14. & l. 17. c. ult.

*b* Eodem anno Caſaub. id eveniſſe putat in Synopſi ad Polyb.

contra Andriſcum exercitum duxiſſe. A. 4431. P. I. ad 4711.

Eodem intervallo Aſtronomiæ princeps extitit Hipparchus, cujus obſervatio prima Æquinoctij autumnalis congruit anno mundi 3822, Urbis 592, ut *a* auctor eſt Ptolemæus. verni autem æquinoctij ultima cadit in annum Mundi 3856, Urbis 626. Quocirca Lunares Eclipſes, quas ex Hipparcho Ptolemæus refert in fine quarti; quarum prima incurrit in annum Mundi 3783, Urbis 553, non videntur Hipparchi ipſius oculis notatæ, ſed ab aliis acceptæ. Nam intervallum ab hac eclipſi, ad ultimum æquinoctium ab Hipparcho deprehenſum, annorum eſt 74. *Hipparchus.*

*a* Ptol. 2. Vide l. 4. de Doct. Temp. c. 26.

Vixit & Attalus eadem ætate non ignobilis Grammaticus, nec aſtronomiæ rudis, *b* qui Aratum commentariis illuſtravit.

*b* Hippar. l. 1. ad Arati Phæn.

## *Seleucidarum, & Ægyptiorum regum bella, nec non Iudæorum, ab anno M. 3854, qui fuit Vrbis 624, ad Mundi 3865, Vrbis 665.*

ANTIOCHUS Sidetes anno regni ſui nono, & ultimo, (totidem enim regnavit, ut teſtis eſt Euſebius in Chron.) contra Parthos exercitum duxit, per ſpeciem recuperandi fratris Demetrij, ut indicat *c* Appianus. Juſtinus verò longè cauſſam aliam refert. Profectus eſt unà cum Judæorum auxiliis Joannes Hyrcanus. Phraates Parthorum rex Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præſidio mittit: & Antiochum interim ex improviſo aggreditur, qui deſertus à ſuis occiditur, ait Juſtinus. Appianus ſua manu interemptum aſſerit. Plerique verò Antiochum illum eſſe ſentiunt, cujus mentio fit in *d* epiſtola Judæorum Hieroſolymitanorum ad Ægyptios. ubi occiſus dicitur Antiochus in Templo Naneæ, cùm ejus pecunias diripere vellet. Fieri poteſt, ut amiſſa victoria cum reliquis exercitus ſui in illam prædam involare cupiens, & incluſus, ſibi necem intulerit. Contigit hoc, ut ex illius initio, ac regni ſpatio colligitur, anno Græcorum CAP. XIIII.

*c* App. Syr. Iuſt.

*d* Lib. 2. Mach. c. 2.



Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. *Hyrcanus Pontifex.* 183, mundi 3854, circa hiemen, ut Juſtinus oſtendit.

*a* Ioſeph. l. 13. c. 17. *a* Hyrcanus paullo antè dimiſſus, ut apparet, ab Antiocho, ejus audita nece, oppida quædam expugnat, ínque his Garizim Samaritanorum, ubi templum eorum conditum ante annos ducentos Alxandri tempore, ſubvertit.

Demetrius ſecundò regno Syriæ potitus, quatuor id annis tenuit; donec inviſus omnibus, & ab Alexandro Zebina victus, quem Ptolemæus regem Syris poſtulantibus miſerat, ab uxore Cleopatra interfectus eſt, indignè ferente, quòd Rhodogunem duxiſſet, ut auctor eſt *b* Appianus. *b* App. Syr. Iuſt. 39. Vide l. 10. de Doct. Temp. c. 45. Juſtinus cum Tyrum peteret, navi egredientem præfecti juſſu interfectum aſſerit. quod anno mundi 3859 accidit.

Demetrio ex Cleopatra filij nati ſunt duo, Seleucus & Antiochus Grypus. Antiocho Sideræ ex eâdem Antiochus Cyzicenus. Seleucus, quòd injuſſu matris diadema ſumpſiſſet, ab ea ſagittâ confoſſus eſt, ait *c* Appianus. *c* App. Syr. Iuſt. 39. Grypus Ptolemæi filiam Gryphinam, Tryphænam alij vocant, duxit; Alexandrum occidit; matrem venenum ſibi propinantem bibere ipſam coëgit anno regni quarto. Siquidem duodecim regnavit annis, ut in Chronico ſcribit Euſebius. Juſtinus verò poſt matris necem octo ipſum annis pacificè imperaſſe narrat. & videlicet alios 17 adjecit, quibus cum fratre perpetuis certavit odiis, ut *d* Joſephus indicat, qui 29 annis illum regnâſſe ſcribit. *d* Ioſeph. l. 13. c. 21.

Ptolemæus porro Grypi ſocer Evergetes fuit; cujus ſcelera, vitámque perditam antea perſtrinximus. atque is *e* reconciliata ſibi, quod valdè mirum ſit, ſorore Cleopatra, quo tempore contra Alexandrum Zebinam Antiocho Grypho favebat; moriens ſub annum mundi 3867, Urbis conditæ 637, *f* ut Ægyptiorum regum ſeries oſtendit; regnum Cleopatræ conjugi reliquit, ſororis & olim conjugis Cleopatræ filiæ; & ei ex liberis, quem illa legiſſet. Erant ij duo, Ptolemæus Lathurus, & Ptolemæus Alexander: ac præter hos tertius ex pellice nátus Ptolemæus Appio, cui pater Cyrenarum regnum teſta-

*e* Iuſt. 39.

*f* Vide l. 10. de Doct. Temp. c. 46.

*Ptolemæus rex Cyrenarum.*

Digitized by Google

mento conceſſit, auctore *a* Juſtino, qui ſub annum V. C. 657 vita excedens Pop. Rom. fecit heredem. A. 4431. P. I. ad 4713. *a* Iuſt. 39. Epiſt. 70. Iul. Obſe.

Pronior in minorem filium Alexandrum erat Cleopatra; ſed à populo majorem eligere coacta Lathurum, priuſquam ei regnum daret, cariſſimam ei conjugem ac ſororem Cleopatram ademit; pro qua minorem Seleucen ducere juſſit. Cleopatra Antiocho Cyziceno nupſit, quæ, Antiochia à Grypo capta, juſſu ſororis ſuæ Gryphinæ Grypi uxoris occiditur in templo. Nec multo pòſt Cyzicenus Gryphina viciſſim interfecta conjugi parentavit. Cleopatræ nex anno Grypi tertiodecimo videtur eveniſſe, Urbis 642, poſt octo nimirum illos pacificos, quos ex Juſtino ſuprà memoravi. Gryphinæ verò, inſequenti anno.

*b* In Ægypto Ptolemæum Lathurum, cùm annos regnaſſet 17, Cleopatra mater expulit, próque eo Alexandrum regem conſtituit anno Urbis 654, Olympiade ineunte 170, ut ex Chronico Euſebii, & Ægyptiorum regum ſerie colligitur. Pulſus iſte Cyprum obtinuit, & cum Alexandro Judæorum rege bellavit. Sed eum Cleopatra implacabili odio perſecuta, Judæa fugavit, ac tandem ab Alexandro filio necata eſt, anno Vrbis 664. Ideo ab Alexandrinis hic ejectus, poſtquam annos regnavit decem, & ipſe Vrbis anno 665 à Chærea navarcho trudicatur. Tum verò revocatus Lathurus octo deinceps exegit annos. Hic eſt ille Ptolemæus octavus à Lagi filio, quem Pauſanias Philometorem appellat, per ludibrium ita dictum aſſerens, quòd mater ipſum pluſquàm novercalibus odiis exagitarit, quæ res Annalium ſcriptoribus quibuſdam impoſuit, qui Pauſaniæ narrationem iſtam ad ſextum Ptolemæum Philometorem falsò tranſtulerunt. *b* Iuſt. 39. Euſeb. Chron. Pauſan. Attic. p. 7.

*c* Judæorum interea res ſub Hyrcano primùm Pontifice floruerunt; cùm Seleucidarum potentia parricidialibus odiis, ac mutuis cædibus conſumpta paulatim exoleſceret. Hyrcanus itaque longè latéque ditionis ſuæ fines protulit. Idumæos imprimis bello ſubactos Judaïcos ritus *c* Ioſeph. l. 13. c. 17. *Hyrcanus.*

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* Ioſeph. 13. c. 17.
*b* Ioſe. ib.
*Primus Iudæorum rex poſt Machabæorum tempora.*

cum circumciſione coëgit accipere, teſte *a* Joſepho. neque tamen diademate, aut regio nomine eſt uſus. *b* quod primus ejus filius Ariſtobulus inſtituit; qui annis uno & triginta Pontificatu functo patri ſucceſſit, homo execrandus, & impius. Nam & matrem, & Antigonum minimum fratrem ſuſtulit; reliquos tres in vinculis habuit, anno Urbis 651. Ejus uxor Salome, ſive Saalina, Alexandrum unum ex tribus viri fratribus, regni ac conjugii ſui compotem fecit. Qui fratrum alterum rebus incumbentem novis occidit: alterum privata vita, otióque contentum retinuit. Inviſus idem Judæis, & eorum odiis ac factionibus exagitatus; quos viciſſim crudeliter eſt ultus. Nam non minùs illorum quinquaginta millia ſex annis interfecit. *c* Crebra ſuper hæc bella cum Ptolemæo Lathuro, & Demetrio Eucæro, aliiſque geſſit. ac per ſummam fortunæ viciſſitudinem amplificatum nihilominus imperium, ad annos ſeptem ac viginti perduxit, ut ſcribit Joſephus.

*c* Ioſeph. l. 1. de Bac. c. 3. & 4.

## *Romana res ab anno Vrbis conditæ 621 ad 662: imprimis Gracchorum ſeditiones: Marii cum Cimbris, & Teutonibus bella. nec non Iugurthinum.*

CAP. XIV.

UT Romanas res, quæ in illud tempus incidunt, attingam: Attalus Eumenis filius, Attalo patruo, qui poſt Eumenis obitum regnum pro tutore curaverat, vita functo, quinque regnavit annis, ac moriens ſub annum V. C. 621, *d* ut ex Strabone colligitur, Pop. Rom. inſtituit heredem. quod ægrè ferens Ariſtonicus Eumenis ex pellice filius, invadit Aſiam, & Craſſi Prætoris exercitum delet. Pòſt à Conſule Perperna profligatus eſt anno 624 cujus belli reliquias M. Aquilius Conſul ſequente anno confecit. qui annus, Scipionis Africani, ac Numantini morte funeſtus extitit: qui non ſine veneni ab uxore dati ſuſpicione in lecto mortuus eſt repertus, ut ſcribit Velleius,

*d* Strabo li. 13. Velle. l. 2. Flor. l. 2. c. 20. Eutr. 4. Oroſ. 5. c. 10.

Digitized by Google

*Aſia facta Romanorum*, ait *a* Juſtinus, *cum opibus ſuis vitia quoque Romam tranſmiſit*

Quo Attalus anno populum Rom. fecit heredem, Romæ atrox eſt orta ſeditio. *b* Nam Tib. Gracchus Trib. Pl. lege lata agraria, ne quis amplius quingenta poſſideret agri jugera, cùm intercedenti collegæ Octavio magiſtratum abrogaſſet, ac præterea Attali regis pecuniam in populum dividi vellet; nec non Tribunatum in ſequentem ambiret annum; commotis ea re Patribus, P. Corn. Naſica auctore, in Capitolio, quô ſe receperat, interfectus eſt.

Poſt Tiberij mortem, *c* Caius ejus frater eandem ſectam perſequens, ab Opimio Conſule anno V. C. 633 eſt oppreſſus, cum eóque Fuluius Flaccus Conſularis. Mox Opimius ſæviſſimam quæſtionem exercuit, in qua tria millia hominum occiſa ſunt, ut refert *d* Auguſtinus.

In Galliis cum Tranſalpinis populis primùm dimicavêre Romani anno V. C. 629. *e* Initium à Salyis & Allobrogibus eſt factum, quos Fulvius Flaccus idem, qui poſt annos, ut dixi, quatuor cum C. Graccho interemptus eſt, bello perdomuit. Anno verò 633 Allobrogicum bellum confecit Fabius Coſ. qui Bituitum Arvernorum regem acie vicit, cæſis ad Iſaram ex ejus exercitu 120 M. Rex ipſe Romam veniens ad ſatisfaciendum Senatui, Albæ in cuſtodiam datus eſt. Tum & Narbonenſis Gallia provincia facta, ac Narbonem deducta colonia eſt anno, ut docet *f* Velleius, V. C. 636.

Continuum ferè deinceps cum Gallis certamen habuêre Romani, à quibus multas, maximáſque clades acceperunt. Cimbri, Teutonéſque præ cæteris terrori fuerunt, qui intercluſa Gallia, & Hiſpania, cùm Italiam petiſſent, nec ab Senatu agrum impetraſſent, M. Silanum Conſulem fuderunt anno, ut ex *g* Aſconio liquet, Urbis 645. Sequente itidem anno Conſul alter Scaurus à Cimbris vincitur, auctore Tacito. à Tigurinis Heluetiis *i* L. Caſſius Coſ. anno 647 in Allobrogum finibus. quod ex Cæſare conſtat. Sed memorabilior cæteris Q. Cæpionis calamitas fuit, ejus qui Conſul To-

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* Iuſt. fine l. 36.
*Gracchana ſeditio.*
*b* Livij Ep. 58. Velle. 2. Flo. L. 3. c. 13. App. 1. Civil. Plut. in Grac.
*c* Idem Flor. 3. c. 15.
*d* Aug. 3 Civ. c. 24.
*e* Epit. 61. Flor. 3. c. 2. Eutr. 4.
*Allobrogicum bellum.*
*Narbo colonia.*
*f* Velle. 1.
*g* Aſcon. in Corn.
*h* Tac. de mor. Ger.
*i* Cæſ. 1. comm. Epit. Liv. 65. Flor. 3. c. 3. lett. 32.

A. 4431. P. I. ad 4715.

loſa direpta in Tectoſagis 110 M. auri pondo, argenti pondo quinquies decies centena millia abſtulit, ut ſcribit Juſtinus. quod anno V. C. 648. factum eſt. *a* Inſequente verò, Proconſul cum C. Manilio Coſ. internecione Romani exercitus ſacrilegium luit. Cæſa conſtat eo certamine fuiſſe Romanorum, & ſociorum millia 80, calonum lixarúmque ſexaginta. Cæpioni Romæ imperium abrogatum eſt.

*a* Epit. 63. Oroſ. l. 5. c. 19.

*b* Demum à Mario IV. Conſule Teutoni & Ambrones penè omnes trucidati, interfectis millibus ducentis, captis ſeptuaginta M. Urbis anno 652. Idem Conſul anno 653 cum Catulo Procoſ. Cimbros per Noricum irrumpentes cecîdit, *c* interemptis millibus 120, captis 60 M.

*b* Plut. Mar. Epit. 68. Oroſ. 5. c. 16. Flor. loco cit. Eutr. 5. *Marii victoria de Cimbris.*
*c* Plut Mar.

*d* Tot victoriis partam Jugurthino bello gloriam cumulavit Marius. Etenim anno Urbis 643, ut ex Salluſtio colligitur, bellum cum Jugurtha rege Numidiæ ſumptum eſt; quòd Hiempſalem, & Adherbalem Micipſæ filios, Maſaniſſæ nepotes, ac patrueles ſuos, regno ac vita ſpoliarat. Sed cùm auro potiùs, quàm armis, Romanos aliquot expugnaſſet annis, à Metello primùm Coſ. antiquæ ſeveritatis Imperatore fractus: poſtremò à Mario Conſule anno V. C. 647, ac ſequenti anno Proconſule debellatus, proditione Bocchi Mauritaniæ regis, ad quem confugerat, in victoris poteſtatem venit. cujus cohoneſtato triumpho, in carcere necatus eſt.

*d* Saluſt. de bello Iugurth. Plut. Mar. & Sulla. Epit. 62. Eutrop. 4. Oroſ. 5. c. 15. *Iugurthinum bellum.*

Proſperum foris Romani curſum imperij crebræ deinceps: ac fœdiſſimæ domi tempeſtates interpellarunt. quarum ab Tribunis nata ſunt initia. *e* Saturninus agraria lege lata, ut quem agrum C. Marius pulſis è Gallia Cimbris peperiſſet, populo divideretur, Metellum Numidicum reſiſtentem ſibi mulctavit exilio, ac tandem à C. Mario ſextùm Conſule, anno ab Romæ conditu 654, peremptus eſt. Metellus ſequenti anno ab exilio revocatus.

*e* Epit. 69. App. 1. Civ. Plut. in Mario Oroſ. 5. c. 17.

*f* Poſt hunc Livius Druſus Tribunus Pleb. ſed Patribus favens, cùm Senatui priſtinum recuperare ſplendorem, ad eóſque judicia transferre vellet, quæ C. Gracchus cum equitibus communicarat, leges eaſdem agrarias tulit, ac ſpem

*f* Epit. Liv. 71. Flor. 3. c. 27. App. 1. Civ. Oroſ. l. 5. c. 18.

Digitized by Google

ſociis fecit civitatis obtinendæ. quod cùm præſtare non poſſet, in omnium incurrit odium, & clam gladio confoſſus eſt anno Urbis 663.

A. 4431. P. I. ad 4713.

## *Seleucidarum in Syria poſtrema res, & eorum occaſus: tum Ptolemæorum in Ægypto.*

CAP. XV.

SELEUCIDARUM in Oriente regnum luxu regum, & diſcordia paullatim concidit. Antiochus Grypus inſidiis Heracleonis occiditur anno ætatis 45, regni 29, ait *a* Joſephus, qui regno ejus imputat illud omne tempus, quo aliis regnantibus ſuperſtes fuit; quòd interim aliqua in Syriæ parte dominaretur. Nam duodecim ſolos annos regno illius Euſebij Chronicon aſſignat. Ille igitur circa annum Urbis 658 moritur, relictis liberis *b* quatuor, Seleuco, Antiocho, Philippo, Demetrio Eucæro, ut eſt auctor Joſephus. Succeſſit patri Seleucus; qui Antiochum Cyzicenum patruum occidit anno 659. ipſe *c* anno ſequente ab Antiocho Pio Cyziceni filio pulſus, apud Mopſueſtiam civili ſeditione vivus exuſtus eſt.

*a* Ioſeph. 13. c. 21.

*b* Lib. 10. de Doct. Temp. c. 45.

*c* Ioſeph. & App. Syr.

Antiochus Pius Selenem, quæ priùs patri Cyziceno, & patruo Grypo nupſerat, uxorem duxit, ex eáque Antiochum ſuſcepit, cognomento Aſiaticum. Idem Antiochum Grypi filium exercitu, ac vita privavit. At Ptolemæus Lathurus Demetrium Eucærum provexit ad regnum. Sic eodem tempore plures in Syria reges extiterunt; donec Syri tot civilium bellorum, ac parricidiorum tædio Tigranem Armeniæ regem illa tempeſtate præpotentem advocarunt: qui annos, ut ſcribit *d* Juſtinus, 18; ut autem Appianus, 14, Syriam tranquillè tenuit. *e* Eo victo Lucullus anno V. C. 686 Antiochum Aſiaticum regem Syriæ ſalutavit. Quare detractis annis 18 ab 686 colligitur annus Urbis 669, quo Tigranes regnare cœpit in Syria. adeóque Antiochus Euſebes novem circiter imperavit annis.

*Tigranes.*

*d* Iuſt. 40.

*e* Appia.

Pompeius anno Urbis 688, Tigrane in dedi-

A. 4431 P. I. ad 4713.

tionem accepto, Antiocho Aſiatico Syriam ademit. Regnatum igitur eſt in Syria ab initio Seleuci primi ad Tigranis exordium annis 228. ad ultimum Aſiatici, annis 245.

In Ægypto Ptolemæus Lathurus obiit anno V C. 613. quo L. Sulla *a* Alexandrum Alexandri Lathuri fratris filium regem fecit Ægypti. Sed eo poſt dies 19 ab Alexandrinis occiſo, ejuſdem nominis alter, illiúſque germanus regnum obtinut, quod *b* alio in opere demonſtramus. Atque hîc ſub annum 689 à ſuis pulſus Tyrum ſeceſſit: ubi & moriens Pop. Rom. heredem eſſe juſſit. Itaque annis 16, vel 17 regnavit.

*a* Cic. de lege Agr. 1, & 2. Trog. Pomp. 39. App. l. 1. Civil.

*b* Lib. 10. de Doct. Temp. c. 46.

Ptolem. ut Auletes.

Poſt *c* hunc Ptolemæus, Auletes dictus ab tibiarum ſtudio, ſecutus eſt Ptolemæorum alienus ſtemmate; qui & generis ſui, & teſtamenti Alexandri ſibi conſcius, Pop. Rom. ſocietatem & amicitiam infinita pecunia mercatus eſt. ob quam tributis immanibus Ægyptios onerans, eorum conſenſu pellitur anno regni ſui octavo, Urbis 697. Itaque cœpit anno circiter 690. Eo abſente, Alexandrini ſceptrum ejus filiæ natu majori deferunt, eámque nubere cogunt Cybio ſactæ cuidam è Syria homini fœdo & obſcuro, quem regina paucis pòſt diebus interfecit. Inde Archelao Comanorum in Ponto ſacerdoti nupſit. Auletes biennio poſtea, V. C. 699, à Gabinio juſſu Pompei reſtitutus, filiam cum ejus conjuge ſuſtulit, quæ omnia *d* Strabo memoriæ prodidit. Videtur hic anno V. C. 703 fato eſſe functus, quod indicat *e* Cœlius ad Ciceronem ſcribens. Itaque annos 13. regnavit.

*c* Strabo 17. Clem. Alex. 1. Strom. Euſeb. Chron. Epiph. de menſ. Cyr. Alex.

*d* Lib. 17.

*e* Lib. 8. Epiſt. fa. Epiſt. 5.

*f* Hujus filius Ptolemæus cognomento Διόνυσος id eſt Bacchus, cum ſorore primùm Cleopatra; mox ea anno, ut videtur, Urbis 706 pulſa, ſolus regnum tenuit. *g* Quo enim tempore Cæſar in Ægyptum venit, Ptolemæus ejecta ſorore, ut eam regni arceret aditu, cum copiis aderat: quem ex Dione conſtat annum fuiſſe 706. *h* Sequente porro contra Cæſarem pugnans cecidit; ac ſorori Cleopatræ reliquit imperium.

*f* Vide 10. de Doct. Temp. c. 45.

*g* App. 2. Civ. Dio. 42.

*h* Hirc. de bello Alex.

A. 44;! P. I. ad 4783.

## De bello Sociali, Mithridatico, Sullæ & Marii, Sertoriano, Servili, conjuratione Catilinaria.

CAP. XVI.

ROMANI *a* eodem pæne tempore duo difficillima, ac formidoloſiſſima bella geſſerunt; quorum alterum in Italia, alterum extra Italiam contigit. Illud Sociale, vel Marſicum appellatum eſt, quòd à Marſis primùm concitatum fuerit. Etenim Latini omnes, ac plerique Italiæ populi indignè ferentes ſe laborum omnium, ac periculorum participes, ab communione imperii & honoris excludi, fruſtrà per Druſum ſperata civitate, quod [illegible]re non poterant, armis conſequi ſtuduerunt. ac primùm per Latinas ferias Coſſ. ambos Philippum, & Cæſarem anno V. C. 663 interficere conati ſunt. re detecta palam defecerunt. Q. Servilium Proconſ. Fonteium legatum, ac Romanos omnes Aſculi peremerunt. Poſt hæc vario eventu cum illis dimicatum eſt. Præcipuum adversùs eos victoriæ decus Cn. Pompeius Strabo Magni pater meruit, primùm legatus P. Rutilii Coſ. anno Urbis 664; quo eruptione facta ex oppido Firmo obſidentes Latinos repulit. & Aſculum fugavit. deinde Conſul anno 665, quo Aſculum cepit, Veſtinos, & Pelignos ad deditionem redegit, déque iis triumphavit. Lucius quoque Sulla Lucii Cæſaris Coſ. legatus anno 664 multis, maximíſque præliis egregia cum laude confectis Conſulatum adeptus eſt anno 666, eóque belli Socialis reliquias eſt perſecutus. Scribit *b* Appianus, iſto bello primùm libertinos ad ſacramentum vocatos fuiſſe.

*c* Bellum alterum contra Mithridatem in Aſia ſuſceptum eſt, qui à Perſarum regibus originem traxit, & ſextus decimus à Dario Hyſtaſpis filio numeratur (ſic enim apud *d* Appianum legi neceſſe eſt, ἑκκαιδέκατος ὢν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, non ut vulgò ὀστάκις,) octavus ab illo Mithridate, qui paullo poſt obitum Alexandri à Macedonibus defecit: etſi *e* ſextum Appianus antea

*a* App. 1 Civ. Epit. 7. Flor. 3. c. 18. Plut. Sul. Eutr. 5. Oroſ. 5. c. 18.

*b* App. 1. Civ. Macrob. 1. Sat. c. 11.

*c* Velle. 2. App. Mithr. Ep. 76. & ſeq. Flor. 3. c. 5. Eutr. 5. Oroſ. 5. c. 19. *Mithridaticum bellum.*

*d* App. In Mithr. p. 149. Græcol.

*e* P. 176.

Digitized by Google

A. 4431 P. I. ad 4715.

putaverat. Ortum inde bellum eſt, quòd Mithridates, Ariarathe Cappadociæ rege ſororis ſuæ marito per inſidias occiſo, tum ejus cognomine filio, regnum illius occuparat; ac poſtea iniqua poſſeſſione pulſus, *a* Ariobarzanem regem à Senatu Cappadocibus datum expulerat. quem quidem L. Sulla Proprætor reſtituit anno V. C. 660.

*a* Epit. 74. Vide Sigo.

*b* Poſt hæc iterum Ariobarzanes Cappadocia, Nicomedes Bithynia, opera Mithridatis expulſi, ex Senatuſconſulto regna ſua recuperarunt. Quod ægrè ferens Mithridates, & à Nicomede, ac Romanis inſuper armis laceſſitus, Cappadociam, & Bithyniam invadit; Romanos exercitus profligat; Italos omnes ad condictum diem per totam Aſiam interficit; Macedoniam, Thraciam, Græciam, & Athenas in ditionem ſuam redigit. Contra hunc Sulla Conſul profectus anno V. C. 668 Athenas capit. Mithridatis ducibus victis, ipſum ad pacis conditiones adigit; uti Aſia, Bithynia, & Cappadocia cederet.

*b* Ep. 74. App. Mithr. Plut. Sul. & Pomp. Flor. 3. c. 5. Eutr. 5. Oroſ. 6. c. 2.

*c* Inſtabat enim civile bellum, quod etiam proficiſcenti Sullæ Conſuli moras injecerat. Quippe ante hoc tempus, anno V. C. 666 Marius, licèt ſenio confectus, Mithridatici belli gerendi cupiditate flagrans, per C. Sulpicium Trib. Pleb. eam Sullæ provinciam eripuerat, & in ſe transtulerat. Qua re Sulla commotus Urbem occupat, occiſóque Sulpicio, Marium fugat. Eo verò abſente, Cinna Conſul anno 667 rempublicam perturbans, ab Octavio collega pulſus Urbe, adjunctis ſibi Mario, Carbone, & Sertorio, quadrifariam partitis copiis patriam oppugnat. Eâ captâ, multi cives interfecti. Marius anno ſequente morbo eſt extinctus.

*c* Velle. 2. App. 1. Civil. Plut. Sul. & Mar. Flor. 3. c. 21. Eutr. 5. *Sulpicii Trib. pl. factiones. Mariana proſcriptio.*

Pace cum Mithridate facta Sulla in Italiam reverſus anno 671, civile bellum, Carbone, Norbano, juniore Mario, aliiſque profligatis, biennio confecit: ac Dictator anno 672 renuntiatus eſt, plurimóſque viciſſim Marianarum partium proſcriptione ſuſtulit.

*Sulla.*

*Sertorius.*

*d* Quo Sertorius anno 671 deſperatis partibus in ulteriorem Hiſpaniam receſſit. ubi bellum

*d* Velle. 2. Plut. in Sert. Ep. 96. Oroſ. 5. c. 23.

Digitized by Google

annos aliquot pari virtute atque induſtria ſuſtinuit.

A. 4431. P. I. ad 4713.

[a] Sulla Dictatura cùm ſe abdicaſſet anno 675, ſequenti obiit pediculari morbo, annos natus 60. Poſt cujus mortem Lepidus Conſul de actis illius reſcindendis pernicioſa conſilia molitus, à collega Catulo fugatur, anno V. C. 676. Eo verò, qui ſecutus eſt, anno ad Urbem cum exercitu veniens, ab eodem Catulo, & Cn. Pompeio victus, in Sardiniam fugit, ubi ex morbo interiit. Idem Pompeius in Hiſpaniam adverſus Sertorium miſſus, ut Metello ſuccurreret, nihil admodum promovit. Verùm perfidia ſuorum oppreſſo illo provinciam facilè recepit anno V. C. 681.

[a] Plut. Sulla. App. 1. Civil. Vell. 2. F. 3. C. 22. Oroſ. 5.

*Lepidi civile bellum.*

Interim Mithridaticum bellum vivo adhuc Sulla recrudeſcit, quod à L. Muræna anno V. C. 672 geſtum eſt, ut [b] Epithome Liviana docet. Poſt Sullæ mortem, cùm rex fœdus etiam cum Sertorio pepigiſſet, ac Bithyniam, quam Nicomedes moriens anno 679. Populo Rom. reliquerat, armis occupaſſet, L. Lucullus anno 680 Coſ. eò profectus, ſecundiſſimis præliis terra, maríque factis, Mithridatem in Pontum primò, indéque mox in Armeniam ad Tigranem fugere compulit anno Urbis conditæ 683. Ita Ponto ſubacto ambos reges cum ducentis peditum millibus, equitum ſexaginta, congreſſos acie devicit anno 685. quod [c] & Phlegon teſtatur, quarto Olymp. 177 id aſſignans. Sub hæc capta Tigranocerta Armeniæ caput: tùm Niſibis, urbes maximæ. Sed à militibus ſuis poſtremò deſtitutus Lucullus tot laborum, victoriarúmque fructu Cn. Pompeio cedere coactus eſt anno 688. Pompeius lege à C. Manilio Trib. Pl. lata anno, quem dixi, cum utroque rege bellum ſuſcepit. Tigranem ad deditionem adactum ſola contentum Armenia eſſe juſſit. Iberos, & Albanos, dum Mithridatem perſequitur, Romano adjecit imperio Urbis anno 689. Mithridates denique anno 691 undique pulſus, deſperatis domi rebus, fugam, in Gallias meditans, Pharnacis filii, & exercitus defectione perterrefactus, ſibiipſi vitam eripuit. Quæ ratio temporum

*Mithridaticum bellum confectum.*

[b] Velle. 1. Epit. 72 Plut. Luc. App. 1. Civil. Dio. 35. Eutr. 6.

[c] Apud Phot. Cod. 97.

*Lex Manilia.*

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713

a Dio. 36. Plut. Pomp. App. Mithr.

b Flor. 3. c. 5. App. init. Mithr. Eutrop. 6. Oroſ. 6.

ex *a* veteribus Hiſtoricis, Fatíſque conſtat.

Ita Mithridaticum bellum eo anno, quo Conſul fuit Cicero, Urbis 691, terminatum eſt. quod annos 40 duraſſe *b* Florus aſſerit: duos amplius Appianus initio Mithrid. in fine verò, 40. totidem Eutropius, Oroſius verò nonniſi 30 tribuit ab anno 662 ad 691, quo Conſul fuit Cicero. Verùm anno, ut ſuprà memoravì, 660, Sulla contra Mithridatem Proprætor, Ariobarzanem reſtituit. Inde ad Conſulatum Ciceronis anni ſunt pleni 32. Appianus Mithridaticum motum ab Olympiade 173 repetit, quæ cœpit anno V. C. 666, quo in apertum bellum res eſt deducta, & in Græciam Silla navigavit. Hac ratione ſex & vinginti anni, non 40 imputandi erunt. Vixit, ut idem ſcribit Appianus, annos 68, vel 69, regnavit 57. Eutropius 40 regnaſſe putat.

c Velle. 2. Epit. 96. Plut. Craſ. Flor. 3. c. 20. Eutr. 6. Oroſ. 5. c. 24.

*Spartani bellum.*

*c* Flagrante Mithridatico bello Servile conflatum eſt. Anno Urbis 681 Spartacus, Oenomaus, & Crixus gladiatores, effracto Capuæ ludo Lentuli, ac perditorum haud exigua collecta manu, Romanos non ſemel fuderunt exercitus, ac tandem a Craſſo Prætore, & Pompeio profligati ſunt anno 683.

d Plut. Pomp. Ep. 99.

*Piraticum bellum.*

*d* Piratas quoque, qui à Mithridate ſollicitati maria omnia & oras infeſtabant, Pompeius anno 687 breviſſimo tempore perdomuit, extraordinarium nactus imperium lege Gabinia.

e Sull. in bell. Catil. Cic. Orat. Catil. Dio. 36. Ioſe. 14. c. 8. Plut. Cic. Ep. 102. Flor. 4. c. 1.

*Catilina.*

*e* Dum foris à Pompeio Romanum amplificatur imperium, pænè ipſum caput imperij nefariorum civium conjuratione deletum eſt; qui Catilina duce, Lentulo Prætore, Cethego, aliíſque Senatoribus adjunctis, de Ciceronis Conſulis nece, déque inflammanda, ac diripienda Urbe conſpirarant. Sed horum conatus vigilantia Conſulis eluſit. Ejectus mœnibus Catilina ad paratum exercitum profugit: de Lentulo, cæteríſque conjuratorum principibus ſupplicium ſumptum, ipſo exeunte Conſulatu Ciceronis, anno 691. Sequente à Petreio Antonij Procoſ. legato victus Catillina in pugna cecidit.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

## *Quæ in Iudæa contigerunt ſub Hyrcano, & Ariſtobulo, utque libertate amiſſa in Romanorum poteſtatem redacti ſint.*

CAP. XVII. Vide 10. de Doct. Temp. c. 54.

JUDÆORUM reſpublica ambitione principum, ac civilibus diſcordiis in extremam eſt adducta perniciem. Primus, uti dictum eſt, in ea gente regnum ex Haſamonæis uſurpat Ariſtobulus Joannis Hyrcani Pontificis filius, Simonis Machabæi nepos. qui uno cùm regnaſſet anno, regni heredem, & ſacerdotii habuit *a* Alexandrum Jannæum fratrem anno Urbis conditæ 650, Olympiadis 169 primo. qui ex Salome, ſive Alexandra, aut Saalina, Ariſtobuli anteà conjuge, filios ſuſcepit duos, Hyrcanum pacis & otii, quàm belli ac regni cupidiorem; & Ariſtobulum feroci hominem ingenio, & dominationis avido. atque anno V. C. 766 mortuus regni annum 27 attigit, ut Joſepho auctore conſtat. *b* Salome poſt viri obitum annis novem regnum adminiſtravit, & Hyrcano Pontificatum permiſit, ac 73 vixit annos. Ariſtobulus anno ineunte nono ab Alexandri morte, à matre deficiens occupare per vim urbes aggreditur. Ea defuncta anno tertio (ait *c* Ioſephus) Olymp 177, Coſſ. Hortenſio, & Metello Cretico, (eſt hic annus Urbis Varronianus 685, quo deſiit tertius Olympiadis, & quartus iniit,) bellum Hyrcano Pontifici movit Ariſtobulus. Sed mox pace compoſita, Hyrcano ſacerdotium ceſſit, regnum Ariſtobulo. Paullo pòſt, Hyrcanum ab ea concordia divellit *d* Antipater Idumæus homo pecunioſus, & novarum rerum appetens, cujus hortatu clam ad Aretam regem Arabum confugit Hyrcanus, donec à Pompeio captis Hieroſolymis Olympiades 179, Coſſ. Cicerone & Antonio, qui eſt urbis annus 691, Hyrcanus Pontificatum recepit. Ex eo verò tempore Hieroſolyma tributum Romanis cœpit pendere; ac pleriſque urbibus, quæ Judæis hactenus contributæ fuerant, proprio Præſidi permiſſis, gens ipſa intra

*a* Ioſt. 13. Ant. c. 24. Hegeſ. 1.

*Hyrcanus & Ariſtobulus.*

*b* Ioſeph. ib. 13. c. 23.

*c* Ioſeph. l. 14. c. 1.

*d* Ioſeph. l. c. 2. Hegeſ. 1. c. 14.

*Iudæorum ſervitus.*

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. veteres terminos redacta. *a* Hæc Joſephus.

*a* Ioſeph. l. 14. c. 8. Quæ rerum mutatio velut cardo quidam Judaïcæ, quæ deinceps naſcitur, hiſtoriæ, præ oculis eſt habenda. Igitur Hyrcanus ab anno V. C. 676, quo mortuus eſt pater ejus Alexander, uſque ad annum 688 Pontificatum geſſit, annis duodecim. Hoc enim anno ad Arabum regem profugiſſe videtur. quandoquidem *b* Joſephus ait Ariſtobulum poſt Hyrcanum annis tribus, totidémque menſibus geſſiſſe Pontificatum, donec à Pompeio Hieroſolyma caperentur. quæ anno V. C. 691, menſe tertio capta eodem *c* auctore produntur.

*b* Lib. 20. c. 8.

*c* Lib. 14. c. 8.

Pompeius Ariſtobulum cum Alexandro filio, & Antigono, ac filiabus totidem, Romam abduxit. Alexander clam dilapſus contra Hyrcanum in Judæa tumultuari non deſtitit, donec eum expelleret, *d* quem Gabinius anno V. C. 698 reſtituit; qui & juridicos conventus quinque in Judæa conſtituit. *e* Gabinius Ariſtobulum è vinculis elapſum, & in Judæa turbantem, Romam remiſit. Qui à Julio Cæſare anno V. C. 705 ſolutus carcere, veneno ſublatus eſt, Alexander verò Pompeii juſſu à Scipione ſecuri percuſſus. Demum *f* Antigonus Aſinio ac Domitio Coſſ. qui eſt annus Urbis conditæ 714, Parthorum auxilio patruum Hyrcanum auribus mutilatum, abducendum iiſdem barbaris dedidit. Hanc Parthorum irruptionem Dio confert in annum, quem dixi. ut propterea rectè Joſephus poſt capta à Pompeio Jeroſolyma 24 annos imputet Hyrcano Pontifici. At anno 717, opera Soſii Herodes expugnata Urbe Antigonum oppreſſit, de qua re paullo pòſt. Ex iis liquet incredibiliter à Pompeio Romanum eſſe amplificatum imperium, infinitis additis populis: *g* adeò ut in concione gloriatus ſit, *ſe Aſiam* ( minorem intellige ) *ultimam provinciarum accepiſſe, eandémque mediam patriæ reddidiſſe.*

*d* Ioſeph. l. 14. c. 10.

*e* Ioſ. ib. c. 11.

*f* Ioſ. ib. c. 19.

*Pompeii laus.*

*g* Plin. 7. c. 26.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

## De Civili bello Pompeii, ac Cæſaris.

CAP. XVIII.

JAM toto ferè terrarum orbe domito ad eum ſtatum Romani imperii fortuna pervenerat, ut nec ulterius efferre ſeſe, nec in eo, quem tenebat, gradu poſſet conſiſtere. Ergo huic evertendæ cùm par externa nulla vis eſſet, ſuis ſe demum opibus ipſa conſumpſit. Quam ei calamitatem principum ambitio, ex eáque conflata diſcordia civilis attulit.

*a* C. Cæſar ex Urbana Prætura Luſitaniam nactus provinciam Urbis anno 693, ac rebus ibidem præclarè geſtis triumphum meruerat. Sed hujus certam ſpem Conſulatus honori poſthabuit. quem dum enixè anno Urbis 694 peteret, eodem tempore Pompeius actis ſuis, quæ ab Senatu rata fieri vellet, obſtrepente Lucullo, aliiſque primoribus, ſe cum Cæſare Craſſóque conjunxit. Ita Cæſar Conſulatum eſt adeptus anno 695: quo & Pompeii acta per Senatum approbavit, & agrum Campanum in cives pleroſque diviſit; & publicanos ex equeſtri ordine remiſſionem petentes tertia mercedum parte relevavit. Julia filia Pompeio collocata, Calpurniam Piſonis ipſe duxit. His artibus, & infinita largitione cùm ſibi ordinum omnium gratiam paraſſet, Galliam provinciam obtinuit, quam ab anno Urbis 696 adminiſtrare cœpit, ac novem annis rexit. ut auctor eſt *b* Suetonius. Quo intervallo Galliam omnem, quæ à ſaltu Pyrenæo, Alpibúſque, Rheno, Rhodanóque fluminibus continetur, in provinciæ formam redegit, eíque in annos ſingulos ſtipendii nomen impoſuit. primus etiam Romanorum Germanos trans-rhenanos ponte ſuper Rhenum impoſito laceſſivit. Britannos quoque adiit, quò nullus anteà penetrarat. Inter hæc anno Urbis conditæ 698, cum Pompeio, Craſſóque ita pactus eſt, ut ſibi provincia Gallia prorogaretur, Pompeius Hiſpaniam, Craſſus Syriam ſortiretur, Parthicúmque bellum, ad *c* quod iſte profectus anno 699, tertio inde miſerrimè cum majori exercitus parte periit. Poſt eam cladem irruentes in Sy-

*a* Plutar. Cæſ. Dio. 37. App. 2. Civ. Velle. 2. Suet. Cæſ. Flor. 4. c. 2. Ep. 103. Eutrop. 6. Oroſ. c. 15 & ſeq.

Cæſaris geſta.

*b* Suet. in Iul. c. 25. Vide Cæſarem.

*c* Plut. Cra. Dio Ap. Parth.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713. riam Parthos Caſſius egregiè propulſavit.

a Sueton. in Iul. Plut. in Pomp. & Cæſ. Flor. 4. c. 2. Dio. 46. & ſeq. App. 2. Civil. Eutr. l. 6. Oroſ. 6.

b Cæſ. 1. Civ.

*a* Mortuo Craſſo, cùm neque parem Pompeius, neque ſuperiorem ferre Cæſar ampliùs poſſet, civile bellum eſt exortum. Pompeianis id agentibus, ut expleto tempore, provincia Cæſar, exercitúque cederet; Cæſarianis porro viciſſim idem ut Pompeius faceret annitentibus, anno denique 705, C. Claudio Marcello, & L. Cornelio Lentulo Coſſ. *b* Senatus decrevit, ut ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret. Tribb. Pl. Antonius & Caſſius nequicquam intercedentes fugere coguntur ad Cæſarem. qui cum copiis ad Urbem properans, ita Pompeium, alióſque perterruit, ut ſine mora Urbe, ac deinde tota Italia relicta in Græciam navigarint. Cæſar in Hiſpaniam profectus Afranium Petreiúmque ſuperavit, & eorum exercitus in deditionem accepit. In reditu Maſſiliam expugnavit, ac Dictaturam primam iniit. *c* quam quidem quater, ac poſtremò perpetuam obtinuit.

*Bellum civile Cæſaris, & Pompeii.*

c Lib. 10. de Doct. Tem. c. 57.

Anno 706 in Pharſalicis campis victus à Ceſare Pompeius in Ægyptum abiit, ibique Ptolemæi juſſu trucidatur, ætatis anno 59, Eôdem cùm Cæſar anno ſequente veniſſet, Alexandriæ periculoſiſſimo prælio confecto, Ægypti regnum Cleopatræ, ejúſque fratri permiſit. Inſequenti anno Scipionem, & Catonem in Africa cum Juba rege devicit. Cato apud Uticam voluntariam ſibi necem attulit. *d* Qui hunc conſecutus eſt annus, Urbis conditæ 708, pulcherrimæ rei dedit initium, Faſtorum, anníque caſtigationi: quam hoc anno Cæſar auſpicatus eſt: unde Juliani anni profecti ſunt. quorum exordium ex Cal. Jan. anni Urbis 709 duci conſuevit. quo etiam anno 709 Pompeii liberos maximo difficillimóque bello cùm viciſſet, ſequente, qui Urbis conditæ 710, Julianæ editionis ſecundus numeratur, Bruti, & Caſſii, aliorúmque conſpiratione in Senatu ipſo confoſſus eſt anno ætatis quinquageſimo ſexto, ut ait Plutar. quare natus eſt anno Urbis conditæ 654, C. Mario VI. & Flacco Coſſ.

d Vide 2. Par. l. 3. c. 14.

Civile bellum Cæſaris, ac Pompeii cùm por-

tenta alia ſignificarunt; *a* tum horrenda Solis defectio, quæ anno mundi 3933 incidit, qui illum annum Julianum proximè præceſſit, quo civile bellum inchoatum eſt. Contigit autem Martij hodierni ſeptima die, dodrante poſt meridiem, de quo prodigio intelligendi ſunt Dio, Lucanus, & Petronius.

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* L. 10. de Doct. Temp. c. 18.
*Solis defectio.*

Præter hos armorum motus, quibus totus orbis terrarum concuſſus eſt, minores alij Romæ interim coorti ſunt. *b* Clodius Pulcher à patriciis tranſlatus ad plebeios, & factus Tribunus Plebis, Ciceronem, quòd indicta cauſſa nobiles cives Catilinæ ſocios morte damnaſſet, multavit exillio anno V. C. 696. quam ille calamitatem molliùs, quàm pro reliqua vitæ dignitate, pertulit. Sed anno ſequente Pompeij, & Lentuli Conſulis opera revocatus, ac ſummo honore eſt exceptus. Idem Clodius Cyprum adjudicavit Pop. Rom. ad quam poſſidendam miſſo Catone, Ptolemæus ejus inſulæ rex, pecuniis in mare projectis, voluntaria morte ignominiam antevertit anno V. C. 698. *c* Romam reverſo Catoni Præturam Senatus citra comitia decrevit. quos is honore uti noluit; magis illam legitimis populi ſuffragiis impetrare cupiens: ſed eum ſpes ſefellit. Nam Pompeij & Craſſi factione eo, quem petebat, magiſtratu excidit, eíque Vatinius antelatus eſt. Exinde Trib. Pl. agente Trebonio, Craſſus Syriam, Pompeius Hiſpaniam in annos quinque obtinent. Cæſari Gallia in triennium prorogata. Craſſus in Conſulatu profectus eſt in Orientem anno Urbis 699.

*b* Dio. 39. App. 2. Civ. Plut. in Cicer.
*Clodius Ciceronem eiicit.*
*c* Plut. in Cato. & Craſſo. Dio. 39.

*d* Fervente porro in comitiis ambitu, ac fœdè miſcentibus omnia candidatis, cùm diu interregnum Romæ fuiſſet, Cn. Pompeius novo more, nec hactenus audito, Conſul ſine collega creatus eſt anno 702. quo in magiſtratu cum de aliis criminibus ſeveriſſimè queſtionem inſtituit, tum de nece Clodij, quem Milo anno eodem interfecit, ideóque in exilium abiit.

*d* Plut. Pomp. Dio. 40. Vell. l. 2.

Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

## *De viris eruditione præſtantibus, quos ætas illa peperit, ab anno circiter Vrbis 622, ad 710.*

CAP. XIX. a Vide Miſcell. Exercit. noſtras ad Iulianum. c. 8.

MAGNA præ cæteris commendatione ſapientiæ *a* Carneades in Græcia floruit, patria Cyrenæus, Academicorum anteſignanus. de cujus obitu mirum eſt tam incerta, immo falſa prodidiſſe veteres Chronologos. Nam apud Diogenem Apollodorus in Chronicis obiiſſe illum aſſerebat anno 4. Olymp. 162, in quem cadit annus Urbis 626. *b* quo tempore defeciſſe lunam proditum eſt memoriæ. Verùm longè poſt id tempus deceſſiſſe, poteſt ex Cicerone colligi: apud quem in primo de Oratore dicit Antonius ſe, cùm in Aſiam pro Conſule proficiſceretur, Athenis conveniſſe Carneadem Academicum, qui patrio ſectæ more omnibus adverſabatur in diſputando. Annus iſte Proconſulatus Antonij fuit ab Urbis conditu 652, Mario 4, & Catulo Coſſ. Ergo adhuc ſuperſtes erat tempore illo Carneades *c* Quem ad 90 annos ætatem propagaſſe legimus.

b Diog. Carn. Heſych.

*Carneadis obitus.*

Cic. 4. Acad. c Valer. Max. 8. c. 7.

*d* Metrodorus quoque Sceptius, philoſophus, & orator inſignis; ac memoria, ut & Carneades, præſtante præditus, Mithridatis & Tigranis regum ætate vixit: apud quos in amicitia fuit.

d Strabo 13. Cic. 2. de Orat.

*Geminus.* e Lib. 2. de Doct. Temp. c. 6. & in Notis ad Gem. p. 411.

*e* Geminus item Mathematicus circa annum Urbis 677 extitit, ut ex Gemino ipſo demonſtravimus.

Sed Romæ, & in Italia, velut tranſlata cum imperio literarum gloria, multo plures eo ſæculo doctrina præſtiterunt. Oratores quidem etiam vetere Græcia nihilo inferiores multi: ut M. Antonius, ut L. Craſſus, ut alij plerique, quos *f* Cicero percenſet: interque cæteros Hortenſius. Verum unus Græcorum, & Latinorum omnium ſplendorem obſcuravit eloquentiæ laude Cicero; ad quam etiam Philoſophiæ decus adjunxit. Hic anno natus Urbis 648 tertio Non. Jan. ut ait *g* Gellius, (quo novem

f Lib. de Clar. Orat.

*Cicero.*

g Gell. l. 15. c. 28.

vem poſt menſibus ortus eſt Pompeius, *a* quem prid. Kalend. Octobr. natum teſtis eſt Plinius) ampliſſimis in republ. geſtis honoribus, cujus, oppreſſo Catilina, parens, ac conditor appellari meruit; anno ætatis obiit ſexageſimo quarto, Triumvirali proſcriptione, Urbis conditæ 711.

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* Plin. l. 37. c. 2. Vell. lib. 2. Plut. Cic.

Ut de Cæſare taceam, qui inter doctiſſimos, ac diſertiſſimos annumerari potuit, niſi imperii ac triumphi lauream, quam ingenii, ſerere maluiſſet: eruditionis primas ſæculo iſto eſt adeptus M. Terentius Varro. Fuit & alius ejuſdem nominis Poëta P. Terentius Varro, vico Atace in Narbonenſi natus *b* anno Urbis conditæ 672.

*Cæſar.*
*Varrones duo.*
*b* Hieron. Chron.

Celebratus eſt & L. Cælius Antipater hiſtoriæ ſcriptor ſub annum Urbis conditæ 630, *c* Gracchorum ſcilicet ætate. Item C. Criſpus Salluſtius. E Græcis Diodorus Siculus, ut ex libro 1 ejus apparet. Vixit & Didymus Grammaticus Alexandrinus cognomento *d* Chalcenterus. Poëtæ verò in fama fuerunt Turpilius Comicus, & Lucilius Satyricus; quos Hieronymus ait obiiſſe ſub annum Urbis conditæ 651. Nec non T. Quintius Atta Togatarum ſcriptor, mortuus anno Urbis conditæ 676, ut idem perhibet. Lucretius præterea, *e* qui ſub annum V. C. 700 ſibi necem conſcivit, annos natus 44. Catullum Hieronymus aſſerit natum Urbis anno 668. *f* Decimoſeptimo poſt anno, Urbis 684, natus eſt Poëtarum princeps Virgilius, Eidibus Octob.

*c* Valer. Max. l. c. 7.
*Salluſtius. Diodorus. Didymus.*
*d* Suid.
*Lucretius.*
*e* Hier Chron.
*Catullus.*
*f* Phleg. apud Phot. Cod. 97. Don. in vita Virg.

Vitruvius quoque ſub Julio Cæſare architecturæ ſcientia clarus extitit: quod ex ejus ſcriptis apparet.

*Vitruvius.*

CAP. XX.

## *Quæ ab Cæſaris obitu ad Actiacam victoriam Romanis rebus acciderunt.*

OBIIT Cæſar, ut ſuprà memoravi, anno Urbis conditæ 710, Juliano 2, Eidibus Martiis. qui quidem annus inuſitato pallore Solis teter fuit ac luridus, ut ſcribit *g* Plinius, & Virgilius. non ulla tamen Solis defectio anno iſto contigit, ut *h* ſuo loco docuimus. *i* Occiſo

*g* Plin. l. 2. c. 30. Virg. 1. Georg.
*h* Lib. 10. de Doct. Temp. c. 63.
*i* Plut. Anton. Dio 44, & ſeq. Ap. 2. & ſeq. Epit. 117, & ſeq. Velle. 2. Cic. Phil. 2.

A. 4431. P. I. ad 4713.

Cæſare, Antonius Conſul ſeditioſa concione populum ita commovit, ut illius corpus publicè concremaret, & civium ædibus ferrum, ac faces intentaret. Pòſt ſedatis tumultibus Dictaturam abrogat; Cæſaris teſtamento corrupto per vim ac tyrannidem multa molitur. Octavius Cæſar Accia ſororis Julij filia genitus, & teſtamento Julij Cæſaris adoptatus, cùm ab Antonio deſpiceretur, veteranorum cogit exercitum, ſeque tyrannidi illius opponit. Antonius provinciam Galliam à populo per vim impetrat. cujus ei aditum, occupatâ Mutinâ, Decimus Brutus intercludit, ideo ab Antonio ibidem obſidetur.

a Plut. in Ant. & Bruto, ac Cic. Dio. 45. & ſeq. App. 3. Civit. Epit. 117. Flor. 4. c. 5. b Velle. 2.

a Conſulibus Hirtio atque Panſa, Urbis anno 711, Cicerone claſſicum canente, adversùs Antonium hoſtem judicatum, bellum ſuſcipitur, & utrique Conſuli Octavius adjungitur, cum Proconſulari poteſtate; b viceſimum circiter agens ætatis annum. Fit ad Mutinam vehemens & cruentum prælium, c in quo Prætoriani Cæſaris milites ad unum omnes occubuêre. Sed victus eſt Antonius, & ſolutus obſidione Brutus: Conſules tamen ambo trucidati.

c App. 3. Ciu.

d Dio 47. App. 3. Ciu. Cic. Phil. 11.

d Quæ dum in Italia geruntur, anno ipſo conditæ Romæ 711, Dolabella ubi in Aſiam pervenit, Trebonium Smyrnæ comprehenſum, verberibus, ac tormentis per biduum quæſtione priùs habita, capite multavit. e Caſſius in Syria magnis confectis copiis ad legiones duodecim, obſeſſum Laodiceæ Dolabellam viciſſim adegit ad necem.

e App. 4. Ciu.

f App. &c.

f In Macedonia Brutus Caium Antonium Marci fratrem inſidias ſibi ſtruentem interemit: ac firmum & ipſe comparavit exercitum. g Exinde Senatus Octavium, ne altiùs aſcenderet, in ordinem cogere paullatim inſtituit. quod ille metuens, cum Antonio ac Lepido conſpirat. Ita Triumviri reipublicæ conſtituendæ Novem. 27 facti ſunt. qui trifariam Romano diſtributo imperio, cives quamplurimos proſcripſerunt. in his M. Tullium Ciceronem, qui in Græciam molitus fugam, dum paullulùm ſubſiſtit, à Popilio centurione, quem in cauſſa capitis defen-

g Plutarc. Cic. App. Dio. Velle. &c.

Triumviri.

Ciceronis nex.

Digitized by Google

derat, capite abſciſſo moritur Decembris 7, ætatis quarto & ſexageſimo. *a* In illa proſcriptione multa & in utramque partem memorabilia exempla ſunt edita. ac *ſummam in proſcriptos uxorum fidem* extitiſſe; *libertorum mediam; ſervorum aliquam; filiorum nullam*, ſcribit *b* Velleius. Epitome Livii Senatorum 130 nomina fuiſſe refert. *c* Idem annus Urbis conditæ 711, nobiliſſimo in Galliis oppido Lugduno dedit initium; auctore Munatio Planco Procoſ. ad confluentes Araris, & Rhodani.

A. 4431. P. L. ad 4713.
*a* Vide Ap. 4. Civ.
*b* Lib. 2.
*c* Dio Strabo 4. Hier. Chron.

Sequente verò anno cum M. Bruto, & conjuratorum principibus, Octavius & Antonius acie decertarunt in Theſſalia ad urbem Philippos eventu vario. *d* Siquidem utrinque dextra cornua vicerunt, & utrinque caſtra direpta ſunt. Sed Caſſius, qui in eo cornu erat, quod pulſum eſt, ratus totum eſſe fuſum exercitum, mortem ultrò ſibi conſcivit. Brutus altero prælio victus vitam & ipſe manu ſua finiit annum agens ſeptimum & triceſimum, ait Velleius. Percuſſorum porro Cæſaris nullus triennio amplius ſuperſtes fuit, & omnes violenta morte ſublati ſunt, ut ait Suetonius: quidam eodem pugione, quo Cæſarem confoderant, ſeipſos interfecerunt.

*Bruti & Caſſii bellum.*
*d* Epit. 123. Dio 47. Plut. Brut. App. 4. Civ. Flor. 4. c. 6.

*e* Poſt victoriam Antonius in Aſiam, Octavius Cæſar in Italiam profectus eſt. Hîc adverſus L. Antonium Triumviri fratrem, & hujus conjugem Fulviam virilis animi feminam bellum habuit Cæſar, ac pulſum Urbe Lucium, & hoſtem judicatum, incluſúmque Peruſia ad deditionem compulit. *f* Interim Parthi ab Labieno Pompeianarum partium exciti in Syriam irrumpunt anno Urbis conditæ 714, quos ſequente Ventidius maxima clade affectos, occiſo rege eorum, expulit, Syriámque recuperavit.

*e* Dio 48. Epit. 127. & ſeq. Flor. 4.
*f* Ap. Parth. Flor. l. 4. c. 9.

*g* Sed Pompeius Cn. F. claſſi imperans mare latrociniis infeſtum habebat. quo cum pace priùs facta, móxque reſciſſa, Cæſar navali prælio congreſſus, victum egit in fugam anno Urbis conditæ 718. Eodem Lepidum, qui ex Africa in Siciliam trajecerat, exutum imperio, privatum permiſit vivere. *h* Sextus verò Pompeius ad Antonium ſeſe recipiens, juſſu ejus interfectus eſt.

*g* Ap. 5. Civ. Dio 49. Epit. 128. & ſeq. Flor. 4. c. 8.
*h* App. in fine Civ. Flor. 4. c. 10.



Digitized by Google

A. 4431. P. I. ad 4713.

annos natus 40. cùm idem paulò antè adverſùs Parthos ſuſcepta expeditione magnam cladem acceperat Antonius.

a Epiſt. 132. & 133. Dio 50. Plut. Ant. Flor. 4. c. 11.

*a* Ad extremum Antonius, cùm ſe totum Cleopatræ dedidiſſet, repudiata Octavia ſorore Cæſaris, ei bellum indixit, ac tandem claſſe victus eſt ad Actium Epiri promontorium. Cæſar 400 amplius naves, Antonius 200 circiter habebat, ſed ingenti mole, ut caſtellorum urbiúmque per mare ambulantium præberent ſpeciem. Anceps alioqui certamen Cleopatræ conſternatio in Antonii vertit exitium. qui fugientem proſecutus eſt in Ægyptum, & Alexandriæ circumſeſſus ab Octavio, ſeipſum interemit. quem mox conſecuta Cleopatra, ne ad victoris arbitrium viveret, admota ſibi aſpide periit.

*Actiacum certamen.*

## *De Romanis rebus ab Actiaca victoria ad ortum Christi. Tum de eruditis viris, qui Auguſto rerum potiente vixerunt.*

CAP. XXI.

MORTUIS Antonio, & Cleopatra, Ægyptus in provinciæ redacta formam, anno 294 quàm in ea Lagidæ dominati ſunt. *b* Cæſar anno Urbis conditæ 725 tres egit triumphos, Dalmaticum, Actiacum, & Ægyptiacum eodem menſe *c* Sextili. Secundum quos de imperio deponendo ſeriò an ſimulatè cum Agrippa, & Mæcenate deliberavit. Illo ſuadente, hoc verò deterrente, cùm hujus ſequi conſilium ſtatuiſſet, ad Senatum nihilominus de imperio abdicando retulit. *d* atque hac arte perfecit, ut ſibi à Senatu, populóque firmaretur anno Urbis conditæ 726.

*b* Dio 51.

*c* Macrob. Satur. 1. c. 12.

*d* Dio 52. & 53. Sueton.

*e* Cornelius Gallus eques Rom. Ægypto præfectus, ob inſolentiam damnatus exilio ſeipſum occidit anno 728. Cum Cantabris & Aſturibus Auguſtus annis aliquot per duces ſuos bellum geſſit, ab anno 729 ad 735, quo ab Agrippa perdomiti ſunt: *f* qui quidem reverſus oblatum ſibi triumphum detrectavit. Phraates Parthorum rex anno 734 Romana ſigna Craſſo erepta reſtituit.

*e* Dio ib. *Cornelius Gallus.*

*f* Dio 54.

Digitized by Google

*a* Duos autem præ cæteris amicos coluit, Mæcenatem, & M. Vipſanium Agrippam. Ille equeſtri gradu contentus obiit anno Juliano 38, literarum & literatorum omnium ſingulare præſidium. Agrippam Auguſtus generum fecit, data in matrimonium Julia filia, quam è Scribonia ſuſceperat, è qua nati C. & L. Cæſares, Agrippa poſtumus, Agrippina nupta Germanico Druſi filio Liviæ nepoti; & Julia, quam L. Æmilius duxit. *b* Liviam porrò prægnantem à priore marito Tiberio Nerone abduxit Auguſtus; ex qua prolem nullam habuit, cùm ea ex Nerone Tiberium, qui poſtea imperavit, & Druſum peperiſſet, qui in Germania periit *c* anno Juliano 37, mortuo jam *d* Agrippa anno Juliano 34. Porro C. Cæſar Agrippâ, & Juliâ natus eſt anno Juliano 26. Lucius verò an. 29.

*A. 4431. P. I. ad 4713. Mæcenas, & Agrippa.*
*a Dio 55.*
*b Dio. Sueton.*
*c Dio 55.*
*d Dio 54.*

*e* Tiberius anno Juliano 40 Tribunitiam poteſtatem in quinquennium adeptus, mandata ſibi Armenia, in inſulam Rhodum ſeceſſit anno ſequenti; ubi privignorum veritus offenſionem ſeptem conſedit annis. Præcipua ſecedendi cauſſa fuit Juliæ uxoris odium, quæ per omnia flagitiorum genera ætatem trahebat. quam anno Juliano 44 hujus infamiæ compertam relegavit Auguſtus.

*Tiberius Tribunitia poteſtate præditus.*
*e Sueton. Velle. 2. Dio 55.*
*Viri doctiſſimi præſtantes.*

Hujus Imperatoris ætas magnorum ingeniorum fœcunda fuit. Inter Græcos hiſtoriam inſigniter attigêre Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui ſe Auguſto imperante vixiſſe prodit: & Nicolaus Damaſcenus, qui Auguſto pariter, atque Herodi carus in paucis fuit. Ex Latinis Cornelius Nepos Attici gener. *f* Salluſtius, qui quadriennio ante Actiacum prælium obiit. M. Porcius Latro oratoria facultate celebris, tædio quartanæ duplicis ſibi vim attulit *g* Auguſti anno 40. *h* In Aſia Hybreas orator ſub Antonio & Cleopatra floruit. *i* Romæ Hyginus Grammaticus cognomento Polyhiſtor. Poëtæ quoque totius ævi clariſſimi magno numero vixêre: *k* Virgilius Sentio Saturnino, & Lucretio Cinna Coſſ. anno mundi 3965, ante Chriſtum 19 Brundiſii moritur, annum agens 52. *l* Natus eſt enim anno V. C. 684, Pompeio & Craſſo Coſſ. ante Chriſtum

*f Hier. Chron.*
*g Hieron. Chron.*
*h ibid.*
*i Ibid.*
*k Hier. Chron.*
*l Donat. in vita Virg.*

A. 4431. P. I. ad 4713.
*a* Vita Horatii.

ſeptuageſimo, mundi 3914. *a* Horatius Cenſorino & Gallo Coſſ. obiit, vertente anno ætatis 57. Siquidem natus eſt Cotta & Torquato Coſſ. anno V. C. 689, ſexto Id. Dec. mortuus eſt Cenſorino & Gallo Coſſ. Urbis 746, 5 Cal. Dec. eodem quo & Mecænas anno, duodecimo verò quàm Virgilius exceſſerat. Tibullus etiam, ac Propertius elegorum ſcriptores, & æqualis eorum Ovidius; qui natus Hirtio & Panſa Coſſ. eo ſcilicet anno, *Quo cecidit fato Conſul uterque pari*; ut ipſe cecinit, *b* vitam in exilio apud Tomos finiit anno Chriſti 17, Urbis 770, ætatis 60.

*b* Ibid.

## *Herodis hiſtoria.*

CAP. XXII. Vide l. 10. de Doct. Temp. c. 65. & l. 11. c. 1. & ſeq.

AD inveſtigandum Chriſti Salvatoris ortum, neceſſaria prorſus eſt Herodis hiſtoria; cujus initium, annóſque quibus regnavit, hoc capite complectemur.

Fuit hic Antipatri Idumæi filius, genere proinde Idumæus & ipſe, non Aſcalonita, quod *c* Africanus apud Euſebium ex quorundam relatione prodidit. Nos Joſepho magis credimus, qui *d* hunc Idumæum facit. Quod ut veriſimilius eſt, ſic illud minimè redarguendum, quòd antiqui ferè Patres Herodem alienigenam fuiſſe dicunt. Nam Idumæi alienigenæ cenſentur, hoc eſt alieno orti genere, non utique ab Jacobo; quamvis eandem cum Jacobeis religionem ſecuti, Judæi profeſſione, non ſtirpe fuerint. At de ſatu & natura, non de fide ac religione agitur, cùm de nativo, & alienigena quæritur; ut in illa de Herode controverſia. Antipater in illa fratrum diſſenſione, de qua *e* antea diximus, ad Hyrcanum adhæſit; ac *f* Judeæ procurator à Julio Cæſare conſtitutus eſt, qui mox Herodem filium Galileæ præfecit natum annos circiter 25, non 15, ut hallucinatur *g* Joſephus. Pòſt à Sex. Cæſare Cœleſyriæ præpoſitus eſt Herodes anno V. C. 707. Hoc enim anno Sex. Cæſar legionibus Syriæ præficitur, auctore *h* Hirtio. poſt Philippenſem pugnam *i* Tetrarchiam cum Phaſaëlo fratre ab Antonio meruit anno Juliano 5. Exinde Parthis ab Antigono Ariſto-

*c* Euſ. 1. hiſt. c. 7.

*d* Ioſeph. 14. cap. 2. Vide l. 11. de Doct. Temp. c. 5.

*e* Cap. 17.

*f* Ioſe. 14. c. 15.

*g* Lib. 14. cap. 17.

*h* Hirt. de bell. Alc.

*i* Ioſeph. 14. c. 23.

Digitized by Google

A. 4413. P. I. ad 4713.

buli F. mille talentorum pactione in Judæam excitis, Herodes ad Antonium profugit: per quem Judææ rex à Senatu præter ſpem factus eſt, a Calvino & Pollione Coſſ. anno Juliano ſexto, ineunte Olympiad. 185. Nam eo conſilio Romam advenerat, uti regnum conjugis ſuæ fratri Alexandro Ariſtobuli nepoti peteret. Reverſus in Judæam cum Antigono Ariſtobuli F. biennio amplius certavit. Demum Soſio Antonii duce opem ferente, Hieroſolymam, qua ſe Antigonus clauſerat, obſedit, ac cepit menſe tertio, in die jejunii. Dio b Sabbatum fuiſſe ſcribit. Joſepus annum Sabbaticum, Coſſ. Agrippa & Gallo. Hic annus neceſſariò mundi numeratur à nobis 3947, Julianus 9, Urbis 717. itaque caſtigandus Dio, qui Claudio, & Norbano Coſſ. aſſignat, hoc eſt anno Juliano 8. c Sed eum Sabbatici anni character falſitatis arguit. Antigonus ad palum alligatus, ac virgis cæſus, & ſubinde ſecuri percuſſus eſt, ut Dio ac Joſephus referunt.

a Ioſeph. l. 14. c. 26.

b Dio 49. Ioſeph. 14. c. ult.

c Vide Par. 3. l. 2. c. 7.

Sic Haſamonæorum principatus deſiit poſt annum, ait Joſephus, 126. quod eſt veriſſimum. Judas enim primus ex illa ſtirpe Pontifex creatus eſt anno Mundi 3820, Urbis 90. à quo centeſimus viceſimus ſextus eſt Urbis annus 717.

Hinc apparet duplex initium regni Herodis extitiſſe: alterum ab anno Juliano 6, alterum à 9. priore, rex ab Senatu renuntiatus eſt: poſteriore, ſolus, ac ſublato competitore regnavit. d Joſephus porro à priore initio ſcribit Herodem regno potitum eſſe per annos 37: à poſteriore, 34. idémque e ſex circiter in locis aliquot illius annos commemorans, à poſteriore deducit.

Duplex initium Herodis.

d Ioſeph. 17. c. 10.

e l. 15. c. 7. 12. 13. 14. lib. 16. c. 9. l. 17. c. 10. Vide. 11. de Doct. Temp. c. 1.

Mariamnem duxit Herodes anno tertio, quàm rex à Romanis declaratus fuerat, hoc eſt illo ipſo, quo capta ſunt Jeroſolyma, f Joſepho teſte. cujus g fratrem Ariſtobulum Pontificem fecit anno ætatis 18. eundémque mox in piſcina præfocavit, quòd eum videret populo eſſe gratiſſimum. Idem bello contra Cæſarem ſecutus Antonii partes, eo victo, occiſo priùs Hyrcano Mariamnes avo, Rhodum h ad Cæſarem abiit:

f l. 14. c. 27.

g Ioſeph. 15. c. 3.

h Ib. c. 10.



Digitized by Google

A. 4471 P. I. ad 4715.
a Ioſep. c. 11.

à quo benignè eſt habitus; eíque regnum ex illius auctoritate, ac novo Senatus decreto confirmatum eſt. Ubi *a* Jeroſolymam rediit, Mariamnem conjugem, tum ejus matrem Alexandram interficit.

b Ib. c. 14.

*b* Anno regni ſui 18, qui eſt Julianus 28, Templum Hieroſolymis, vel à fundamentis inſtaurare cœpit, ut ſcribit Joſephus, vel reſarcire inſtituit.

c Ib. 16. c. vlt.

*c* Poſtremò majori in dies efferatus rabie, filios, quos ex Mariamne genuerat, præclaræ indolis adoleſcentes, Alexandrum, & Ariſtobulum, falſis ab Antipatro fratre criminibus circumventos occidit, paucis ante obitum annis. qui incidit in annum Julianum 42, ſi Joſepho & Dioni creditur. quorum ille ab anno Juliano 9, quo Antigonus interemptus eſt, regnaſſe ſcribit Herodem annis 34. *d* Dio verò anno Juliano 51, Lepido, & Arruntio Coſſ. Herodem Palæſtinum ait à fratribus accuſatum, trans Alpes ab Auguſto eſſe relegatum, ejúſque tetrarchiam provinciæ contributam. Hic non alius eſſe poteſt, quàm Archelaus, qui Herode mortuo, Judeæ tetrarchiam impetravit ab Auguſto, & annò decimo ab eodem ejectus eſt. Deductus annis novem ſolidis de 51, reliquus eſt annus Julianus 42, quo Herodes obiit. *e* cujus etiam exitum lunaris defectio præceſſit, teſte Joſepho, quæ eodem anno deprehenditur Martij 13, hora ferè tertia ab nocte media.

d Dio 55.

e Ioſeph. lib. 18. c. 15. l. 17. c. 8. & 15.

# DIONYSII
# PETAVII
## E SOCIETATE
## JESU
# RATIONARII
## TEMPORUM
## PARTIS PRIMÆ
# TOMUS POSTERIOR

Tempora complectens Chriſti ortum deinceps ſecuta.

Digitized by Google

Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ LIBER QUINTUS.

**Annos continens à Chriſti 1, ad 304.**

*De Auguſti Cæſaris obitu, ac Tiberij Neronis Imperio, & morte. Tum de Chriſti ortu, ac nece, & iis quæ primis illis temporibus Chriſtianis accidêre.*

CAPUT I. *Auguſtus.*

ANNO Chriſti 14 Nolæ in Campagnia mortuus eſt Auguſtus, decimo-quarto Cal. Sept. *a* anno ætatis 76: cum annos à primo adito Magiſtratu vixiſſet 56; ab Antonii nece, tres & quadraginta ſolidos; princeps longè præſtantiſſimus, ac Romanæ reipublicæ neceſſarius. quam nimia felicitate laborantem, nec fortunæ capacem ſuæ; ſed in præceps incumbentem ſuſtinuit: ac tum optimis legibus, tum opibus, atque omni rerum copia ſic excoluit, urbe ipſa quoque magnificis operibus exornata, ut ſecundus illius conditor, Paterque patriæ, & Auguſtus jure diceretur.

*a* Sueton. Aug. 100. Dio. 56.

*Tiberius.*

Cujus magnum per ſe deſiderium auxit Tiberij, quem ſucceſſorem habuit, immanitas, ac turpitudo. Hic Livia matre, patre Nerone genitus 16 Cal. Decemb. anno Urbis conditæ 712, Juliano 4, *b* poſt bellum Philippenſe, annum

*b* Suet. Tib. 5.

A. Chriſti ad 37.

ætatis agens 55, illo ipſo, quo mortuus eſt Auguſtus, imperavit anno, mortalium triſtiſſimus, ac ſævitia, rapacitate, libidine, arrogantiáque inviſus omnibus. quæ tamen vitia ſub principatus initium mira arte diſſimulavit, Germanici metu, quem ille fratris filium juſſu vitrici adoptarat, omni tum virtutum, ac rerum geſtarum laude florentis, & , quòd imperio eſſet aptior, maximè ſuſpecti. Hunc è Germania, ubi maxima bella feliciter confecerat, transtulit in Orientem, ac Parthis oppoſuit *a* anno Urbis conditæ 769, miſſo per idem tempus in Syriam ordinario Præſide Cn. Piſone; quo cum Germanico graves erant inimicitiæ. Ideò non ſine veneni ab illo dati ſuſpicione Germanicus extinguitur *b* anno Urbis conditæ 772, Tiberii ſexto. Ob id Romæ judicio poſtulatus ab Agrippina Germanici conjuge *c* Piſo voluntaria morte damnationem antevertit.

*a* Tac. 2.

*b* Tac. 16. Dio 17. Sueton. Caio 1. & 2.

*c* Tac. 3.

*d* Ælius inde Sejanus equeſtri genere ab Tiberio provectus, poſt multa ſcelera, ſumma quæque jam animo deſtinans, unis Tiberij litteris contra ipſum datis ad Senatum, ex illo faſtigio dejicitur, & carnificis manu cum omni ſua ſtirpe necatus eſt *e* anno Tiberii 18, Juliano 76.

*d* Tac. 4. Dio 58.

*e* Sueton. Dio 58.

Biennio ante hoc tempus, hoc eſt Tiberij 16. Chriſti 29, mater Tiberis Livia deceſſerat *f* ætatis anno 86. Erat tum in inſula Caprea Tiberius, quò *g* anno imperij circiter 13, Chriſti 26, ſeceſſerat, numquam deinceps ad Urbem rediturus. ubi remotis arbitris per omnia ſe flagitiorum genera volutavit. Inter hæc dedecora non magis omnibus aliis, quàm ſibi execratus ipſi, moritur 17 Cal. Apr. Imperij anno 23, Chriſti 37, vitæ agens octavum & ſeptuageſimum.

*f* Tac. 5. Dio 58.

*g* Tac. 4. Suet. Dio 58.

Tiberij mors.

Rerum Auguſto potiente, JESUS-CHRISTUS, Dei filius, è virgine MARIA naſcitur ſub Olympiadem 194. ac Tiberio imperante, cùm ætatis quartum & triceſimum expleſſet annum, pro recuperanda humani ſalute generis, voluntarias crucis ſupplicio pœnas luit. Tiberio V. & Sejano Coſſ. Martij 23. Tertio exinde con-

Vide lib. 12. de Doct. Temp.

ſurgens à mortuis die, quadrageſimo quàm revixerat, ſub Diſcipulorum oculis in cœlum revectus eſt.

*A. 1. Chriſti ad 37.*

*Quæ ſub paſſionis annum acciderunt.*

Poſt Chriſti necem, & illapſum in Diſcipulos Spiritum ſanctum, audacter illis quæ viderant, publicéque profitentibus, Judæi in eos acerbè ſævierunt. *a* Stephanus unus è ſeptem, qui ad profana ſacráque miniſteria in cœtu Chriſtianorum obeunda delecti erant, quòd in Chriſti prædicandam gloriam ardentiùs incumberet, ab æmulis comprehenſus, ac ſaxis eſt obrutus.

*a* Act. 6. & 7.

*Pauli converſio.*

Ex eo tempore Chriſtianum nomen quibuſcumque poterant modis abolere conati ſunt Judæorum principes, ſed imprimis in illos Saulus *b* exarſit: qui ampliſſima ſibi ab Pontifice facta poteſtate, cùm ad illos opprimendos Damaſcum tenderet; Chriſti voce aſpectúque territus, ac proſtratus, totum ſe repente ad illius cultum applicavit. Id evenit anno à Chriſti, Stephaníque morte tertio. Quippe anni illi 35 quibus Paulum Chriſto ſerviiſſe veteres affirmant, *c* ut antè docuimus, ab anno Neronis 13, Chriſti 67 retro numerati, in eum deſinunt, qui eſt ab anno Paſſionis tertius.

*b* Act. 9.
*c* Par. 2. l. 4. c. 4.

## *De Caio Caligula, Claudio, ac Nerone: quorum geſta perſtringuntur.*

### A 37. Chriſti ad 68.

CAP. II.
Par. 2. l. 4. c. 5.

*Caius Caligula.*

CAius Cæſar, Caligula dictus à militari calceamento, quo puer in caſtris uti ſolebat, patre Germanico, matre Agrippina M. Agrippæ, ac Juliæ filia, Tiberio ſucceſſit, eodem, quo ille obiit, anno Chriſti 37: *d* cui jam animam agenti ſuapte manu fauces eliſiſſe dicitur. Annum tunc ingreſſus erat quintum & viceſimum: quippe natus Antij prid. Cal. Sep. (ait *e* Suetonius) patre ſuo, & Capitone Coſſ. qui eſt æræ Chriſtianæ duodecimus. Magna, ut primùm imperium attigit, populi lætitia, nec minor ſpes extitit, ſimilem fore Germanici patris augurantium: *f* cui virtutes omnes animi,

*d* Suet. Caio 12.
*e* Suet. c. 8.
*f* Suet. ib. 9.

Digitized by Google

A. i. Chriſti ad 57.

corporiſque contigiſſe, memoriæ proditum eſt. Et quidem, ut optima plerumque ſolent eſſe peſſimorum Principum initia, haud pauca tum moderati, ac civilis animi ſigna protulit. ſed ſubinde, tamquam hominem exuiſſet, feras ipſas immanitate vicit. Graſſatus per ordinum omnium cædes, *a* Macronem quoque Pretorianis præfectum, cujus opera factus erat Imperator, occidit. Conſuetudinem ſtupri etiam cum ſororibus fecit. Exhauſtis infinitis opibus, ac vix anno vertente toto illo conſumpto vicies ac ſepties millies HS, quod Tiberius congeſſerat (quæ ad coronatorum 72561500 propemodum attingunt) ad proſcriptiones & rapinas convertit animum. Inter alia crudelitatis indicia excepta vox ejus eſt: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* *b* In extructionibus operum nihil tam efficere cupiebat, quàm quod poſſe effici negaretur. *c* Baiarum medium intervallum, & Puteolanas moles trium millium & ſexcentorum paſſuum ponte conjunxit anno Chriſti 39. *d* Idem pro Deo coli ſe toto orbe terrarum, ac templa ſibi conſtitui juſſit. Ad extremum 9 Kal. Febr. à Chærea Caſſio Tribuno cohortis prætoriæ, & aliis conjuratis interfectus eſt anno Chriſti 41, cùm imperaſſet annis 3, menſibus 10, ac diebus 8. ut ſcribit *e* Suetonius; vixiſſet autem annos 29.

*a* Dio 59. Suet. 26.
*b* Suet. 37.
*c* Suet. 19. Dio 59.
*d* Suet. Philo de Legat. Ioſe. 19. Ant. c. 1. Suet. 58.
*e* Cap. 59. Dio 59.

*Claudius.*

*f* Claudius Nero Caij Caligulæ patruus, Druſi filius, poſt Caium præfuit, homo natura minimè malus, ſed vecors, ac ſtolidus. Itaque non tam ſuapte ſponte crudelis fuit, quàm alieno ductu, & arbitrio, præſertim libertorum, & conjugum: quorum poteſtati ſe, omniáque permiſit. *g* Uxorem primùm habuit Meſſalinam; cujus ſtupra & inaudita flagitia ignota nulli ſolus neſciit, donec palam auſa nubere Silio equiti, juſſu illius cum adultero perimitur, impellente Narciſſo, qui cum Pallante altero liberto apud ipſum omnia poterat. Id evenit anno imperij ejus 8, Chriſti 48, Dione, ac Tacito teſtibus.

*f* Suet. Claud. Dio 59. Par. 2. l. 4. c. 5.
*g* Tac. l. 11. Sueton. Dio 60.

Alterum ſtoliditatis indicium, quòd occiſa Meſſalina, è qua Britanicum filium, & Octa

viam ſuſceperat, Agrippinam Germanici fratris filiam duxit Neronis ex Domitio matrem, anno imperii nono, Chriſti 49. Idque Pallantis hortatu: cujus & Agrippinæ precibus Neronem adoptavit anno imperii 10, prætéritóque Britannico, ſucceſſorem deſtinavit. Idem Româ Judæos anno Chriſti 49, *a* Mathematicos Italia pepulit anno 52. Expeditione in Britanniam inſulam facta intra dies 16 univerſam domuit, ut ait *b* Dio, anno imperii tertio. Moritur Marcello & Aviola Coſſ. 3. Eid. Oct. anno Chriſti 54; cùm ei venenum in boleto datum eſſet ab Agrippina. *c* Imperavit annis 13, menſibus 8, diebus 20, vixit annos 64.

A. 37. Chriſti ad 68.

*a* Tac. 12. Suetoni.

*b* Dio 60.

*c* Suet. Dio.

*d* Irato Romanis Deo, poſt vitrici mortem Domitius Nero cepit imperium annos natus *e* ſeptemdecim, quod initio ſic geſſit, ut inter optimos principes haberi potuerit: quamdiu ſcilicet Senecæ præceptoris monitis obtemperavit. Pòſt ætatis licentia, & adulatione corruptus, monſtri quàm hominis ſimilior extitit. *f* Parthos capta Armenia graſſantes per Corbulonem repreſſit, ſtrenuum & antiquæ virtutis ac ſeveritatis ducem. qui & Armeniam recepit *g* anno Neronis 7, Chriſti 60: & Tiridaten Vologeſis Parthorum regis fratrem Romam venire compulit, & ab Nerone diadema petere. quod *h* anno Chriſti 66, Neronis 13 factum. quo & Corbulonem honorificè revocatum mori coëgit. Britannicum, ſtatim ut imperare eſt orſus, veneno ſuſtulit. *i* Agrippinam matrem honore prius omni ſpoliatam, ac palatio pulſam, ad extremum juſſit occidi. quod parricidium, ne quid ad illorum temporum infelicitatem deeſſet, Senatus probavit. Id evenit anno Chriſti 59, Neronis 6. *k* Poſt hæc inducta Poppæa, quam ab Othone abſtraxerat, Octaviam relegatam interficit. *l* Conjuratione in ipſum Piſonis aliorúmque detecta, Lucanum poëtam, Senecam philoſophum, cum aliis quampluri mis anno Chriſti 65 morte multavit. eodémque Poppæam gravidam ictu calcis exanimavit. Adjecit ad hanc immanitatem turpiſſimi dedecoris infamiam, quod in ſcenam prodire, & in-

*d* Suet. Dio 61. *Nero.*

*e* Suet. Nero 8.

*f* Tac. 13. Dio 62. *Corbulo dux eximius.*

*g* Tac. 14.

*h* Tac. 16. Dio 63.

*i* Suet. 34. Tac. 14. Dio 61.

*k* Sueton. Dio 62. Tac. 14.

*l* Tac. 15. Dio 62. Sueton.

A. 37. Chriſti ad 68. ter hiſtriones, aut citharœdos operam dare, & Circenſibus equos agitare non eſt veritus. Quinetiam ut ardentis Troiæ ſpeciem velut per ludicrum exprimeret, incendit Urbem *a* anno Chriſti 64. Quibus flagitiis cùm in odium ſuorum contemptúmque veniſſet; deſtitutus ab omnibus, & ad ſupplicium quæſitus, carnificis in ſe partes occupavit anno imperii decimo quarto, æræ Chriſti 68, *b* eo die, quo Octaviam interemerat.

*a* Tac. 15. Sueton. Dio 63.

*b* Suet.

## *Iudaïca res, & Chriſtiana, ſub Caio Claudio, & Nerone.*

## A Chriſti 37 ad 68.

CAP. III. Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 10, & ſeq. Agrippa rex.

AGRIPPA Ariſtobuli filius, ſenioris nepos Herodis, à Tiberio vinctus, quòd Caio Caligulæ ſtudens, ei precatus eſſet imperium, mox ut Tiberius obiit, à Caio vinculis ſolutus eſt, ac Philippi & Lyſaniæ tetrarchiis cum regis appellatione donatus, *c* auctore Joſepho, ac ſequente anno, Cai ſecundo, ut idem refert, ad regnum ſuum navigavit. cujus æmulatione ſoror ejus Herodias, quæ Philippo viro ſuo relicto inceſtas cum ejus fratre Herode Antipa Galilææ tetrarcha nuptias junxerat, hunc ipſum Romam ad regium decus obtinendum adire compulit. Sed ibi Agrippæ literis offenſum ſibi Caium reperit, ac *d* ſperatum regis honorem mutavit exilio, & Lugduunm relegatus eſt, ejúſque Tetrarchia auctus eſt Agrippa. quod anno Cai tertio, vel ineunte quarto contigiſſe paulò pòſt conſtabit. Quo tempore Vitellio Syriæ præſidi ſucceſſor datus eſt Petronius, cui mandatum à Caio, ut imaginem ſuam Hieroſolymis in templo collocaret. ſed differente Petronio *e* mortuus eſt interim Caius. Alexandriæ quoque Judæi à Flacco Avilio præfecto indignè habiti *f* Philonem gentis ſuæ nobilem, ac diſertum virum Romam allegarunt ad Caium, à quo illuſus, & ejectus eſt. Quin eodem anno Pila-

*c* Ioſe. 18 Ant. 8.

*d* Ioſeph. ib. c. 19.

*e* Ioſeph. c. 11.

*f* Philo li. de Legat. Ioſeph. ib. c. 10.

Digitized by Google

rum vitæ pertæſum ſibi necem attuliſſe, *a* ex Euſebio didicimus. A. 37 Chriſti ad 68. *a* in Chron. & 2. Hiſt. 7.

Caio vivis exempto, qui ſucceſſit ei Claudius anno Chriſti 41, eo ipſo *b* regnum amplificavit Agrippæ, addita Judæa, & Samaria. Sic regnum Herodis poſt ejus mortem in lacinias diviſum, ex aſſe primus Agrippa poſſedit. Qui ſtatim Hieroſolymam abiens, Chriſtianos inſtituit perſequi, quo ſibi Judæos conciliaret. ac primùm *c* Jacobum occidit: deinde Petrum in carcerem conjecit: unde ab Angelo eſt ereptus. Nec diu crudelem ambitioſúmque principem cæleſtis ira diſtulit. Poſt tres annos, quàm Palæſtinæ totius rex erat factus, Cæſareæ cùm eſſet, quæ Stratonis Turris dicitur, *d* próque tribunali verba faceret, tamquam Deo acclamari ſibi paſſus, ſubita numinis ira, ſcatentíum è corpore vermium tabe confectus eſt. Paullo ab Luca diverſam narrationem apud Joſephum mortis illius invenies. Sed de tempore, quod diximus, affirmat. Nam quatuor anni regnaſſe illum imperante Caio; tribus ſub Claudio: in totum ſeptenis annis aſſerit. Eo defuncto, Judæa deinceps contributa eſt Syriæ, ac proprios reges habere deſiit. *b* Ioſeph. l. 19. c. 4. *c* Act. 9. *d* Act. 12. Ioſe. 19, c. 7.

Interea per Judæam, & Syriam, ac longiùs quoque propagari pietas Chriſtiana cœpit, incumbentibus in eam rem naviter diſcipulis; præſertímque Petro, ac Paulo. quorum ille peragrata Syria, Antiochiæ ſedem Pontificiam fixiſſe creditur anno poſt paſſionem Chriſti ſeptimo, æræ communis 37. cui annos ſex integros præfuit. Romam inde *e* circa Claudij ſecundum migravit annum, ut in Chronico ſcribit Euſebius, qui & annis 25 Urbis epiſcopum Petrum fuiſſe refert. Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium auctor eſt, primum omnium Petrum Romæ Chriſti prædicaſſe fidem, ſive Eccleſiam ibi fundaſſe. Hujus ſedis principium cadit in annum Claudij tertium, Chriſti 43, qui eſt ab ejus profectione proximus: cùm Paulus nondum eò perveniſſet; qui in Aſia, & Græcia, Macedoniáque interim procurabat Evangelium: atque anno poſt paſſionem Chriſti 25, Neronis 2, vinctus Romam adductus eſt, *f* ut teſtatur Hieronymus Chriſtianæ rei incrementa. *e* Euſ. 2. Hiſt. c. 24. Petri cathedra Romana. *f* Hier. Scrip. Eccl.

A. 37. Chriſti ad 68.

qui eſt annus Chriſti 56. Itaque diu ante Paulum Romam Petrus adiit.

*Prima perſecutio ſub Nerone.*

Paulus ab Nerone coram auditus, & abſolutus eſt. Sed cùm utriuſque, ut apparet, Apoſtoli ſtudio Romæ Chriſtiana fides adoleſceret, primus eam inſectatus eſt Nero. qui cùm Urbi, ut ſuprà dictum eſt, ſubjeciſſet ignes anno imperij 11, æræ Chriſtianæ 64, falsò ſceleris hujus in Chriſtianos derivavit invidiam. Ideo comprehenſi plerique, & horrendis affecti ſuppliciis *a* adeo ut nonnulli ſebo, adipe, ac pice obliti facium inſtar, in uſum nocturni luminis arſerint. Eodem ferè tempore Simon Magus, qui *b* Samariæ Chriſtianam religionem importante Philippo, ei nomen dederat, & ad maleficas artes poſtea redierat, Romam advenit, ac præſtigiis ſuis Romanos illuſit. *c* quem Petrus à Dæmonibus in aëra ſubvectum, ac volitantem, oratione ſua dejecit. Ob id Neronis juſſu tam ille, quàm Paulus capitis damnati ſunt 3. Kal. Jul. anno Chriſti 67, Neronis exeunte 13. *d* Petrus inverſis veſtigiis cruci ſuffixus eſt *e* Paulus eadem die gladio truncatus eſt.

*a* Tac. Ann. 15. Suet. 16.
*b* Act. 8.
*c* Arno. 2. Cyril. Cat. Chryſol. Ser. 47. 6. Sulp. l. 2. Chryſoſt. Hom. 18. in Acta. Ephræm. Serm. de Hæret. p. 803. & alij.

*Petri Paulique mors.*

*d* Ambr. in Pſ. 118. Oct. 21. Euſeb. 3. de Dem. p. 75. Aug. ſer. 28. de Sanct.
*e* Hier. de Scrip. Chryſoſt. Hom. 2. in epiſt. ad Rom.

Reliquorum Apoſtolorum acta, nulla ferè certa, ac fide digna hiſtoria comprehenſa in obſcuro latent. De Matthæo ſcribit *f* Irenæus, ſcriptum ab eo tunc Evangelium, cùm Petrus Romanam inſtituit Eccleſiam. Jacobum quoque minorem fratrem Domini, qui primus Hieroſolymorum antiſtes ab Apoſtolis ordinatus eſt, *g* anno ſedis ſuæ 30, Neronis ſeptimo, Judæi peremerunt. quod in annum incipit Chriſti 61. Jacobo ſucceſſit Simon, Petro Linus, qui hactenus Choreπiſcopus fuiſſe putatur.

*f* Iren. l. 2. c. 1.

*Iacobus minor.*

*g* Hier. de ſcrip. Eccl. Euſeb. Chro.

*Demonſtratur cathedræ Romanæ tempus.*

Utriuſque cathedræ tempus auctoritate nititur. Sed Romanæ intervallum plures, quàm Antiochenæ, teſtes habet. Hujus enim ſolus vindex eſt Euſebius in Chronico, qui ad annum ultimum Tiberij initium ejus adſcribit, à quo ſeptimo deinceps anno Romam profectum eſſe Petrum adnotat. Sed prior illa de Antiochenſi ſede lacinia germana non eſt; cùm nec in veteribus libris appareat; & abſurdè Petrum Antiochiæ doceat annos 25. manſiſſe. de Romana con-

Digitized by Google

ſtantiùs antiqui loquuntur, cujus finis in Petri nece factus eſt, anno Chriſti 67, Neronis labente adhuc 13, & inſtante 14: ſed is decimus quartus computatur ab Hieronymo, qui Apoſtolos ambos eo ipſo mortem obiiſſe ſcribit, eundémque numerat poſt paſſionem Chriſti 37. *a* Ad hæc Petrum ait annis 25 Romanam ſedem obtinuiſſe. Unde videri poteſt circa annum Chriſti 43 illius initium feciſſe: Antiochenæ verò ante annos ſex, Chriſti 37.

A. 37. Chriſti ad 68. Vide 11. de Doct. Temp. c. 13.

*a* Hier. de vir. Illuſt. & in Chr.

Neque verò Romanam tantùm Eccleſiam à Petro fundatam eſſe veteres produnt. Sed etiam Innocentius primus in epiſtola prima, *manifeſtum eſſe*, ait, *in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores, conſtituerint ſacerdotes. Aut legant*, inquit, *ſi in his provinciis alius Apoſtolorum invenitur, aut legitur docuiſſe.*

## *De Galba, Othone, Vitellio, Veſpaſiano, Tito, Domitiano: déque Hieroſolymorum excidio.*

## A 68 Chriſti ad 96.

PAullò ante Neronis obitum, *b* C. Julius Vindex, qui pro Prætore Galliam regebat, palam deficiens, Sergium Galbam Hiſpanias administrantem ad imperium capeſſendum impulit. quod ille, ſubinde interempto manu ſua Vindice, perſeveravit facere. *c* Ita ſublato Nerone, imperavit menſes circiter ſeptem, grandi jam natu: ac ſequente anno, Chriſti 69 ineunte, periit cum eo, quem adoptarat, Piſone: cùm jam M. Silvius Otho imperator acclamatus eſſet. Sed huic perbreve imperandi ſpatium fuit, ac trium circiter menſium.

CAP. IV. *b* Suet. Nero c. 40. & 41. Xiph.

*Galba.*

*c* Suet. Galba, Xiphil.

*Otho.*

Interim *d* Vitellius Germanicarum legionum, quibus Conſularis legatus præerat, fiducia, Imperatoris nomen uſurpat. & ad Bebriacum, Othonis levi prælio vincit exercitum. qui civilium

*d* Tac. 1. Hiſt. & 2. Suet. in Othone & Vitel. Plut. in Othone. Xiphil.

Digitized by Google

A. 68. Chriſti ad 96.

pertæſus armorum, voluntariam ſibi necem conſcivit Aprili circiter menſe, ætatis anno 37.

*Vitellius.*
*a* Sueto. Tac. Xiphil.

*a* Vitellius poſt Othonem imperium octo admodum menſibus geſſit eodem anno Chriſti 69. quod intervallum haud ſolus implevit. Nam Flavius Veſpaſianus, qui ad comprimendos Judæos à Nerone miſſus fuerat, adjuvantibus Tiberio Alexandro Ægypti præfecto, & Muciano Syriæ præſide, trium cæde principum quaſi fluctuans & incertum ſuſcepit imperium. *b* Primus Tiberius Kalendis Juliis anni Chriſti 69 legiones in illius verba ſacramentum adegit. iſque primus principatus dies in poſterum celebratus, ait Tacitus. *c* Decem annos imperium rexit ſumma æquitate, ac clementia. Obtrectantium libertatem, maximéque philoſophorum, patientiſſimè tulit. Helvidium tamen Priſcum Thraſeæ generum, ſecta Stoicum, & Prætorem, nimia ejus inſolentia coactus relegavit, ac juſſit occidi, tum Philoſophos, uno excepto Muſonio, urbe ſubmovit anno Chriſti 73. Ingenia, doctrináſque magna liberalitate complexus eſt. Primus enim Latinis Græcíſque rhetoribus è fiſco annua centena conſtituit. Sola in eo culpabatur pecuniæ cupiditas: quam tamen excuſare ſolebat ærarii fiſcíque inopia; aſſerens quadringenties millies opus eſſe ut reſpublica ſtare poſſet. Ea ſumma ad noſtram pecuniam redacta coronatorum circiter efficiet 107500000.

*Veſpaſianus.*
*b* Tac. Hiſt. 2.
*c* Suet. Xiphil.

Vide Par. 2. l. 4. c. 5.
*Hieroſolymitanum excidium.*
*d* Ioſe. 2. de Exc. c. 17. & ſeq.

Bellum eo Imperatore confectum eſt Judaïcum; ad quod privatus adhuc ab Nerone miſſus erat, ut ſuprà docui. Id à ſeditioſis quibuſdam ortum habuit; quorum *d* dux Eleazarus Ananiæ Pontificis filius; qui per ſpeciem religionis adversùs Romanos arma moverunt. Dehinc ſtrage ſuorum, qui à Cæſarienſibus, Scythopolitanis, aliíſque paſſim trucidabantur, efferata gens contra Romanos pertinacius contendit. Ceſtius Gallus Syriæ legatus Hieroſolymam obſidens, cum magna copiarum ſuarum cæde in fugam agitur *e* anno Neronis 12, Novembri menſe, Chriſti 65. Victores Hieroſolymam reverſi cùm alios belli duces eligunt, cum Joſe-

*e* Ioſe. l. 2. c. 24.
*Ioſephus hiſtoricus.*

Digitized by Google

phum Matthiæ filium. *a* Anno Chriſti 67 Veſpaſianus per Galilæam ac Judæam arma circumferens, præter oppida pleraque, ducem ipſum belli Joſephum in poteſtatem redigit: à quo & illi prædictum eſt imperium. Poſtremò caput gentis Hieroſolymam aggreſſus; mox interruptam Neronis, aliorúmque cæde principum obſidionem per Titum filium jam Auguſtus inſtaurat anno imperii ſecundo, Chriſti 70. per Azymorum dies, ac demum *b* Loi decimo, ſive Auguſti 5 die, Templo ſuccenſo, urbs eſt capta penitus, *c* Gorpiæi 8, qui Sept. 1 reſpondet, feria 7; ut Xiphilinus ex Dione prodidit.

A. 68. Chriſti ad 96.
*a* Ioſe. ll. de Exc. 1. c. 14. Suet. Xiph.
*b* Ioſe. 6. de Exc. c. 26.
*c* Id. lib. 6, 47.

Ea clades Judaicæ genti, ac nomini exitium attulit, tantáque vis calamitatis, ac tam multiplex malorum ſpecies fuit, ut appareret ob unius Filii Dei indigniſſimam necem pœnas iſtas eſſe perſolutas. *d* Nam & horrenda fames incluſos mœnibus in eam rabiem impulit, ut humanis veſcerentur carnibus; ac natorum etiam corpora matres abſumerent: & undecies centena millia, quod fando vix auditum erat, una illa obſidione perierunt. Urbs ipſa denique ſolo æquata; *e* cui & aratrum victor impreſſit. Anno imperii tertio, Chiſti 71, *f* Veſpaſianus cum Tito filio de Judæis triumphavit: ac tum Jani templum occluſit; & Pacis ædificare cœpit. Eodem anno tumultuantibus Alexandriæ Judæis, *g* Lupus præfectus templum ipſorum Onion dictum ab Onia pontifice, qui illud fundarat, obſtruxit. Dehinc Conſulatu ſuo nono, quem cum Tito filio geſſit, *h* deceſſit ex morbo, dum legationibus operam daret, aſſerens Imperatorem ſtantem mori oportere. Fuit hic annus Chriſti 79, dies, VIII. Cal. Jul. cùm annos vixiſſet 69, menſem 1, dies 7; imperaſſet annos decem.

*d* Ioſeph. lib. 7. de Excid. Dio 66.
*e* Hieron. in 8. Zach.
*f* Ioſeph. 7. c. 24. vel λδ΄.
*g* Id. cap. 30. vel λζ.
*h* Suet. Veſp. c. 24. Dio 66.

*i* Inter optimos Imperatores jure numeratur qui Veſpaſiano patri ſuffectus eſt Titus. etſi antequam imperaret, crudelitatis, avaritiæ, ac libidinis ſuſpectus fuerit. Sed qualeſcumque mores ſuos in principatu ſic in melius convertit, ut amor ac deliciæ generis humani vocari meruerit. Præcipua in illo manſuetudinis ac fa-

*i* Sueto. Xiphil. *Titus.*

A. 68. Chriſti ad 96.

cilitatis laus extitit. Nulli negare quicquam ſolitus aiebat, *Neminem à principe triſtem oportere diſcedere*. Cùm ſuper cœnam recordatus eſſet nihil ſe cuiquam eo die præſtitiſſe; *Amici*, inquit, *diem perdidi*. Eo imperante, anno Chriſti 80 ex Veſuvio monte ingens vis flammarum, ac mox cineris erupit. *a* Hæc verò in Africam, Syriam, & Ægyptum uſque pervaſit. Oppida periêre duo, Pompeii & Herculanum. Amphitheatrum & thermas ſuo nomine dedicavit.

*a* Xiphil. Plin. Jun. l. 6. Ep. 16.

Moritur anno Chriſti 81, Eid. Sept. poſt annos duos, ac menſes totidem, diéſque 20 quàm ſucceſſerat patri, *b* altero & quadrageſimo ætatis anno, non ſine dati ab fratre Domitiano veneni ſuſpicione.

*b* Suet.

*Domitianus.*

Incredibile ſui deſiderium Titus moriens Senatui, populóque reliquerat. Auxit id *c* Domitianus frater ejus, ac ſucceſſor, pæne omnium, qui hactenus fuerunt, ac deinde vixerunt, principum teterrimus. Atqui inter initia principatus clementiæ, juſtitiæque nonnullum ſpecimen ediderat. Sed mox indolem prodidit, ac ſævitia, rapacitate, luxuria æmulum ſe Neronis oſtendit. In muneribus ac ſpectaculis effuſus, quinquennale inter alia certamen inſtituit. Capitolino Jovi triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum anno Chriſti 86. Primus ſe Dominum, ac Deum appellari voluit. Initium imperandi cùm habuiſſet anno Chriſti 81, conſpiratione ſuorum opprimitur anno 96, decimo quarto Kal. Oct. anno ætatis 45, cùm imperaſſet annos 15, dies 6.

*c* Suet. Xiph.

*d* Suet. 4. Cenſor. c. 18.

## *De Chriſtiana re ab exitu Neronis ad ultimum annum Domitiani, ſive*

## A 68 Chriſti ad 96.

CAP. V.

CHRISTIANÆ res illius temporis haud magna in luce verſantur, ſcriptorum magis inopia, quàm quia, mandari quod poſſet literis, extaret nihil. Nam neque parva, neque ſcitu indigna credibile eſt Apoſtolos, ac Chriſti diſci-

Digitized by Google

A. 68. Chriſti ad 96.

pulos toto orbe geſſiſſe. ſed pleraque fabulis, & incertis narrationibus aſperſa ſunt. Tum nos præcipua tantùm capita rerum, non exactam ſingulorum hiſtoriam mandare huic libro decrevimus.

*Romani Pontifices.*

Petro ab Nerone interfecto, Romanam Eccleſiam Linus regendam ſuſcepit, ut *a* antiqui Scriptores aſſerunt. quibus ſuffragatur vetus Indiculus Romanorum Pont. Liberij tempore contextus, quem penes nos habemus. Huic annos 11, menſes 2 cum diebus aliquot aſſignant; ut anno Chriſti 78 deceſſerit. Cui Cletus deinde ſucceſſit, quem Anacletum vocat Irenæus, ut & Græci complures ac duodecim annis ſedit, menſibúſque ſeptem; & martyrium fecit anno Chriſti 19, ac ſucceſſorem habuit Clementem. *b* Anno porrò Domitiani 13, vel 14, Chriſtianum in nomen ardere perſecutio cœpit; in qua S. Joannes Apoſtolus in Patmon inſulam relegatus *c* ſcripſit Apocalypſim, *d* ſub exitum Domitiani: cùm anteà Romæ in fervens demerſus oleum illæſus abiiſſet, *e* quod ex Tertulliano Hieronymus approbat. Paſſi ſunt & Flavius Clemens Conſul Domitiani conſobrinus, & uxor ejus Flavia Domitilla ejuſdem Imperatoris cognata; quibus ἀθεότητος & Judaïſmi crimen impactum, ut ſcribit *f* Dio; Domitillam ait Euſebius, ſive Hieronymus in Chronico, Clementis Conſulis ex ſorore fuiſſe neptem: & eandem virginem Romanum Martyrologium nominat.

*a* Iren. l. 3. c. 3. Tert. Carm. con. Mar. l. 3. Euſeb. Chron. Epiph. hær. 28.
*b* Euſeb. Chron.
*c* Hier. de ſcrip. Eccl.
*d* Iren. l. 5 c. 30.
*e* Hier. l. 1. in Iovin.
*f* Dio l. 67.

*Hæretici.*

Hæretici porrò eodem intervallo complures extiterunt. præcipui verò Simon Magus à Petro Apoſtolo de ſublimi dejectus: Nicolaus, à quo Nicolaïtarum ſecta profluxit; *g* Hymenæus, Philetus, Phygellus, Alexander, quorum Apoſtolus meminit. *h* Ebion poſt excidium Hieroſolymitanum hæreſis ſuæ venena ſparſit, ut ſcribit Epiphanius. Menander item, ac Cerinthus temporibus iiſdem vixêre.

*g* 2. Tim. 1. & 2, & 4.
*h* Epiph. Hær. 30.

Digitized by Google

A 68 Chriſti ad 98.

## *De viris doctrina laude præſtantibus, qui ab ortu Chriſti ad Domitiani obitum ſæculo ferè integro floruerunt.*

CAPUT VI.

*Philo Iudæus.*
a Philo de Lega.
*Muſonius.*
*Tyaneus.*
b Sen. 63. ep.
*Seneca.*
c Strabo 13.
*Poëtæ celebres.*
d Ioſe. in fine lib. 20.
e Phot. cod. 33.
*Plinius.*
f Plin. Iun. l. 6. ep. 16.
*Aſconius & Quintilianus.*

Illuſtravit hanc ætatem Judæi Philonis eloquentia pariter, ac ſapientia: *a* qui publica pro Judæis Alexandrinis legatione functus eſt apud Caium Imperatorem. Tum Muſonius Tyrrhenus Vulſiniis oriundus, ſecta Stoicus, qui Neronis tempore vixit, ut ait Suidas. Apollonius Tyaneus Muſonij familiaris. Demetrius Cynicus multum ab *b* Seneca laudatus. Longè verò clariſſimus habitus eſt Seneca ipſe Stoicus, ac Neronis præceptor, & ab eodem mori coactus. Sub Tiberio floruit *c* Strabo Philoſophus pariter & Geographus ſcriptor. Sub Nerone Poëtæ celebres fuêre Lucanus; Silius Italicus: quo Nero Conſule mortuus eſt; Perſius Satyricus. Paulo pòſt ſub Domitiano, Martialis, Valerius Flaccus, Statius, Junenalis. Hiſtorici, Suetonius, Tacitus: inter Judæos *d* Joſephus, qui anno Domitiani 13, Chriſti circiter 93, Antiquitates Judaïcas abſolvit, ætatis anno 56, ut ipſe profitetur. Ita natus erit anno Chriſti 37, Cai Caligulæ primo; quod in vita ipſe ſua teſtatur. Ejus æqualis, & æmulus fuit Juſtus Tiberiadenſis, de quo *e* Photius. Veſpaſiano quoque principe extitiſſe fertur Q. Curtius politiſſimus hiſtoricus. Eruditionis variæ palmam tulêre, ſub Tiberio Grammaticus Appio Alexandria oriundus: Plinius ſenior, qui Titi anno 2, dum Veſuvii montis incendium propius, quàm tutum erat, intuetur, *f* extinctus eſt Chriſti anno 80. Plinius item junior illius ſorore natus ſub Domitiano, ac Trajano celebris fuit; eodémque tempore Quintilianus. Aſconius Pedianus Ciceronis interpres longè nobiliſſimus anno Veſpaſiani 7, ut ſcribit Hieronymus in Chronico, natus annos 73, luminibus captus, duodecim poſtea vixit annos.

*De Nerva,*

A. 96. Chriſti ad 138.

## *De Nerva, Trajano, & Hadriano, & quæ ab iis, vel eorum temporibus geſta.*

## A 96 Chriſti ad 138.

CAPVT VII.

*a* COcceius Nerva oppido Narnienſi genitus, grandi jam ætate poſt Domitianum ſuſcepit imperium anno Chriſti 96, & ad annum integrum, menſes 4, diéſque 11 adjecit, princeps optimus, ſed propter ætatem contemptus. Domitiani acta reſcidit; & quæ per vim & injuſtitiam erant adempta, reſtituit. Ita ſe demum in imperio vixiſſe dicebat, ut quo minus tutò privatus poſſet vivere nihil metueret. Sed ei ad compeſcendum militem auctoritas defuit. Itaque Domitiani interfectores, à quibus imperium acceperat, illo repugnante à Prætorianis jugulati ſunt. Ideo Trajanum Germaniam adminiſtrantem in filium adoptavit; cum quo *b* tribus vixit menſibus. Obiit 6 Cal. Febr. *c* cùm vixiſſet annos 65, menſes 10, dies 10. Eutropius annos vitæ ejus numerat duos & ſeptuaginta.

*a* Dio. 68. Aur. Victor. Eutr. Vide Par. 2. l. 4. c. 6.

*b* Victor.

*c* Dio.

Anno ergo duodecenteſimo Chriſti Ulpius Trajanus cepit imperium apud Agrippinam Coloniam, annum agens 42, ex urbe Tudertina oriundus, ut ſcribit *d* Victor. Eutropius Italicæ natum in Hiſpania memorat. Bellicæ vir rei peritus imprimis, ac ſtrenuus: prudens idem, moderatus, ac mitis; ut *Optimi* cognomen omnium conſenſu meruerit. Amicis eum culpantibus, ait Eutropius, quòd nimis circa omnes comis eſſet, reſpondit; *Talem ſe Imperatorem eſſe privatis, quales eſſe ſibi Imperatores privatus optaſſet.* Daciam Romanis provinciis addidit, victo rege Decebalo, qui ſuapte manu periit anno Chriſti 102. *e* In Orientem profectus, Armenios, Iberos, Colchos, Sarmatas, Oſrhoënos, Arabas, Boſphoranos perdomuit. In Parthos invectus, Seleuciam, Cteſiphontem, & Babyloniam, aliáſque ſubegit urbes. Sed dum

*Trajanus.*

*d* Dio. l. 68. Victor. Eutrop. e.

*Trajani autem dictum.*

*e* Dio: Euſeb. Chron:

A 96 Chriſti ad 138.

in mare rubrum navigat, omnes illi ferè populi defecerunt. quos ſtatim per ſeſe, ac per ſuos duces recepit. *a* Ingens illo imperante terræ motus Antiochiam evertit anno Chriſti 115, quo Coſſ. fuêre Meſſala, & Pedo: quorum hic ruina ſubitò eſt oppreſſus. Trajanus per feneſtram eductus vix evaſit. Judæi quoque Cyrenenſes in Romanos & Græcos omni crudelitatis genere graſſati ſunt per Ægyptum, atque Cyprum. quos Trajanus per Martium Turbonem infinita ſtrage compeſcuit. Tandem rebellantibus Parthis, qui ab Romano Imperatore datum ſibi regem expulerant, dum in illos arma molitur, in ægritudinem incidit: ob quam Selinuntem in Ciliciam delatus obiit iv Eid. Aug. anno Chriſti 117, ab eóque Trajanapolis urbs ipſa nomen accepit. Vixit, ut ſcribit Victor, annos 64. minus uno habet Eutropius. Imperavit annos 19, menſes 6, dies 15, ait *b* Dio.

*a* Dio.

*b* Dio. 68.

*c* Ælius Hadrianus Trajani conſobrinus, ejúſque popularis: (nam Italicâ ortum accepit) Plotinæ favore, quæ uxor Trajani fuit, imperare cœpit anno Chriſti 117, vir ingenio varius ac multiplex, & ad virtutes perinde atque vitia factus. Artium in eo ſtudium pene omnium fuit, etiam minutiſſimarum, quarum peritos, tanquam æmulos, obterere conſueverat. Præſtanti idem memoria, & in obeundis provinciis aſſiduus ac diligens. Itaque tantum terrarum nemo peragravit. Mortuo Trajano Parthis Armenia, Aſſyria, Meſopotamia ceſſit; Daciam quoque relicturus: niſi tot Romanorum civium, quæ illic erant, millia perdere eſſet veritus.

*c* Spart. Dio. 66. Victor. Eutrop. 8. par. 2. l. 4. c. 6. *Hadrianus.*

*d* Sub hoc Judæi tumultuantes primùm à Martio Turbone compreſſi ſunt anno ejus imperii ſecundo. Poſtea Hieroſolymam inſtauravit, quam Æliam Capitolinam vocavit, eóque coloniam deduxit: atque in eodem loco ubi Templum ſteterat, alterum in honorem Jovis conſtituit. Quæ res Judæorum animos ita commovit, ut ad arma converſi atrociùs, quam unquam aliàs, bellum excitarint, duce Barcocheba, contra quos Hadrianus cùm alios belli peritos

*Hadrianus Hieroſolymam inſtaurat.* *d* Spart. Diod. 69. Xiphil. Euſeb. Chron. Oroſ. 7. c. 13.

Imperatores, tum Julium Severum è Britanniis accivit: à quo paulatim oppreſſi Judæi, & internecione deleti ſunt. Cæſa Judæorum eo bello quingenta octoginta millia ſcribit Dio; præter innumerabilem multitudinem, quam fames, morbus, aut incendium abſumpſit: adeo ut Palæſtina pæne ad ſolitudinem redacta ſit. Ex illo tempore Hieroſolymam adire Judæis ſub pœna mortis vititum fuit; *a* niſi quòd uno quotannis die lugendi gratia adire conceſſum eſt. Belli hujus exitus in annum Chriſti 135 incurrit, quo Hadrianus imperii viceſimum iniit.

A 96 Chriſti ad 135.

*a* Greg. Naz. Orat. 12.

*b* Ad extremum ævo jam ingraveſcente, morbiſque confectus, prole cùm careret, Ceionium Commodum Verum adoptavit quem Ælium Verum nominavit, ac Cæſarem fecit anno Chriſti 137. At is Cal. Januar. anni ſequentis extinctus eſt, ut ſcribit Spartianus. Hadrianus itaque affecta valetudine Arrium Antoninum, qui poſtea Pius eſt dictus, adoptavit, ea lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum Ælii Veri filium, & Marcum Aurelium Antoninum. Demum occiſo Serviano ſororis ſuæ viro nonagenario, aliiſque plurimis, cùm vitæ tædio ſibi mortem afferre tentaſſet, apud Baias periit in conſpectu Antonini Pii, vj Id. Jul. anno Chriſti 138, *c* cùm vixiſſet annos 62, menſes 5, dies 17, imperaſſet annos 21, menſes 11.

*b* Spart. Diod. 69. Eutrop. Vict.

*c* Diod. 69. Xiphil. Spart. Vide 11. de Doct. Temp. c. 21.

## *De Antonino Pio, M. Aurelio, Vero, Commodo.*

## A 138 Chriſti 292.

*d* ANtoninus Pius adoptatus ab Hadriano, Romanæ rei præfuit anno Chriſti 138, tanta virtute ac bonitate, ut exempla omnia ſuperarit. Patris enim potiùs affectu, quàm principis, rempublicam tractavit; atque orbem terrarum ſine bello, quamdiu imperavit, ſola auctoritate rexit: ideóque cum Numa comparatus eſt. Hunc exteri, ac longinqui reges, & populi, adeo veriti ſunt, ut controverſiarum ſuarum arbitrium ab eo poſcerent: In èos qui con-

CAP. VIII. *Antoninus Pius.*

*d* Capitolinus Victor. Eutr. 8.



Digitized by Google

A. 138 Chriſti ad 192.

a Capitol.

tra ſe conſpiraverant inquiri vetuit. Moritur *a* anno ætatis 70, imperii 24. Victor annos ætati illius aſſignat 72. In 161 porro Chriſti annum mors ejus incidit, Nonáſque Martias, cùm cœpiſſet anno 138, ex ante diem ut Eid. Jul. Ita viginti duos annos cum octo ferè menſibus geſſit imperium.

*M. Aurelius.*

Poſt hunc imperavit M. Antonius Verus, Pii gener. Hujus enim filiam Valeriam Fauſtinam in matrimonium habuit. Is ab ineunte ætate cum cæteris artibus, tum ſapientiæ ſtudiis excultus, hanc ipſam non minùs vita, moribúſque, quàm ſermone, ac profeſſione præ ſe tulit. Principiò L. Ælium Verum, cui Lucillam filiam collocarat, imperii participem fecit. ac tum primùm duo Imperatores Auguſti nomine rempublicam geſſerunt. *tantúmque hujus rei & novitas, & dignitas valuit, ut Faſti Conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem Conſulem*, ait

b Spart. in Vero Eutrop. 8.

*b* Spartianus. Ambo igitur ad undecimum annum communiter imperarunt, ut idem teſtatur cum Eutropio, vitæ inſtitutis inter ſe diſſimillimi. Nam Verus iners, luxúque perditus, ac parum civili ingenio fuit, quod fratris reverentia

*Verus.*

c Capitol.

moderabatur. *c* à quo miſſus adverſus Parthos, quadriennio toto per duces ſuos rem proſperè geſſit. Itaque de Parthis ambo triumpharunt. Marcomanicum poſtea bellum ab iiſdem ſuſcipitur. Sed in ipſa profectione Verus apoplexia correptus inter Concordiam, & Altinum periit anno Chriſti 171, ſi undecimum imperii annum attigit: vel 169, ſi nonum haud exceſſit. Nam utrumque refert Euſebii Chronicon. Solus ergo

*Marci Aurelii virtus.*

cum Marcomanis, quibus Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi, ac barbari ſe omnes adjunxerant, M. Aurelius triennio conflixit, ait Eutropius, ac periculoſiſſimo bello perdomuit. *d* In quo ſiti

d Xiphil. Euſ. Chron. & 5. Hiſt. c. 3.

aliquando laborantem exercitum Chriſtiana legio impetrata de cælo pluvia recreavit; quod ſub annum Chriſti 174 contigiſſe Euſebius oſtendit. Ad hujus belli ſumptus, exhauſto ærario, ne quem exactionibus oneraret, imperatoriam omnem ſupellectilem, ornatúmque diſtraxit; & poſt victoriam, emptoribus, qui reddere com-

Digitized by Google

parata vellent, pretia reſtituit. *a* Avidius Caſſius falſo mortis illius allato rumore tyrannidem cepit, ac poſt tres menſes occiſus eſt. M. Aurelius annis 19, menſibus undecim in imperio tranſactis, apud Vindobonam, ſive Viennam morbo eſt extinctus anno Chriſti 180, natus annos 59, ait Victor. quippe editus eſt in lucem, avo ſuo Vero & Augure Coſſ. auctore Capitolino, qui in annum competunt Chriſti 121.

A 138 Chriſti ad 192.
*a* Volcat. Gallus.

*b* Optimo patri nequiſſimus filius ſuffectus eſt Aurelius Commodus Antoninus, crudelitate, libidine, avaritia, fœdis, & imperatore indignis artibus Neroni ſimillimus. Cum Germanis initiò rebus compoſitis, Romæ triumphavit. Idem Lucillam ſororem, quæ cum aliis pleriſque contra ſe conſpirarat, occidit, Perenni præfecto Prætorio quæſtionem habente. qui & ipſe poſtea ſimili in culpa deprehenſus capite pœnas luit. Exinde Prætorio præfecti ſunt duo, Perennis potentiæ ſucceſſit Cleander populo propter ſævitiam & avaritiam inviſus: qui exorta ſeditione juſſu Commodi interemptus eſt. Denique ſuorum inſidiis, quibus necem deſtinarat, opprimitur anno imperii exacto duodecimo, ſuperque menſibus 9, ac diebus 14, ait Xiphilinus cùm vixiſſet annos 1, menſes 4. *c* Siquidem natus eſt patre M. Aurelio, L. Vero Coſſ. anno Chriſti 161. mors autem ejus incidit in annum Chriſti 192, pridie Kalendas Januarii.

*b* Xiphil. Capitol. Herodia. *l.* Victor. Eutr. *Commodus.*

*c* Lampr.

## *Chriſtiana res, & à quibus vel ſanguine, vel ſtilo ſub illis Principibus defenſa, tum qui inter Gentiles doctrinâ celebres. item Hæretici.*

CAP. IX.
*S. Clemens.*

TRAJANO rerum potiênte non ſtatim in Chriſtianos nova indicta perſecutio eſt; ſed Domitiani edicto ſemel orta martyres aliquot dedit, è quibus inſignis fuit S. Clemens Rom. Pont. *d* qui anno tertio Trajani mortuus eſt. cùm ſediſſet annos 9, menſéſque ſex. cui ſucceſſit Anacletus.

*e* In Bithynia verò C. Plinius Proconſul de

*d* Hieron. de Script. Eccl.
*e* Plin. l. 10. Ep. 98. Euſeb. 3. Hiſt. c. 33. & in Chron. ex Tert. Apol.



Digitized by Google

A 96 Chriſti ad 191.

*Perſecutio Trajani.*

Chriſtianis habita quæſtione, cùm eos falſis criminibus paſſim accuſari deprehendiſſet, ex Trajani reſcripto inquirere deſiit: ſic ut oblatos tantùm, obſtinatóſque puniret.

*a* Euſeb. Chron. & 3. hiſt. c. 32. & ſeq.

Porro anno Trajani circiter decimo, tertia ab eodem *a* mota perſecutio eſt, in qua Simeon Cleophæ filius annos natus 120 cruci ſuffigitur. necnon Ignatius Romam ex Aſia perductus in amphitheatro leonibus objicitur anno Chriſti 108. & errat videlicet Maximus martyr, qui quod Dionyſius in cap. 5. de Divinis Nominibus Ignatium citat, ante Domitianum necem ejuſdem Ignatii collocat. Oneſimus item S. Pauli diſcipulus Epheſi Epiſcopus pro Chriſto patitur: & Anacletus Papa cùm ſediſſet annos 9, menſes 3. quem Evariſtus excepit.

*b* Acta SS. Fauſt. & Iov.

Trajani perſecutionem ſucceſſor ejus propagavit Hadrianus, & in martyres plurimos ſævit. Evariſtus Papa ſub illo cæſus, Alexandro cædem reliquit: quam hic anno Hadriani 15. martyrio perfunctus Sixto tranſmiſit: *b* cùm jam Fauſtinus, & Jovita, Brixiani illius juſſu necati eſſent circa annum ejus 4.

*Iuſtinus Martyr.*

*c* Euſeb. l. 4 hiſt. c. 10. Hier. de ſcript.

Imperante Antonino Pio Juſtinus Martyr *c* Apologeticum unum edidit; alterum M. Aurelio, & L. Vero: quorum ſub initium illuſtre martyrium obiit.

*Polycarpus.*

*d* Iren. l. 3. c. 3. Euſeb. l. 4. hiſt. c. 14. & ſeq. & in Chron.

Romani verò Pontifices pro Chriſto cæſi ſunt, Sixtus anno ſecundo Antonini, cùm annos ſediſſet propemodum decem: Teleſphorus anno ejuſdem 14: Hyginus anno 18. Aurelii vero anno 5 paſſus eſt Pius. *d* Huic ſucceſſit Anicetus, occiſus & ipſe anno illius 13. Eo Eccleſiam adminiſtrante, Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus Romam adiit, ac paulò pòſt circa annum ſeptimum M. Aurelii, egregium in Aſia pro Chriſto certamen obiit. In eadem provincia paſſus eſt & Pionius. Soter poſt Anicetum Romæ cùm ſediſſet annos 4, agonem implevit, eíque ſubrogatus eſt Eleutherus anno circiter M.

*e* Euſeb. l. 5. Hiſt. c. 1. & ſeq.

*Lugdunenſes Martyres.*

Aurelii 17, *e* quando in Galliis ferali Imperatorum edicto Chriſtiani complures occiſi ſunt, inter quos Lugdunenſes martyres excelluerunt; præſertim Photinus Epiſcopus, Attalus, Ale-

xander medicus, Blandina. *Ac tum primùm* (ait *a* Severus) *intra Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta*. Id anno evenit Chriſti 177. Paſſa eſt Romæ quoque ſub Aurelio *b* S. Felicitas cum filiis ſeptem. Chriſtianam fidem contra gentiles & hæreticos ſtilo propugnarunt eodem ſæculo quàm plurimi. Velut *c* Agrippa Caſtor, qui ſub Hadriano contra Baſilidem hæreticum ſcripſit: Quadratus, & Ariſtides Athenienſis, qui pro Chriſtiana religione apologeticos edidère eodem imperante.

A 96 Chriſti ad 192.
*a* Lib. 2.
*b* Martyrol. Rom.
*c* Euſeb. 4. Hiſt. Hier. de ſcript.

Æqualis item fuit illorum Papias Joannis auditor; & Hegeſippus, qui ſub Aniceto & Eleuthero vixiſſe Romæ ſcribitur ab Hieronymo, hoc eſt Imperatoribus M. Aurelio, & Commodo. quando & Melito Sardenſis, & Apollinaris Hierapolitanus, & Dionyſius Corinthius Epiſcopi; nec-non Athenagoras Athenienſis philoſophus, pietatis & doctrinæ famam latè ſparſère.

*Scriptores Eccleſiaſtici, Papias.*

Inter gentiles philoſophus inſignis habitus eſt ſub Trajano Chæronenſis Plutarchus, ac Dio Pruſæus: ſub Hadriano Phavorinus; Euphrates Stoïcus, *d* qui morbi ac ſenectutis tædio cicutæ hauſtu vitam finiit, Hadriano permittente. Sextus item, Agathobulus, & Oenomaus. *e* Sub Antonino Pio Taurus Berytius Platonicus vixit: tum Arrianus Nicomedienſis philoſophus, & hiſtoricus; Maximus Tyrius; Apollonius Chalcidicus Stoïcus; Baſilides Scythopolitanus, qui omnes M. Aurelii præceptores fuère. quo imperante Peregrinus philoſophus cognomento Proteus, apud Piſas per Olympicum ludicrum extructo rogo ſeipſum cremavit Olympiade 236, ut ſcribit Euſebius in Chron. meminit & Lucianus peculiari libro, quem de ejus more confecit. *f* Menelaus Mathematicus Trajani anno primo Lunam in ſpica Virginis notavit anno Chriſti 98. Paulò poſt, ſub Hadriano & Antonino Ptolemæus aſtronomiæ princeps extitit.

*d* Xiphil. & Euſ. Chron.
*e* Capitol. Euſ. Chron.
*Peregrinus.*
*f* Ptol. l. 7. p. 170. Græc.

Eruditi ingenii, ac ſermonis primas tenuère Trajano Imperatore C. Plinius junior: *g* Dio Pruſæus, quem Trajanus mirificè coluit: *h* Po-

*g* Philoſtr. Euſ. Chron.
*h* Suid.



Digitized by Google

A 96 Chriſti ad 192.

lemo Laodicea, quæ eſt ad Lycum, oriundus, Rhetor, & Sophiſta, Ariſtidis magiſter, qui & ipſe ſub Hadriano floruit: Fronto inſignis orator: Philoſtratus Lemnius: Herodes Atticus, *a* qui imperantibus Trajano, Hadriano, & Antonino celebris fuit. Hermogenes Tarſenſis, quem Suidas prodit, ſub Marco anno ætatis 18 rhetoricam magna cum admiratione profeſſum, anno 24 omnium prorſus oblitum, nulla, quod quidem appareret ægritudine, in extrema inſcitia conſenuiſſe: Phlegon Hadriani libertus, *b* qui ad Olympiadem 229, hoc eſt Hadriani obitum, & annum Chriſti 137, opus ſuum produxit. Eadem tempeſtate Galenus medicinæ princeps habitus eſt.

*a* Suid.

*b* Suid.

Hiſtorias edidêre, Pauſanias Herodis æqualis, Appianus, Juſtinus, Ælianus Præneſtinus, qui Græcos ipſos ſuapte elegantia ſuperavit. Lucianus item; & qui illum imitatus eſt Apuleius, circa hæc tempora vixiſſe creduntur. Juriſconſulti Trajano, & Antonino imperantibus memorantur Neratius Priſcus, Domitius Labeo, Salvius Julianus, Voluſius Mætianus. *c* Grammatici, Aper, Pollio, Eutychius, Proculus Siccenſis, Aulus Gellius.

*c* Capitol.

*d* Hæretici ſub Trajano & Hadriano, Elxai, qui ſe ad Oſſenos adjunxit, ut ait Epiphanius, Saturninus Antiochenus, Baſilides Alexandrinus, Carpocrates; à quibus nefanda Gnoſticorum ſecta profluxit: Prodicus; nec non Marcio Ponticus, quem circa annum Chriſti 134, hoc eſt extrema tempora Hadriani, virus ſparſiſſe ſuum *e* oſtendimus. Sub Antonino fuerunt Ophitæ, Cainani, Sethiani, Apelles, Valentinus, qui circa annum Chriſti 153 Romam advenit; Cerdo; Tatianus Juſtini martyris diſcipulus; *f* Cataphrygum hæreſis auctore Montano, & Priſcilla, Maximillâque inſanis feminis M. Aurelio imperante naſcitur, ut annales teſtantur.

*d* Euſ. 4. hiſt. Epiph. Hær. 19, 27. & ſeq. *Hæretici.*

*e* Vide animad. ad Epiph. p. 83. Iren. l. 3. c. 4. Euſ. 4. hiſt. c. 10.

*f* Euſeb. Chr. Epiph. Hær. 48.

Sunt & hæreticis annumerandi Bibliorum interpretes, qui illo ſæculo vixêre, duo: Aquila ſemi-Judæus homo, ac ſemi-Chriſtianus: quem ad tempus Hadriani refert *g* Epiphanius; &

*Interpretes ſcripturæ Græci.*

*g* Epiph. de Menſ. & Pond.

Digitized by Google

Svmmachus, qui ſub M. Aurelio ſcripſit. Ab his non longè abfuit Theodotio, *a* ut olim animadvertimus.

A 193 Chriſti ad 235.

*a* In Animad. ad Epiph. p. 399.

## *De Commodo, Pertinace, Iuliano, Severo Caracalla, Geta, Macrino, Alagabalo, Alexandro.*

### A 193 Chriſti 235.

*b* OCciſo Commodo, anno ineunte Chriſti 193, P. Helvius Pertinax ab iiſdem, qui Commodum oppreſſerant, Imperator eſt factus. Qui cùm rempub. optimis inſtitutis regere, ac militari cupiditati obviam ire vellet, intra octogeſimum octavum diem è medio ſublatus eſt. Cujus obitu fluctuantem, & quaſi caducam imperii poſſeſſionem licitari auſus eſt Didius Julianus. Sed poſt menſes 2, dies quinque, quod integrum donativum repræſentare non poſſet, ab iiſdem deſtitutus, Septimii Severi juſſu necatur.

CHAP. X.

*b* Herod. 2. Xiphil. Capitol. Eutr. Victor.

*Pertinax.*

*Iulianus.*

*Severus.*

*c* Hic enim oriundus Africa, tùm Pannoniæ præeſſet, per ſpeciem ulciſcendi Pertinacis imperium arripuit. Ac primum Prætorianos ob indignam illius necem à ſuis circumventos exauctoravit. tum Peſcennium Nigrum Syriæ, Clodium Albinum Britanniæ præfectos, & imperii competitores ſingillatim aggreſſus eſt. Primus Niger acie ſuperatus, Antiochia, quò ſe receperat, capta, ad Euphratem fugiens interemptus eſt, ut ſcribit Herodianus. Spartianus haud procul Cyzico interfectum refert. Oppreſſo Nigro, Byzantium, quod in ejus fide perſtabat, triennali obſidione Severus expugnavit, ac muris & libertate ſpoliatum Perinthiis contribui juſſit anno circiter imperii quinto.

*c* Spart. & alii ſuperiores.

*Byzantium captum.*

Rebus in Oriente pacatis, vertit in Occidentem arma contra Clodium Albinum, quem hactenus Cæſaris oblata dignitate ſibi conciliarat. Cum eo ad Lugdunum in Gallia congreſſus, cæſis utrimque plurimis, ipſóque inter alios Albino, ſolus rerum potitus eſt. urbs direpta &

*Albinus.*

*Lugdunum everſum.*



Digitized by Google

A 193 Chriſti ad 231.

incenſa caput Albini Romam miſſum; in ejúſque fautores & amicos acerbiſſimè ſævitum eſt.

Hinc denuò profectus in Orientem, Parthos, Adiabenos, Arabáſque devicit: Alexandrinis Buleutarum jus dedit: Plautiano interim Romæ omnia gubernante; cujus filiam Plautillam Antonino filio deſponderat. Nuptiæ deinde anno Severi circiter decimo celebratæ ſunt; *a* ac tantum dotis numeratum, quantum Reginis quinquaginta ſatis eſſet. Verum paullo poſtea, anno circiter Chriſti 204, Plautianus idem contra Imperatores conſpirans, ab Antonino genero interimitur, & complures poſt eum interfecti qui illi ſtuduerant.

*a* Spart.

Severus in Britannias abiit anno imperii 15, cum duobus filiis, Baſſiano, quem Antoninum cognominarat, & Auguſtum anno circiter imperii ſeptimo fecerat; ac Geta Cæſare adhuc, an Auguſto. Ibi quatuor circiter annis re proſperè confecta reſedit; & muro per tranſverſam inſulam ducto eam munivit. Ibidem denique majoris filii inſidiis haud ſemel appetitus, Eboraci moritur prid. Non. Febr. anni Chriſti 211, *b* cum imperaſſet annos 17, menſes.., dies 3. Moriens ſeptem annorum canonem reliquit; ſic ut quotidiana modiorum quinque & ſeptuaginta millia poſſent expendi: olei verò, quantum Italiæ toti per quinquennium ſufficeret.

*b* Xiph.

*c* Antoninus Caracalla, & Geta, duo Severi filii, pari jure poſt parentis obitum ad imperium evecti ſunt, anno, ut dictum eſt, Chriſti 211. quorum ex indolis morúmque diſſentione perpetua diſcordia fuit. Miti erat, ac civili, ut ferunt ingenio Geta; truculentus alter, & furore præceps, à quo anno imperii altero, ut è Xiphilino conſtat, Chriſti 212, in ipſo ſinu matris per colloquii ſpeciem frater eſt occiſus anno ætatis 23. Cæſa poſtea eſt amicorum illius ac fautorum ingens multitudo. In his Papinianus Juriſconſultus, quòd parricidium illius excuſare legibus nollet. Poſt hæc in Orientem abiit Antoninus. Alexandriæ verò ingentem civium ſtra-

*c* Spart: Herod. 4. Xiphil. Eutr. Victor.
*Caracalla & Geta.*

*Papinianus.*

gem edidit, quòd in ipſum aliquando dicta jeciſſent. Artabanum Parthorum regem fraudulenter invaſit, ac regnum ejus populatus eſt. Annis demum à patris obitu ſex, menſibus duobus exactis, ab Opilio Macrino Præfecto Prætorio per Martialem centurionem interficitur Edeſſam inter & Carras, vi Eid. Apr. ut ait Xiphilinus, anno Christi 217, ætatis illius 29, eodem auctore; Spartianus 43 imputat.

A 193 Chriſti ad 235.

*a* Macrino poſt annum, menſéſque duos quàm imperium aſſumpſerat, à militibus occiſo, unà cum Diadumeno filio, imperavit Aurelius Antoninus Alagabalus Varius, ex Jovis, vel Solis ſacerdote, Caracallæ filius vulgò, ſed falsò creditus, anno Chriſti 219. Hic mortalium omnium fœdiſſimus fuit: adeo ut in mulierem, abjecta virilitate, ſponte ſe deformaret: & quidvis corpore ſuo pateretur. Igitur annis tribus, menſibus novem exactis, conſenſu militum cum matre Semiamira, ſive Julia, cæſus anno Chriſti 222, unco impacto, in cloacam, inde in Tiberim tractus eſt anno ætatis 18, ut narrat Xiphilinus. plerique duos annos & menſes aliquot aſſignant imperii, vitæ 16. ſed Xiphilino magìs aſſentimur: cujus ratio, cùm de Alexandro dictum eſt, *b* alibi eſt reddita.

*Macrinus.*
*a* Capitol. Lamprid. Herodian. Xiph. Victor. Eutrop.
*Alagabalus.*

*c* Anno Chriſti 222 M. Aurelius Severus Alexander ad imperium pervenit, cum jam Cæſar eſſet anno ſuperiore factus: princeps longè omnium optimus, ac pace bellóque præſtantiſſimus. Summam vel in dicendo, vel à Judicibus exigendo jure diligentiam adhibuit, in eóſque, qui favore aut corruptela juſti fines excederent, ſeverius animadvertit. adulatores, ſcurras, & aulicorum dedecora procul amovit; Magiſtratus venales eſſe prohibuit, aſſerens non poſſe fieri, quin quod emiſſet aliquis, hoc venderet. Itaque provinciarum rectoribus, ne populis oneri eſſent, inſtrumentum ex ærario præbebat.

*b* Par. 2. l. 4. c. 6. & 7.
*Alexander.*
*c* Iidem.

Idem à Chriſto non abhorruit. cui cum divinos honores habere, ac templum condere per Senatum minimè licuiſſet, eum in larario coluit. Uſus eſt in adminiſtrando jure clariſſimo-



Digitized by Google

A 193 Chriſti ad 235.
a Lamprid. Zoſimus 1.
*Ulpianus.*

rum ejus ſcientiæ virorum induſtria *a* Ulpiani, Pomponii, Celſi, Modeſtini, Pauli, Proculi, Venuleii. Ex his Ulpianus ad Præfecturam Prætorii provectus, militari ſeditione interemptus eſt, ut affirmat Zoſimus. Sed & bellicam laudem pacis artibus adjecit. *b* Eo quintum jam annum imperante, Artaxerxes Perſa cùm Parthos tribus prœliis ſuperaſſet, interfecto rege eorum Artabano, Perſarum in Oriente inſtauravit imperium. ex quo Magi in pretio eſſe cœperunt, ut ſcribit Agathias. Hunc Romanos fines incurſantem fruſtra literis abſterrere conatus Alexander, in eum duxit exercitum, vicitque, ut ex Actis Senatus docet Lampridius, ac triumphavit 7. Cal. Oct. etſi longè alia Herodianum ſcripſiſſe idem referat. Hac functus expeditione, novam contra Germanos ſuſcepit: in qua conſpiratione paucorum militum occiditur *c* Moguntiaci cum matre, qui ſe, quamdiu vixit, ad invidiam uſque morigerum præbuit. Ita Lampridius, Herodianus & Zoſimus à Maximino, qui tyrannidem uſurparat, cum matre juſſum interfici prodit. In anno Chriſti factum eſt 235. *d* Imperavit annos paullo plus 13. vixit novem & viginti, cum menſibus 3.

b Herodia. 6. Agath. 1. p. 61. Vide par. 2. l. 4. cap. 7.
*Perſi imperium recuperant.*

c Hieron. in Chron. & Euſ. Oroſ. 7. c. 18.

d Lamprid. in Alex. Herod. 6. &c. Zoſim. 1.

## *De Chriſtiana re per illorum Imperatorum tempora, & illuſtribus pietate, ac doctrinâ viris.*

CAP. XI.

EOdem, quo Commodus interemptus eſt, anno Eleutherus Papa moriens Victorem genere Afrum ſucceſſorem habuit. *e* Qui Theodotum Byzantinum coriarium de Chriſto pravè ſentientem ejecit ab Eccleſia: ortámque de Paſchate controverſiam cùm Romæ, tum aliis in locis indictis Synodis compoſuit. *f* Quinetiam Aſianos Judaïco more celebrare perſeverantes, à communione ſegregare voluit. Sed hunc Irenæus ab eo conſilio deduxit. *g* Gravis eo ſedente procella perſecutionis in Chriſtianos incubuit? quam anno Severi decimo Euſebii Chronicon aſſignat, Chriſti 202. Per hanc

e Euſ. 5. Hiſt. c. 27.

f Euſeb. ib.
*Quæſtio de Paſchate.*

g Euſeb. 6. hiſt.
*Perſecutio Severi.*

Digitized by Google

Leonides Origenis pater, Alexandriæ; *a* Irenæus Lugduni cum omni ferè populo ſuo paſſus eſt. cujus perſecutionis quædam in Africa velitatio fuit, *b* Saturnino primùm, deinde Scapula provinciam illam adminiſtrante.

A 193 Chriſti a 235. *a* Martyr. Rom. iun. 28. *b* Tertul. in Scap.

Alexandro Imperatore pacem habuit Eccleſia. Nam & Chriſtianis ille faviſſe dicitur. Verùm cùm eos in conſilium adhiberet, qui ut juris peritiſſimi, ita Chriſtianis iniquiſſimi erant: nonnullæ martyrum cædes extiterunt. *c* quos inter Cæcilia claruit, cum Tiburtio, & Valeriano. Urbanum quoque, qui Zephyrino ſubrogatus annum ſeptimum agebat in Pontificatu, gladius abſtulit.

*c* Martyr. S. Cæciliæ.

Eadem tempora quâ inſigni ſanctitate, quâ doctrina fecerunt illuſtriora *d* Pantænus è Stoïco Chriſtianus, qui cum Alexandrinæ ſcholæ præfuiſſet, Indias Evangelii proferendi cauſſa petiit, ac ſub Severo & Caracalla floruit: Rhodon Aſianus Tatiani diſcipulus ſub Commodo, ac Severo: Clemens Alexandrinus auditor Pantæni, & Originis magiſter: Miltiades, & Apollonius, qui contra Montanum, ac Priſcillam, & Maximillam ſcripsêre: Apollonius Senator, qui pro Chriſtiana religione apologiam in Senatu recitavit, ejúſque decreto capite truncatus eſt, imperante Commodo: Polycrates Epheſiorum Epiſcopus, qui Victori Pontifici pro quartadecimanis vehementius obſtitit. In Africa Tertullianus Severo & Caracalla principibus: Romæ Minucius Felix: Origenes Alexandriæ. qui quidem anno Commodi ſexto, Chriſti 185 circiter in lucem editus, Severi decimo anno, decimum ſeptimum ætatis agebat annum, quando *e* Leonides ejus pater martyrium obiit, ut narrat Euſebius. Eminebat & Julius Africanus, ad quem Origenes de Suſanna ſub Alexandro ſcripſit: Gregorius Thaumaturgus; Heracles Alexandrinus Epiſcopus; Ammonius Chriſtianus in eâdem urbe Philoſophiam profeſſus, cujus auditor fuit Plotinus Lycopolitanus, teſte Porphyrio in illius vita. De his, ac cæteris, quos omittimus, conſulendus eſt præſertim S. Hieronymus.

*d* Hieron. de Script. *Tertullianus.* *e* Euſeb. 6. Hiſt. c. 3. & in Chron. Hier. de Script. Eccl. *Origenes.*

Digitized by Google

A 235 Chriſti ad 276.

## *De Maximino, Gordianis, Philippo, Decio, Gallo, & Voluſiano, Valeriano, Gallieno, Claudio, Aureliano, Tacito, Tyrannis 30, nec non Odenato & Zenobia.*

## A 235 Chriſti ad 276.

CAPUT XII. *a* Lampr. Herodia. 7. Sextr. Victor. *Maximinus.* Vide Par. 2, l. 4. c. 7.

MAximinus *a* Gotho patre, Alana matre genitus, ſive occiſo, ut Herodiano placet, Alexandro; ſive poſt ejus necem nulla ſua fraude patratam. Imperator factus eſt anno Chriſti 235. qui confectò proſperè bello Germanico, apud Sirmium hyemavit, ac dirè interim Romæ per Præfectos ſuos graſſatus eſt; pluréſque maximè nobilium interfecit. Inter hæc Gordiani ambo pater & filius, Carthagine imperium uſurpant. Romani, auctore Senatu, à Maximino deficiunt; & legati ubique mittuntur, qui provincias in Senatus poteſtate continerent. Romæ verò vigintiviri ad tuendam rempublicam delecti ſunt. Gordianis in Africa poſt annum ac dies aliquot à Maximini duce Capeliano cæſis, Balbinus & Maximus Pupienus ex vigintiviris à Senatu ad imperium provecti ſunt anno Chriſti 237: quo Maximinus, dum Aquileiam obſidet, à militibus interfectus eſt cum filio adhuc puero, poſt annos duos, ac menſes aliquot in ſumma poteſtate tranſactos.

*Gordiani.*

*b* Capitol. Herod. 8. Eutrop. 9. *Balbinus. Pupienus. Gordianus.* *c* Zoſim. 1.

*b* Balbinus, & Pupienus cum Gordiano puero Gordiani illius, quem in Africa cum filio periiſſe ſuprà memoravi, nepote, ut Capitolinus ait; ut autem Eutropius, filio; annum ſolidum tenuère rempublicam. *c* Poſtea Gordianum, & quo favore ſuperabantur, amoliri cupientes, à militibus trucidati ſunt anno Chriſti 238. quo ex tempore Gordianus ſolus imperavit magno omnium favore, natus annos vel 11, vel 13, vel 16. (id enim ambiguè proditum eſt) optima & ad omnem virtutem facta puer

Digitized by Google

indole : quam Miſithei doctiſſimi ac diſertiſſimi viri, cujus filiam duxerat, prudentia temperabat : quo cum, aperto Jano gemino, magnis copiis contra Perſas tendit anno imperii quinto, ab iiſque Carras, Niſibin, aliáque oppida recepit, & eoſdem in regionem ſuam compulit. Anno inſequente Philippi Arabis inſidiis ſublato Miſitheo, paulò pòſt Gordianus ij ſe ſeditione per corruptos milites ab eodem concitata Philippo, perimitur, *a* cum ſexennium regnaſſet, anno Chriſti 244. Cujus in locum ille ipſe parricida ſucceſſit; qui pace cum Sapore conſtituta Romam rediit. Hujus anno quarto labente, quo Conſul ipſe tertium, filius ejus Philippus Cæſar ſecundum fuêre, *b* Romæ ludi ſæculares, anno Urbis vertente milleſimo, celebrati ſunt, Chriſti 248. circa meſſis tempus, ut ex *c* Zoſimo colligitur. Quinque demum annis in imperio decurſis, ſextum auſpicatus ſenior Veronæ Philippus, Romæ junior à militibus jugulantur, anno Chriſti 249; cum jam purpuram ſumpſiſſet.

A 235 Chriſti ad 276.

*a* Vict. Euſeb. Zoſim. 1.

*Philippus.*

*b* Vide lib. 11. de Doct. Temp. c. 25.

*c* Zoſim. 2.

*d* Decius ex inferiore ortus Pannonia, excellente vir animi virtute, ac bellandi uſu præditus: ut eum Victor prædicat. imperavit eodem teſte menſes 30 & contra barbaros pugnans, in promiſcua turba paludis hauſtus gurgite periit, ſic ut ne cadaver quidem inveniri potuerit. Galli, ut ſcribit Zoſimus, fraude cum barbaris occultè conſpirantis, ea clades eſt accepta. Decii filius eodem bello eſt extinctus anno 251.

*d* Victor. Zoſ. Eutrop.

*Decius.*

*e* Gallus inde Hoſtilius limitanei in Mœſia dux exercitus militari ſuffragio creatus imperator, ac Voluſiano filio in conſortium aſſumpto, poſt biennium, ac menſes 4. cum eodem ab militibus trucidatur apud Interamnam, dum adverſus Æmilianum res novas in Mœſia molientem pergeret. Id anno evenit Chriſti 254. *f* Eo imperante, peſtilens morbus, quantus nunquam antea, totum penè vaſtavit orbem anno Chriſti 252. in quo Chriſtianorum etiam adverſus perſecutores ſuos caritas enituit.

*Gallus, & Voluſianus.*

*e* Victor. Eutr. Zoſim. l. 1 Oroſ. 7. cap. 21.

*f* Euſeb. 7. Hiſt. c. 17. Cyp. de mortal.

Perſæ verò Orientalem limitem armis invadentes Antiochiam diripuêre. Scythæ in Aſiam

A 233 Chriſti ad 276.

transgreſſi latè omnia populati ſunt. Quibus ſtrenuè Æmilianus obſtitit, & iis repreſſis, imperium militaribus ſuffragiis eſt ademptus, occiſo, uti dictum eſt, Gallo. *a* Tertio poſteà menſe, Æmiliano ſublato, rerum potitus eſt Valerianus cum Gallieno filio, quo cum annum ſeptimum libavit imperii. ac multis per id tempus barbarorum incurſionibus res Romana lacerata eſt. Auctor eſt S. Auguſtinus epiſtola 80, barbarorum impreſſiones Gallieno imperante *tales fuiſſe, ut mundi finem appetere putare poſſent*. Tyranni quoque complures variis in locis exorti; qui triginta numero percenſentur à Trebellio Pollione. Cùm igitur adverſus Scythas, à quibus capta Calchedon, Nicæa ſuccenſa, Epheſinæ Dianæ templum crematum fuerat, Valerianus iiſſet; indéque contra Saporem Orientali limiti infeſtum progreſſus eſſet; ab eo captus, & vilis more mancipii habitus eſt, ut quoties equum conſcenderet, incurvato eo pedem cervicibus ejus imponeret. Demum *b* illum cute nudari, ac ſaliri juſſit, ut teſtatur Euſebius. Ea clades in annum Chriſti incidit 260. Secundùm quam Odenatus Palmyrenorum decurio, cui Zenobia nupſerat, *c* Perſas Romanis finibus ingruentes fortiter compreſſit, ac Romanam rem ſuſtinuit, cùm regium ſibi nomen aſſumpſiſſet.

*a* Trebel. Eutr. Victor. Zoſim. l. 1. Oroſ. 7. c. 22.

*b* Euſeb. Orat. Conſtan. ad Sanc. c. 24. Agath. l. 4. p. 129.

*c* Trebell.

*Gallienus.*

*d* Interim Gallienus luxu nequitiiſque perditus lacerari undique tam à barbaris, quàm ab tyrannis paſſus eſt imperium. Ad hunc cùm Odenatus, capta Niſibi, & Carris, vindicata Meſopotamia, Perſarum rege fugato, cæſíſque quamplurimis, vinctos Satrapas miſiſſet, quaſi viciſſet ipſe, triumphare non erubuit. Ea Odenati victoria Coſſ. Gallieno & Saturnino ab Trebellio notatur; qui eſt annus Chriſti 264. Paucis poſt annis Odenatus Imperator à Gallieno renunciatus, inſidiis conſobrini ſui unà cum Herode filio trucidatus eſt, cujus uxor Zenobia virilis animi femina ſuſcepit imperium. Gallienus à Martiano, & Cecropio ducibus contra Aureolum tyrannum excitus, ad Mediolanum occiditur cum fratre Valeriano. Imperavit annos cum patre ferè ſeptem, ſolus octo.

*d* Trebell. Victor. Eutr. Oroſ. 7. c. 22.

*Odenatus.*

*Zenobia.*

Digitized by Google

*a* Anno itaque Chriſti 268 Claudius circiter 9. Cal. Apr. ut ex Trebellio conſtat, imperare cœpit, frugi, ac moderatus, & utilis reipublicæ princeps, qui Aureolo ſublato tyranno, contra Gotthos egregiè pugnavit. Horum cæſa conſtat trecenta viginti millia, navium duo millia depreſſa. quod reliquum barbarorum fuit, ad Hæmimontum fames, ac peſtis abſſumpſit, *b* Anticiano, ſive Antiochiano, & Orfito Coſſ. qui in annum congruunt Chriſti 270. Paullo pòſt eâdem peſte contactus moritur Claudius, poſtquam anno 1, menſibus paullò plus 9 imperavit, Euſebio & Caſſiodoro teſtibus. Verùm cùm anno 270 illum deceſſiſſe Trebellius confirmet, videtur biennium ferè clauſiſſe; alioquin fine anni 269 mortuus eſſet.

A 231 Chriſti ad 276. *Claudius.* *a* Trebell. Victor. Eutrop. Zoſim. l. 1. Oroſ. 7. cap. 20.

*b* Trebell.

Frater illius Quintillus cùm imperium uſurpaſſet, poſt dies 16 à militibus obtruncatus eſt: à quibus jam electus erat *c* Aurelianus obſcuro genere editus, ſed inter laudatiſſimos principes ab ethnicis numeratus; niſi quod ad crudelitatem fuit propenſior. Ab eo victi ſunt Alemanni, & Marcomani, à quibus maximam cladem Romani priùs acceperant: ob quam Sibyllinos adeundos libros Aurelianus cenſuit; quod tertio Eid. Jan. anno Chriſti 271 contigiſſe ex Vopiſco conſtat. Romam poſt victoriam veniens plurimos interfecit è Senatoribus. Muros urbis amplificavit. In Orientem profectus Zenobiam vicit, & in triumpho duxit cum Tetrico tyranno; quo apud Catalaunos in deditionem accepto Gallias recuperaverat. Utrumque poſtea vivere paſſus, hunc Lucaniæ Correctorem fecit, illam in Urbe retinuit: à qua Zenobiam familiam propagatam eſſe ſcribit *d* Hieronymus. Auctor eſt Aurelius Victor primum illum è Romanis Imperatoribus innexuiſſe diadema capiti ſuo, ac gemmis, & aurata uſum eſſe veſte. Idem porcinam carnem largiri in populum inſtituit. Periit anno imperii vertente quinto, Chriſti ineunte 275, fraude Mneſthei ſecretariorum notarii, ad Cænophrurium, inter Byzantium, & Heracleam. Eo mortuo *e* interregnum fuit menſium circiter ſeptem, quod diligendo Im-

*Quintillus.*

*Aurelianus.* *c* Vopiſcus. Victor. Eutrop. Zoſim. Oroſ. 7. c. 23.

*Zenobia capta cum Tetrico.*

*d* Hier. Chron.

*e* Victor.

A 235 Chriſti ad 276.

peratore Senatum inter & milites amica, & ad hanc diem rara eſſet orta contentio, eas mutuò ſibi partes utriſque deferentibus, *a* tandem ab Senatu 7. Cal. Octobr. creatus eſt.

*a* Vopiſc. Eutr. Zoſim. Victor.

*Tacitus.*

Tacitus, vir egregiè moratus, & tractandæ reipublicæ imprimis idoneus: qui ad Hiſtoricum Tacitum genus ſuum referebat. At idem *b* ducenteſimo pòſt die apud Tarſum febri mortuus eſt, eíque Florianus ejus frater cùm ſucceſſiſſet, ab majori exercitus parte imperator factus eſt Probus: Florianus intra dies 60 inciſis ſponte venis obiit anno Chriſti 279.

*b* Victor.

## *De Chriſtianis rebus ac perſecutionibus, nec non hæreticis, tum claris pietate, vel ſanctimonia, aut eruditione viris, qui à Maximino ad Aureliani uſque tempus extiterunt.*

CAP. XIII. *Maximini perſecutio.*

*c* Euſeb. l. 6. Hiſt. c. 28. & in Chron. Oroſ. 7. c. 19.

*Decii perſecutio.*

MAximus *c* ſtatim atque imperio potitus eſt, in Chriſtianos ſæviit, ac ſextam, uti vulgò computant, perſecutionem inſtituit. In ea Pontianus Rom. Pont. martyrium obiit, eíque ſuffectus Anterus paulo plus uno menſe functus, ineunte Chriſti anno 236. eundem martyrii titulum obtinuit.

*d* Euſeb. 6. Hiſt. c. 32. Oroſ. 6. c.

*Origen idolis ſacrificat.*

*e* Epiph. Hær. 64. Vide & Animad. noſtras.

*d* Septimam verò perſecutionem Decius ipſo imperii exordio, Chriſti circiter anno 258 commovit. in qua Fabianus Pont. Romæ cæſus eſt Januarii 20, cùm ſediſſet annos 15. In ea perſecutione comprehenſus *e* Origenes, ne infanda pateretur, thus idolis adolere maluit, ac Tyrum inde ſecedens, anno pòſt quinto moritur ſub Valeriano & Gallieno, ætatis undeſeptuageſimo, ut ex Euſebio colligitur. Tyri porro mortem obiiſſe fidem facit *g* Hieronymus. Anno Decii ultimo, Chriſti 251, cùm Romana ſedes annum amplius vacaſſet, Fabiano ſubrogatus eſt Cornelius: contra quem *h* Novatianus ſchiſma conflavit à pauciſſimis ſuæ partis electus. ad quem ſe Novatus epiſcopus ex Africa veniens adjunxit; quem plerique cum Novatiano promiſcuè habent.

*f* Euſeb. Hiſt. 7. c. 1.

*g* Epiſt. 55. ad Pammach.

*h* Cypr. Ep. 55. Epiph. Hær. 59.

Digitized by Google

Sub Decio cùm alii complures paſſi ſunt, tum Agatha in Siciliâ; Alexandriæ Apollonia, quæ ſe ardentem in rogum injecit, ut ſcribit *a* Euſebius.

Eodem imperante Decio, ejúſque anno 1, vel ſecundo, Chriſti 250: hoc eſt Decio & Grato Coſſ. ait *b* Gregorius Turonenſis S. Saturninum Toloſæ epiſcopatum iniiſſe, cum eóque miſſos eſſe Gratianum Turonorum, Dionyſium Pariſienſium epiſcopum: & hunc ibidem cum Ruſtico & Eleutherio mortem pro Chriſto ſubiiſſe.

Cui ſuffragatur Auctor vitæ S. Audomari apud Surium die ix. Sept. Qui refert Fuſcianum & Victorinum S. Dionyſii ſocios eodem prædicaſſe tempore Chriſti fidem, quo S. Quintinus apud Ambianenſes idem factitabat. At illi Novembris xj, Maximiano imperatore paſſi ſunt. Non multum igitur Maximiani tempus Dionyſii anteceſſit obitus; hoc eſt quinquaginta circiter annis.

Eandem Chriſtianî populi carnificinam, qui Decio ſucceſsêre, proſecuti ſunt Gallus, & Voluſianus. Itaque Cornelius Papa poſt annos 2, menſes totidem Romæ paſſus eſt; eíque Lucius eſt ſuffectus; qui ſub Valeriano & Gallieno cæſus, Stephano ſedem reliquit.

Per idem tempus clariſſimum Africanæ lumen Eccleſiæ Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus floruit; qui Philippo Aug. III, & ejus filio Cæſare II Coſſ. hoc eſt anno Chriſti 248, ad Epiſcopatum evectus eſt. *c* Nam ſcribit poſt quatuor, quàm ſedere cœpit, annos, ortum eſſe in Africa ſchiſma Feliciſſimi, ſub ipſum Cornelii Romani Pontificis exordium, quod anno Chriſti 251 congruit.

*d* Stephano ſedente, ſub annum Chriſti 256, Carthagine concilium Epiſcoporum à Cypriano celebratur: in quo baptiſmus hæreticorum pro falſo habitus eſt, repetíque juſſus; quod ipſum & Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia, Dionyſius Alexandriæ decreverunt. Sed iis omnibus Apoſtolica auctoritate reſtitit Stephanus. Hanc verò qualemcumque labem pòſt paullo cruore ſuo S. Cyprianus diluit, Valeriano &

A 335 Chriſti ad 276.
*Novatiani ſchiſma.*
*a* Vide Euſ. 16 Hiſt. c. 41.

*b* Greg. Tur. l. 1. Hiſt. c 30.
*S. Dionyſius Pariſienſis Epiſcopus.*

*S. Cyprianus.*

*c* Cypr. Ep. 55.

*d* Cypr. Epiſt. 70. & ſeq. Aug. de Bapt. contr. Don. Vincent. Lirin.
*Synodus Carth. de iterando baptiſmo hæreticorum. Cypriani martyrium.*

Digitized by Google

A 235 Chriſti ad 276.

*a* Acta Paſſ. S. Cypr. Hieron. de Script.

Gallieno Imperatoribus : à quibus inſtaurata perſecutio eſt anno circiter quarto imperii ſui, Chriſti 257, hoc eſt Valeriano IV, Gallieno III Coſſ. ut *a* Acta paſsionis S. Cypriani teſtantur. Hoc enim anno in exilium pulſus, ſequenti Chriſti 258, pro Chriſto vitam finiit 18 Cal. Oct. Ita decem ſolidos annos, ac menſes aliquot in epiſcopatu tranſegit.

*S. Laurentius.*

Eadem Valeriani perſecutio primùm Stephanum Papam annis 2, menſibus 3 obito Pontificatu : inde ſucceſſorem ejus Sixtum poſt annum 1, menſes ferè 2 abſtulit anno Chriſti 258, octavo Eid. Aug. quartóque poſt die S. Laurentium, inde Hyppolytum, aliόſque non paucos.

*b* Euſeb. 7. hiſt. c. 13. Oroſ. 7, c. 22.

Sed hujus crudelitatis meritas ſubinde pœnas Valerianus exſolvit, captus à Perſis, & ad pudenda vel mancipio coactus obſequia, ac demùm cute nudatus, ut antea meminimus, *b* Gallienus, paterno doctus exemplo perſequi ultra Chriſtianos vetuit.

*c* Euſeb. 7. hiſt. c. 8. Epiph. Hær. 65.

*Paulus Samoſatenus, & Sabellius.*

*d* Euſeb. 7. hiſt. c. 22. 23. & 24.

Externo repreſſo domeſticus Eccleſiam turbo jactavit. *c* Paulus Samoſatenus Antiochenus epiſcopus Sabellium æmulatus, qui Ptolemaide in Lybia nefarium adverſus ſanctiſsimam Tritatem dogma paullò antè vulgaverat, Filii & ipſe divinitatem oppugnare cœpit. *d* Contra quem prima Antiochiæ Synodus eſt habita ſub annum Chriſti 260; cui Firmilianus Cæſarienſis, Gregorius Neocæſarienſis, & ejus frater Athenodorus interfuerunt. Sed tum ſubdola tergiverſatione Patrum ſtudia Paulus eluſit. Poſtea verò altero in Concilio Antiochiæ celebrato damnatus, ac ſede ſua deturbatus eſt : qua cùm cedere nollet, interpellato, qui tum imperabat, Aureliano, vi detruſus eſt anno Chriſti 270. Tum enim noſtris ab rebus haud alieno erat Aurelianus animo : qui biennio pòſt, Chriſti 272, nona, ut plerique computant, perſecutione graſſatus, innumerabiles martyres fecit. cui finem Tacitus impoſuit, ut *e* Charitonis martyris acta teſtantur.

*Aureliani perſecutio.*

*e* Surius 28. Sept.

*S. Paulus heremita.*

Eidem ſæculo ſplendorem attulit Paulus Heremitarum ſignifer; qui, Decio Chriſtianos inſe-

ſtante, per occaſionem vitandæ necis *a* ſpeluncam adiit: in qua ſolitariam vitam amplexus eſt, anno ætatis 23, Chriſti 250 qui annus & Magnum Antonium in lucem ędidit, ut ex Hieronymo colligitur. *b* Dionyſius item Alexandrinus *c* obiit anno Gallieni 12, ait Euſebius: nec non Gregorius Thaumaturgus. E gentilibus Plotinus Philoſophus ſub initium Aureliani, hoc eſt anno circiter Chriſti 270 moritur, ut ex Porphyrio in ejus vita colligitur.

A. 251 Chriſti ad 276.
*a* Hier. in Paulo.
*b* Idem in Chron.
*c* Euſeb. 7. hiſt. c. 28.

Suidas illum refert ſenem ſub Gallieno admodum vixiſſe, atque hujus auditorem Amelium fuiſſe, Amelii Porphyrium, hujus Jamblichum; Porphyrium verò Aureliano imperante floruiſſe, & ad Diocletiani uſque tempora perveniſſe. Verùm Eunapius Porphyrii condiſcipulum, non magiſtrum, facit Amelium; unà cum Origene, & Aquilino, ac Porphyrii ætatem ad Aurelianum, ac Probum perducit, qua & Dexippum hiſtoricum vixiſſe memorat. Longinus præterea inter ſæculi iſtius eruditiſſimos cenſetur; à quo Porphyrium inſtitutum, & eo affectum nomine: cùm prius Malchus vocaretur: idem auctor eſt Eunapius. Sed & Zenobia ad Græcas literas magiſtro eodem uſa Longino eſt, quem propterea Aurelianus juſſit occidi, ut ſcribit Vopiſcus.

*Longinus.*

## *De Probo, Caro, Numeriano Carino, Diocletiano, Maximiano, Conſtantio Chloro, & Armentario.*

## A 276 Chriſti ad 304.

CAP. XIV.

TACITO, *d* ac Floriano ejus fratre mortuis, M. Aurelius Probus militari conſenſu ad principatum extollitur anno Chriſti 276, è Pannonia Sirmienſi, vir omni laude cumulatus. Nam & bello præclarus, & incorruptis moribus fuit. Qui ſimul atque renuntiatus eſt Auguſtus, in eos milites animadvertit, qui Aureliano manus attulerant. Hinc Gallias adiens ſexaginta de barbaris oppida recuperavit, & eorum

*d* Vopiſcus. Victor. Eutrop. Idatius in faſtis. Zoſim. 1.
*Probus.*

Digitized by Google

ſeptingenta millia propemodum occidit. Pacatis Galliis recepit Illyricum; ac Getas populos ſubegit omnes. In Orientem vero profectus Perſas bello laceſſivit; iiſque ſuperatis, & expugnatis aliquot urbibus, dum in Italiam rediens per Illyricum iter faceret, Sirmii à militibus eſt occiſus, quos ob nimiam ſeveritatem infenſos habebat, anno Chriſti 282, imperii ſeptimo, quem menſibus circiter 4 inchoarat.

*a* Vopiſcus. Victor. Eutrop. 9. Zoſim. 2. Oroſ. 7. c. 14. *Carus, Carinus, & Numerianus.*

Suffectus eſt Probo *a* M. Aurelius Carus Narbonæ ortus in Gallia: qui ſtatim Carinum & Numerianum filios Cæſares creavit, & Carino ad tuendas Gallias miſſo, cum Numeriano contra Perſas tetendit in Orientem. Ibi ſubacta Meſopotamia, ad Cteſiphontem uſque progreſſus, ictu fulminis exanimatus eſt anno circiter imperii uno vertente, Chriſti 283. Numerianus patris obitum ægrè ferens nimio fletu ocularem in morbum incidit: ac dum in lectica vehitur, Apri ſoceri inſidiis oppreſſus eſt anno Chriſti 284.

*b* Ibid. *Carinus.*

*b* Carinus patris, fratríſque diſſimilis, ac ſceleribus, flagitiíſque contaminatiſſimus vixit. Nam ab eo probrum nullum abfuiſſe; nullum in eo virtutis, ac bonæ mentis veſtigium fuiſſe dicitur. Quamobrem ſummis æquè ac minimis inviſus, aliquanto poſt patris mortem tempore, non magis cum Diocletiano, quàm cum publico in ſe odio luctatus eſt, perveníτque ad annum Chriſti 285, hoc eſt alterum ab eo, quo Diocletianus imperare cœpit. Tum enim apud Margum Mœſiæ oppidum à ſuis proditus, ab exercitu Diocletiani victus interemptúſque eſt.

*c* Victor. Eutr. 10. Euſeb. Chr. Faſti Siculi. Oroſ. 7. c. 25. *Diocletianus. Maximianus.*

*c* Anno igitur Chriſti 284. Septembri circiter menſe, Diocletianus, qui antè Diocles vocabatur, poſt extinctum Numerianum, oblatam ab exercitu purpuram accepit, natus in Dalmatia obſcuro genere, (fuiſſe quippe libertus Anulini Senatoris traditur) ſed militari fortitudine præſtans. Is prima ſtatim concione juravit nulla ſua fraude Numerianum occidiſſe, ac ſubinde interfectorem ejus Aprum manu ſua peremit: eóque

Digitized by Google

vaticinium illud implevit, quod olim acceperat, tum ſe Imperatorem fore, cum aprum ſua manu occidiſſet. ex quo in venatu, quoties in aprum inciderat, eum per ſeſe venabulo conficere ſolebat. Tum verò poſtquam Aprum interemit, fatalem ſe denique aprum inveniſſe jactavit. Poſtea ruſticos in Gallia tumultuantes, qui ſe *Bacaudas* nominabant, miſſo Maximiano Herculio, compeſcuit anno 285, quo Cæſar primum hic eſt factus. Nam ſequenti 286 Auguſtum eundem creavit ex Cæſare Diocletianus Cal. Apr. quod ſcribit Idatius, ut labentem quâ barbarorum, quâ tyrannorum graſſatione rempublicam fulciret. Quippe ſub idem tempus & Carauſius occupatus Britanniis; & Achilleus in Ægypto purpuram ſumpſerant; & ab Oriente Narſes imminebat Perſarum rex; & à Quinquegentianis Africa vaſtabatur. quibus undique ſævientibus procellis aliquot annos jactatus eſt Romanus orbis. Ergo *a* anno 7 imperii, Chriſti 291, ut omnibus occurreret, duos Cæſares creavit Conſtantium Chlorum, qui Claudii II nepos per filiam traditur, ait Eutropius; & Galerium Maximianum in Dacia natum haud procul Sardica; qui Armentarius cognominatus eſt, quod armentorum paſtor fuiſſet. Hos ut affinitate ſibi jungerent, Diocletianus Veleriam filiam Armentario; Maximianus Herculis Theodoram privignam Conſtantio collocavit. Inde quadrifriam partito bello, Diocletianus in Ægyptum; Herculius in Africam; Armentarius in Orientem; Conſtantius in Britanniam profecti ſunt Ab his omnibus, longis & laborioſis expeditionibus Romanus pacatus eſt orbis. Diocletiani anno imperii 12 labente, Chriſti 296, ut in Chronico teſtatur Euſebius, obſeſſa menſibus octo Alexandria, captáque, cum Ægypto rediit ad obſequium.

Carauſius ab Alecto ſocio poſt annos, quàm defecerat, ſeptem interemptus eſt; anno Chriſti 293. *b* Ita Britanniæ decimo anno recuperatæ, ait Eutropius. Eodem tem-

A 276 Chriſti ad 304.

*a* Idat. *Cæſares creati à Diocletiano Conſtantius & Galerius Maximianus.*

*b* Eutrop.

Digitized by Google

A. 276 Chriſti ad 304.

pore & Quinquegentiani à Maximiano Herculio perdomiti; & Galerius Armentarius à Narſeo victus, à Diocletiano arroganter exceptus, ſequenti *a* anno Chriſti 297, acceptam ignominiam ultus eſt, fuſis Perſarum copiis, ac Narſei conjugibus, ſororibus, liberíſque captis. *b* Ideo revertentem honorificè Diocletianus in Meſopotamia ſuſcepit.

*a* Idat.

*b* Eutrop. 9. Victor.

*c* Demum poſt magnificum de tot confectis bellis triumphum Romæ ab utroque Auguſto celebratum, ambo depoſita purpura eodem die Calend. April. ut auctor eſt Idatius, privati facti ſunt, Diocletianus Nicomediæ, Mediolani Maximianus. Sed ille ſponte, ſive ingraveſcente jam ætate fatiſcens; ſive Chriſtianæ rei, cui par opprimendæ non erat, tædio fractus, Salonas in hortos ſeceſſit. Maximianus auctoritate magis collegæ, quàm voluntate, idem ut faceret adductus eſt. Id anno 20 Diocletiani, Chriſti 304 contigit, quo Coſſ. fuêre Diocletianus IX. Maximianus VIII, ut ſcribit Idatius. qui & Auguſtos eadem hora renuntiatos ait eſſe Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximianum Armentarium: Cæſares verò duos alios Severum, & Galerium Maximinum ſorore Armentarii genitum, ut ait Victor.

*c* Idem & Zoſim. Euſeb. 8. Hiſt. c. 13 & in Chron. Oro. 7. c. 25.

*Diocletianus, & Maximianus purpuram ponunt.*

Conſtantius ita cum Galerio Maximiano Romanorum orbem partitus eſt, ut huic Illyricum, Aſia, Oriénſque cederet, Conſtantio Gallia, Italia, & Africa. qui poſtea Italiam, & Africam collegæ remiſit. Itaque Maximianus Severum Italiæ, Maximinum Orienti præpoſuit. Conſtantinus interim Conſtantii Chlori filius obſes à patre Diocletiano & Galerio Maximiano traditus, cùm ab eodem patre repoſceretur, variis à Galerio periculis objectus, clámque dilapſus, Geſſoriacum ad patrem profugit, Ita ſcriptor quidam Anonymus, quem manuſcriptum penes nos habemus.

De

# *De Chriſtiana religionis ſtatu ab anno Chriſti 276, quo Probus eſt exorſus, ad Conſtantij Chlori obitum, & initium Conſtantini, hoc eſt annum 305. vel 306 Vbi de perſecutione Diocletiani, Donatiſtarum origine, & pleriſque ſanctitate, ac doctrina inclytis.*

CAP. XV.

PAucis iis annis, quos hoc capite complectimur, maximi in Eccleſiam motus extiterunt. Ipſo Probi Imperatoris exordio, hoc eſt ſecundo ejus anno, Chriſti 277, Manichæorum hæreſis erupit, ut in Euſebiano Chronico legitur. ubi & ærarum aliquot annis tempus idem notatur, Antiochenorum, Laodicenorum, &c. Hunc annum Probo & Paulino Coſſ. inſcriptum a Leo Papa illius præfinit origini. Quo tempore Archelaus Caſcharæ in Meſopotamia Epiſcopus ſanctitate, & eruditione florens Manetis ſe furori ſtrenuè ac conſtanter objecit.

*Manichæus.*

a Leo Hom. 2. de Pent. Vide Epiph. Hær. 66. & Animd. noſtras Cyr. Cat. 6.

b Sub Diocletiano verò gravis, & quanta hactenus non fuerat, in Chriſtianos exorta perſecutio eſt, ſub extremum illius imperij tempus. Etſi longè eum antè ſævire in illos cœpiſſe ex Actis S. Sebaſtiani colligit Baronius. c quem anno 2 Diocletiani paſſum vult cum Tiburtio, Chromatio, aliiſque.

*Diocletiani perſecutio.*

b Vide Par. 2. & l. 4. c. 9.

c Apud Sur. Ian. 20.

Sed vehementius illud exarſit incendium anno ipſo labente Diocletiani 18, ſive ut d Euſebius putat, 19, quem à Paſchali menſe numerare incipit. Igitur per eos dies, quibus Paſſionis Dominicæ memoria colitur, Imperatores edicto juſſerunt Eccleſias dirui, & ſacros libros ad incendium tradi: tùm ut Chriſtiani honoribus functi gradu ſuo deciderent; cæteri capite minuerentur. Innumerabilis ergo pro Chriſti fide vario cruciatuum genere conſumpti ſunt. quorum Euſebius nonnullos recenſet: ut Procopium apud Cæſaream Palæſtinæ, Alphæum, Zacchæum, &c paſſim verò Eccleſiaſticis in tabulis illius temporis martyria leguntur: velut Marci,

d Euſ. in Chron. & Hiſt. 8. Oroſ. 7. c. 25.

*Martyres varij.*

A 276 Chriſti ad 304.
*Martyres varij.*

& Marcelliani; Coſmæ, & Damiani fratrum; Vincentij; Agnetis; Luciæ; Mauricij, ac legionis Thebæorum. Marcellinus item Papa an. Chriſti 304. redactis jam in ordinem Imperatoribus, 6 Cal. Maii pro Chriſto mortem pertulit. Anno quippe perſecutionis altero ambo Imperatores imperio ſe abdicarunt, ait Euſebius.

*Traditores ſemen Donatiſtarum.*
*a* Optatus l. 1. Aug. 3. con Creſc. c. 26.

Porro qui metu, pœníſve fracti ſacros libros tradiderunt, *Traditores* in Africa vocati ſunt. quod ſemen Donatiſtarum ſchiſmatis poſtmodum fuit. *a* Ac primùm Cyrthæ in Numidia Concilium ab infamibus pleriſque iſto crimine celebratum eſt epiſcopis, cui Secundus Tigiſitanus Primas Numidiæ præfuit. In eo vitandi cauſſa ſchiſmatis Traditores recepti ſunt, anno Chriſti 303.

*b* Euſeb. Chr. Hier. de Script.
*Viri docti, & pij.*

Neque martyrum cruore tantùm, ſed eruditione quoque nobilitata eſt Eccleſia. *b* Sub Probo enim vixit Anatolius Laodicenus vir doctiſſimus. Sub Caro & Diocletiano Pierius Alexandrinus Presbiter; Pamphilus, qui ſub maximino poſtea paſſus; Lucianus eadem perſecutione cæſus; Methodius Olympi Lyciæ, ac deinde Tyri epiſcopus, qui ſub Diocletiano martirium obiit. alij ſub Decio, & Valeriano putant, ut refert Hieronymus. Sed prius placet: quandoquidem & contra Porphyrium, & contra Origenem ſcripſit: quorum ille ad Diocletianum uſque pervenit: hic Decio ſupervixit; Arnobius, qui ſub Diocletiano Siccæ rhetoricam docuit, & Chriſtianus poſtea factus eſt; ejúſque diſcipulus Lactantius. Ex gentilibus Poëtæ ſub Caro, & Diocletiano celebrati ſunt Calpurnius Siculus, & Nemeſianus. Hiſtorici Lampridius, Capitolinus.

Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ

## LIBER SEXTUS,

In quo anni continentur ab 304 Chriſti ad 491.

***De Conſtantino Chloro, & ejus filio Conſtantino, Licinio, & horum inter ſe bellis, déque Indictionum origine.***

### A 304 Chriſti ad 337.

CAPUT I. Par. 2. l. 4. c. 10.

DIOCLETIANO, & Maximiano ſponte privatum ad genus vitæ redactis anno Chriſti 304, eodem anno, ac die, hoc eſt Cal. Apr. ut auctor eſt *a* Idatius, Julius Conſtantius Chlorus, & Galerius Maximianus Armentarius è Cæſaribus *b* Auguſti, & Imperatores facti ſunt. quorum ille Galliis, & Britanniis contentus fuit: hic Romanum reliquum poſſedit orbem cui adminiſtrãdo cùm ſolus intentus eſſe non poſſet, curam illius cum duobus partitus eſt, Severo, & Galerio Maximino in Illyrico natis: hoc verò ſororis filio. quos etiam Cæſares creavit *c* eodem, quo Conſtantinus Cæſar eſt appellatus tempore; hoc eſt anno 305, vel 306. Severo Italia; Oriens Maximino permittitur; Maximianus in Illyrico reſedit.

*a* Idatius in faſt.

*b* Eutrop. l. 10. Victor. Schotti, & in Cæſ. Oroſ. 7. c. 25. Zon.

*c* Victor. Schotti. Anonymus ſcriptus. Victor. Schotti.

*Conſtantius Chlorus.*

Conſtantius Chlorus, vel uno tantùm anno, vel biennio, ut pleriſque placet, Auguſta digni-



Digitized by Google

A 304. Chriſti ad 337.

a Eutr. 10. Victor. Schot. Euſ. 1. de vita Conſt. & in Chron. Oroſ. 7. c. 15. Zona.
b Euſ. 1. de vita Conſ. Sozo. 1. c. 7.
c Vict. Anonym. Zona.
d Socr. 1. c. 1.
e Paneg. Conſt. & Max. dictus.
f Hier. Chr. Zoſim. lib. 2. Oroſ. 7. c. 25. Chr. Alex.
g Ambr. de fun. Theod.
h Zona. To. 3. Maxentius.
i Eutr. 10. Victor. Euſeb. 8. hiſt. c. 14, & de vita Conſt.
K Euſ. 8. hiſt. c. 14. Optatus l. 1.
l Victor. Sch. Eutr. 10. Anon. Zoſim. 2.
m Eutr. 10. Vict. Sch.
n Eutr. 10. Vict. Epit. Oroſ. 7.
o Anon. Zoſ. ...

tare potius eſt; a atque Eboraci in Britannia diem obiit. Miti ac civili fuit ingenio, planéque liberalis; b qui neque contra Chriſtianos quæſtionem haberi paſſus eſt; & quos ejus profeſſionis in comitatu ſuo eſſe ſciret, cæteris antetulit. c Ad hunc Bononiæ, ſive Geſſoriaci degentem Conſtantinus accurrit, Galerij Maximiani inſidias veritus; in ejúſque complexu paulo pòſt Eboraci moritur Conſtantinus, anno, ut vulgò ferunt, Chriſti 306, quo ſextùm Conſules erant Chlorus, & Armentarius, d Jul. 25. auctore Socrate.

Ex hoc anno, Conſtantini procedit initium, etſi tum Cæſaris contentus appellatione e ſequenti anno Auguſti ab Maximiano ſocero nomen accepit. Natus tunc erat annos 32, vel 33: quod ex mortis illius tempore pòſt intelligetur. Ortus itaque eſt anno circiter 273 ex Helena Bithyna, quam concubinam f plerique fuiſſe dicunt: g Ambroſius ſtabulariam: alij legitimam, ſed obſcuriore loco natam conjugem. Zonaras in incerto relinquit.

i At Romæ, ubi Conſtantini allatæ ſunt imagines, Maxentius Herculij filius à Prætorianis militibus ſubitò Imperator acclamatus eſt. qui initio, populi demerendi gratia, k Chriſtianis favere viſus eſt, ac perſecutioni modum adhibuit. at mox in omni ſe crudelitatis, ac flagitij genere volutavit. l Contra hunc Galerius Maximianus Severum Cæſarem miſit: qui deſtitutus à ſuis Ravennam fugit. Galerius Romam cum exercitu petens, fruſtráque Maxentium generum ſuum per legatos hortatus, ut precibus potiùs, quàm armis mereretur imperium, fœdè & ipſe deſertus à ſuis in Illyricum abiit, m ubi Licinium Cæſarem conſtituit anno Chriſti 307. n Quo Herculis ad ſpem evectus imperij reſumendi, quo invitus ceſſerat, è Lucania Romam revertit, Diocletianúmque Carnunti in Pannonia degentem, (non Carnuti in Celtica, ut malè narrat Zoſimus) vel, ut Victor ſcribit, Salone, idem ut faceret literis hortatus eſt, quod ille renuit. o Poſtea Severum perjurio deceptum, & Ravenna retractum captivi habitu in urbem perduxit, &

Digitized by Google

in Appia via triceſimo ab Urbe milliario jugulavit, eodem anno 307, ut confirmat Idatius. Herculius Maxentio filio ſuo inſidias ſtruens Româ pellitur, & ad Conſtantinum fugit in Gallias; *a* cui Fauſtam filiam in matrimonium dedit cum Auguſti appellatione. A 304 Chriſti ad 337.

*a* Peneg. Conſt. & Max. Butr. 10. Zoſim. 2. *Auguſti* 4.

Anno deinde 308, quo Herculius X, & Armentarius VII Conſules ponuntur, *b* Licinio Carnunti Imperatore creato, Id. Nov. ut ſcribit Idatius, *c* quatuor ab Auguſtis reſpublica regi cœpit, Conſtantino & Maxentio Auguſtorum filiis; Galerio Maximiano, & Licinio novis hominibus. *d* Herculius anno 310, dum adverſus generum ſuum Conſtantinum nefaria molitur, re per Fauſtam ejus filiam detecta, Maſſiliam fugiens pœnas ibi perfidiæ luit. De tempore fidem facit Idatius. *e* Galerius Maximianus ſequente anno, fœdo morbo conſumptus eſt *f* Octavo ſuo Conſulatu: quem Maxentius gener *g* inter Divos adſcripſit.

*b* Hier. Chr: Ida. faſt. Vict. Sch.

*c* Eutr. 10.

*d* Eutro. & cæteri.

*Maximiani mor.*

*e* Euſ. 8. Hiſt. c. 17.

*f* Euſ. & Idat. faſt.

*g* Vetus Inſcr: Nummi apud Baro. An. 306.

*h* Anno 312 Conſtantinus cæleſti crucis oſtento contra Maxentium animatus, & Alpes tranſgreſſus, victis ad Veronam illius ducibus, eundem non longè ab Urbe ſuperavit. *i* qui per pontem, quem Tiberi impoſuerat, raptim properans, ejus ruinâ oppreſſus, ac demerſus periit. Caput ejus Romæ, ac per Africam circumlatum eſt; quod Nazarius in Panegyrico dixit.

*h* Vide 2. Par. l. 4, c. 10.

*Maxentii clades.*

*i* Euſeb. 1. de vita Conſt. c. 28. & 9. Hiſt. c. 9. Zoſim. 2. Victor. Sch. Eutr. 10.

Ordinatis in Urbe rebus, *k* Conſtantinus in Germaniam profectus, Mediolani ſororem Conſtantiam Licinio collocavit anno 313. & eodem Galerius *l* Maximinus Chriſtianorum carnifex contra ambos Imperatores ſtolidè bello ſuſcepto, in Illyriis ab Licinio victus in Aſiam aufugit, & apud Tarſum Ciliciæ horrenda morte conſumptus eſt. Nec diuturna inter ambos principes concordia fuit. *m* His enim quattùm Conſulibus, ut Idatius refert, anno Chriſti 315, rupto fœdere, ad Cibalim primò, quod eſt Pannoniæ oppidum, 8 Id. Octobr. deinde in campo Mardienſi pugna facta eſt. utrobique fuſi, fugatíque Liciniani. Tandem reconciliata pace de integrò diviſum eſt imperium. Interim

*k* Zoſim. 2. Eutr. 10.

*l* Euſ. 8. hiſt. c. 9. & 10. Zoſim. l. 2. Eutr. 10. Vict. Sch. Oroſ. 7. c. 28.

*m* Iidem auct.

A 304 Chriſti ad 337

Salonæ Diocletianus obiit 3 Non. Dec. ait Idatius.

*a* Anonym. Zoſim. 2. Euſ. *1.* de vita Conſt. &c.

*a* Anno 324, cùm Licinius adverſùs Conſtantinum rurſus arma cepiſſet, cauſſatus illum ultra limites ſuos in alienam ditionem erupiſſe. (quanquam Gotthos Thraciam, Mœſiámque populantes neceſſariò propulſarat) prope Hadrianopolim maximam cladem accepit Non. Jul. (quod Idatius adnotat) cæſis millibus 35, cùm 150. M. peditum haberet, equitum 15 M. Inde Byzantium ſe proripiens denuo pugna navali vincitur. ac demum noviſſimo ad Calchedonem prælio debellatus, in victoris poteſtatem venit. à quo vitam interpoſita conjuge ſorore Conſtantini pactus, ac Theſſalonicam relegatus, ſequenti *b* anno 325, quòd novas res moliretur, in eadem urbe peremptus eſt. Hic finis civilium annorum fuit.

*b* Idat.

*Licinij mors. Chriſpus occiditur.*

Hoſtili perfunctum metu Conſtantinum domeſtici turbines excepêre. *c* Criſpus Cæſar ex priori conjuge Minervina ejus filius, egregia juvenis indole, cùm in ſuſpicionem tentati cum noverca ſtupri veniſſet, Polæ in Iſtria, ut ſcribit *d* Ammianus, occiditur. Romæ *e* Zoſimus id factum aſſerit. annum *f* verò Idatius indicat, qui eſt Chriſti 326. Nec diu innocentis ultionem diſtulit Deus. quippe conſequens annus Fauſtæ, quæ privignum accuſarat, necem attulit; quam falſi compertam Conſtantinus balnei calore juſſit occidi.

*c* Oroſ. 7. c. 28.

*d* Amm. 14.

*e* Zoſ. 2.

*f* Idat. Faſt. Hieron. Chro.

*Conſtantinopolis extructa.*

*g* Hier. Chron. Zoſ. 2. Socr. 1, c. 16. Vide 11. de Doct. Temp. c. 42.

*g* Eo Imperatore Byzantium inſtauratum eſt, ac pene totius orbis locupletatum ſpoliis, ſic ut Romam exæquaret, cum imperij ſede conditoris nomen accepit. Eam V. Id. Maias anno 330 dedicatam prodit in faſtis Idatius. Lege autem lata, & in lapideam columnam inciſa novam Romam appellari juſſiſſe Socrates refert.

*h* Hier. Chron. Anonym. Idatius.

*h* Sarmatis poſt hæc ſubactis, ac per varia Romani imperii loca diſtributis, quarto pòſt anno, qui erat Chriſti 337, ipſo Pentecoſtes die moritur Conſtantinus in ſuburbano Nicomediæ; ubi paullo ante mortem baptizatum eſſe

*a* pleriqque veterum affirmant: quibus *b* Card. Perronius nuper adſtipulatus eſt, dum poſt Nicænam Synodum baptizatum ab Euſebio Nicomedienſi Conſtantinum aſſeruit.

*c* Indictionum originem vulgò Conſtantini ætate prodiiſſe putant, ejúſque anno 6, Chriſti 312. Sed ego qui ſic ſentiunt divinare eos arbitror, non certum dicere. Nam nullum idoneum teſtem citant. Apud *d* Ambroſium fit ejus mentio verbis iſtis: *Indicto enim Septembri menſe incipit*. Et in *e* Cod. Theod. *Valentiaca Indictio* nominatur. Antiquiorem his auctorem, qui quidem exploratæ ſit fidei, non facilè reperias. Unde porro *Indictionis* vox manaverit; quæque ſit ei ſubjecta notio, non magis perſpicuum eſt hactenus. Illud inter doctos convenit, *Indictiones* nihil illud eſſe, quàm præſtationes, & tributa, quorum canon, id eſt modus, quotannis indicebatur. Sed cur ſpatio 15 annorum, quot orbis Indictionum colligit, finiri placuerit, & qua de cauſſa, quóve tempore primùm id uſurpari cœperit, cum multæ multorum conjecturæ ſint, nulla ſatis probabilis affertur. Eſt autem Indictionis uſus triplex. Nam alia Calendis ab Septembribus proficiſcitur, eaque Conſtantinopolitana dicitur. alia ab 8 Cal. Octob. quæ Cæſarea vocatur. Harum utra ſit vetuſtior, nondum mihi conſtat. Tertia Pontificia, ſeu Romana nominatur: quæ in Pontificiis diplomatibus adhibetur, & à Cal. Ian. quæ priores duas illas epochas ſequuntur, ſumit exordium.

A 304 Chriſti ad 337.
*a* Euſ. 4. de vita Conſt. Hier. Chron. Ambr. Orat. in fun. Theod. Socr. Theod. Soz.
*b* Perron. in Reſp. p. 259.
*c* Vide II. de Doct. Temp. c. 39. & ſeq.
*d* In Epiſt. ad Epiſc. Æmiliæ.
*e* Leg. 9. cod. de Indul.



Digitized by Google

A 304. Chriſti ad 337.

*De rebus Eccleſiaſticis, quæ Conſtantino Imperatore contigerunt: perſecutione Maximiani; Donatiſtarum ſchiſmate; Arianorum hæreſi; & Nicæna Synodo. Tum de viris pietate ac literarum ſcientiâ claris.*

CAP. II.

CHRISTIANI nominis vexationem à Diocletiano cœptam, poſt ejus & Herculij ſucceſſum, propagavêre Galerius Maximianus, & alter Galerius Maximinus. Conſtantinus verò, qui Gallias obtinebat, non modò Chriſtianorum abſtinuit ſanguine, ſed illos etiam habuit in pretio. *a* Præ cæteris in Oriente bacchatus eſt Maximinus, qui innumerabiles martyres occidit. Eximij fuêre Pamphilus Cæſarienſis preſbyter eruditiſſimus: Procopius in eadem urbe paſſus: Petrus Alexandrinus Epiſcopus, qui Arium ob ſchiſma Meletij à communione ſubmovit: *b* S. Potamiena Alexandrina: Lucianus Nicomediæ, &c. Quinetiam *c* juſſu Maximini deteſtandus quidam liber ſub Actorum Pilati nomine vulgatus eſt, in quo multa de Chriſto nefaria continebantur. Nec minus Romæ graſſabatur Maxentius. Modum crudelitati Conſtantinus victor adhibuit. cujus auſpiciis & favore dilatata Chriſti religio, longiùs ſe Romanis finibus extendit.

*a* Euſ. Hiſt. *Martyres ſub Maximino.*

*b* Pallad. Lauſ. cap. 1

*c* Euſ. 9. hiſt. cap. 4.

Licinius *d* poſtea hoſtis ex fautore factus Chriſtiani nominis, non paucos & ipſe martyres dedit, quos inter egregiâ fortitudine memorantur 40 milites, qui in Cappadocia frigore enecti ſunt: Baſilius Amaſeæ Epiſcopus, & alij: donec à Conſtantino, Licinio interfecto, pax eſt reddita.

*d* Euſ. in vita Conſ. Chro. Socra. 1. c. 8. Oroſ. 7, c. 22.

Dum ferro fac flammis in Eccleſiam tyrannicus exardet uror, domeſtica quoque illam tempeſtas exercuit. Nam duo præſertim ſchiſmata ſub Conſtantini, & Maxentij exordium nata feruntur; Donatiſtarum in Africa; Me-

Digitized by Google

letianum in Ægypto. Prius his de cauſſis conſlatum eſt.

*a* Lucilla fuit Carthagine Hiſpana mulier, præpotens & factioſa, quæ à Cæciliano Archidiacono reprehenſa, ulciſcendi ſui occaſionem captabat. Fortè accidit, ut Menſurius Carthaginenſis Epiſcopus à Maxentio Romam evocatus, ſenioribus quibuſdam Eccleſiæ vaſa commendaret. Quo mortuo Cæcilianus in ejus locum ordinatus eſt à Felice Aptungitano: qui cùm ab iſtis depoſitum repeteret, hi communionem ejus adverſati ſunt; iiſque ſe Lucilla conjunxit. Hæc origo fuit Donatiſtarum, qui ab Donato à Caſis nigris præcipuo ſchiſmatis auctore, à quo Majorinus ordinatus eſt, nomen adepti ſunt. etſi ab altero cognomine Donato, qui Majorino ſuffectus eſt, appellari ſe poſtea maluerint. *b* Maxentio ſublato, cùm Donatiſtæ Conſtantinum interpellaſſent adverſus Cæcilianum, quem traditore Felice ordinatum aſſerebant: Imperator Melchiadi Romano Pontifice, & aliis Epiſcopis, quorum tres erant Gallicani, cauſſam commiſit à quibus anno 313 damnati ſunt ſchiſmatici cum eorum principe Donato. At hi in Africa denuò tumultuantes, & ab Æliano Procoſ. iterum condemnati, ad Imperatorem provocant. cujus mandato Arelate in ſynodo cauſſa illorum denuo diſceptata eſt, & ſecundum Cæcilianum dicta ſententia anno 314, Voluſiano, & Aniano Coſſ. Cúmque nihilominus Conſtantinum iterum appellaſſent, Romam primùm, deinde Mediolanum venire juſſi, ibi poſtremò damnati ſunt, addita exilij pœna; quam idem poſtea Conſtantinus remiſit.

Alterum ſchiſma Meletianorum fuit. *c* Auctor ejus Meletius Lycopolitanus Epiſcopus, qui à Petro Alexandrino Epiſcopo propter varia crimina, tum quòd idolis ſacrificaſſet, exauctoratus, ab eo deſcivit. Natum illud eſt eodem quo Donatiſtæ tempore,

Ex ea factione prodiit *d* Arius Alexandrinus preſbyter, qui contra Dei filium impiam hæreſim effudit, ob quam ab Alexandro Epiſcopo

A 304 Chriſt ad 337.

*a* Opt. 1. Aug. 3 con. Parm. & alibi Tomi 7, parte. 1.

*Donatiſtarum hiſtoria.*

*b* Opta. 1. Aug. Ep 68, 162, 165, & alibi paſſim. Vide To. 1. Conc. Gall. & Euſ. 10. hiſt. cap. 5.

*c* Athan. Apol. 2. Socr. 1. Soz. 1. Theod. c. 9. *d* Athan. paſſim. Socr. 1, 28. Soz. 1, 25. Theod. 1, c. 30. Epiph. Hær. 69.

*Arius.*

A 304 Chriſti ad 337.

ejectus Eccleſia, patronos ſibi quæſivit Euſebium Nicomedienſem, & alterum Cæſarienſem, Epiſcopos, cum pluribus aliis. quod incendium fruſtra per literas, pérque legatum Hoſium conatus reſtinguere Conſtantinus, Nicænam denique ſynodum haberi juſſit anno 325. cui interfuêre 318 Epiſcopi.

a Athan. Apol. 2.
b Hier. Con. Lucif.
c Gelaſ. l. 2, c. 36.
d Socr. Trip. 2, c. 15.
e Theod. l. 15. c. 26.

Ab hac, Ariana damnatur hæreſis, & de Paſchate celebrando controverſia dirimitur. a Arius, necnon octo partium ejus Epiſcopi, Nicænæ aſſenſi fidei, ſuſcepti ſunt, ut ſcribit b Hieronymus: Arius quidem ea lege, ut ne Alexandriam rediret. c Cujus quidem cremari libros, d ejus verò fautores dogmatis Porphyrianos dici, Conſtantinus edixit. Quod autem in illa omni actione præcipuas ſibi partes vendicarat Athanaſius Alexandri Epiſcopi Alexandrini Diaconus, omnium in ſe Arianorum convertit odia: e atque, quinto poſt Concilium menſe, mortuo Alexandro, in ejus ſubſtitutus eſt locum: neque ut Arium Alexandriam redire pateretur, precibus ullis ac minis ab eo impetrari potuit. Ob id Meletianorum, & Arianorum calumniis exagitatus, f demum in famoſo illo apud Tyrum conventiculo falſis criminibus damnatus eſt anno 335. cúmque ad Imperatorem Conſtantinopolim veniſſet, novis inimicorum fraudibus apud illum in ſuſpicionem adductus, Treverim relegatur anno 336. Arius communionem ab Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo per vim extorquere conatus, dum ad Eccleſiam properat, infamem vitæ exitum habuit.

f Athan. Apol. 2. Socr. 1. The. Soz. 1. 25. Ruff. 1.
Athanaſii vexatio.

g Ruff. 1. c. 8. Socr. 1. 17. Soz. 2, 1. Ambr. de fun. Theod. Pauli ep. 11. Sever. Sulp. L. 2.
h Euſ. 3. de vita Conſt.
i Iidem & Theopha. Cedrenus.
K Ruff. l. 1. c. 9. Socr. 1, c. 15. Theod. 1, c. 23. Soz. 1. cap. 23.

g Imperante Conſtantino, Helena ipſius mater crucem Domini Hieroſolymis reperit: h ac baſilicas erexit duas: Conſtantinus unam in ipſa urbe magnificentiſſimam.

In Perſide Sapores Chriſtianos vexat, & Aceſimam, i Aithalem, alióſque plurimos interficit. quem literis ad eum datis mitigare Imperator ſtuduit. k In India porro Frumentius Tyrius Philoſophus Chriſti propagavit fidem; & eodem ab Athanaſio factus Epiſcopus rediit, circa annum 327: quando & Iberos Chriſtianæ cujuſdam captivæ opera Evangelij lux affla-

Digitized by Google

vit. Ut autem ſecundo curſu Chriſtiana res procederet, quamplurimis ei legibus pius Imperator conſuluit. *a* quarum una fuit inſignis, ut Epiſcoporum ſententiæ in civilibus etiam cauſſis ratæ eſſent, lata anno 314. Immunitatem quoque Clericis alia lege conceſſit. *b* Tum hæreticos conventus habere prohibuit, ædéſque illorum dirui, & Catholicis attribui juſſit. A 304 Chriſti ad 337. *a* L. 1. cod. Th. de Epiſc. *b* Euſeb. 3. de vita, c. 91. Soz. 2, c. 32.

*c* Synodi præterea variis in locis habitæ Eccleſiaſticam ſanxêre diſciplinam: præſertim Ancyrana, cui Baſilius Amaſeæ Epiſcopus ſubſcriptus legitur, is qui ab Licinio mori juſſus eſt: & Gangrenſis, incertum quo anno. *c* To. 1. Conc. *Illuſtres viri.*

Nec minus ſanctitatis, & doctrinæ ferax illa ætas fuit. Præter eos, quos ſparſim attigimus, illuſtri pietate commendantur eorum plerique, qui in Synodo Nicæna convenerunt: uti Nicolaus Myrenſis Epiſcopus: *d* Spyridio Trimithuntis in Cypro: Euſtathius Antiochenus: Paphnutius Thebarum: innumerabiles alii. Rhæticus item Auguſtodunenſis inter doctos habitus eſt: qui cum Melchiade judex ab Conſtantino Donatiſtis eſt datus. Arnobius ad hæc ex Siccenſi rhetore, ac gentili Chriſtianus anno 20 Conſtantini factus ſcribitur ab Hieronymo in Chronico, quod ego longiùs infra tempus ſuum ab illo poſitum arbitror. Nam libros adverſus gentes, pignus quoddam ſeriò ſuſceptæ Chriſtianæ pietatis obtuliſſe dicitur. at illos ſævientibus adhuc perſecutoribus ſcripſiſſe, ex is perſpicuè colligitur. Tum in ſecundo teſtatur, ab Urbis conditæ primordio annum agi 1050: qui ex Varronis calculo incidit in Chriſti 297: paulò ante Diocletiani perſecutionem. Omninò ſub Diocletiano ſcripſit Arnobius. Sed & Lactantius Chriſpi Cæſaris magiſter ei ſuperſtes vixit, vir omnium, ait Hieron. ſuo tempore eruditiſſimus: *e* ſed adeo pauper, ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit. Poëtica Juvencus excelluit Hiſpanus preſbyter: & Publius Optatianus Porphyrius, qui panegyricum moroſi literarum artificii Conſtantino dicavit. Nazarius in Galliis, & Patera, oratores inſignes extiterunt. *d* Socr. 1, c. 10. & 11. *e* Hier. Chron.



Digitized by Google

A 337 Chriſti ad 361.

## *De Conſtantini M. filiis, & ſucceſſoribus maximè Conſtantino déque Gallo Cæſare, Vetranione, ac Magnentio tyrannis, & de bellis Perſicis.*

## A 337 Chriſti ad 361.

CAP III.

*a* Vict. Zoſim. 2. Ruf. 1, c. 15.

CONSTANTINUS ex Fauſta Maximiani filia liberos tres imperij reliquit heredes; qui & Romanum orbem inter ſe partiti ſunt. *a* Conſtantinus natu maximus, Gallias, & quicquid trans Alpes erat, ſortius eſt. Conſtans minimus natu, Romam & Italiam, Africam Siciliam, inſuláſque reliquas, Illyricum, Thraciam, Macedoniam, & Græciam. Conſtantius inter ambos medius, à freto Propontidis Aſiam, & Orientem cum Ægypto.

*b* Socr. l. 2, c. 1. Zoſim. 2. Victor. Eutrop. Anon.

*c* Lib. 1, c. 27.

*d* Amm. l. 14.

*Conſtantini filiorum initia cruenta.*

*b* Habuerat Conſtantinus horum pater fratres duos, Conſtantium Juliani patrem, & Dalmatium; alij Anabalianum vocant. Hujus filij erant duo, Dalmatius, qui Cæſar anno 335 factus dicitur in faſtis Idatij, ac Cenſor nominatur apud *c* Socratem: & Anabalianus, vel Annibalianus, quem regem regum, & Ponticarum gentium Conſtantinus eſſe juſſerat, ut Anonymus refert. unde & ab *d* Ammiano rex appellatur.

Quos omnes ſtatim poſt Conſtantini obitum militaris oppreſſit ſeditio, incitante, vel diſſimulante Conſtantio Imperatore. Cum his etiam Optatus Patricius novo, & ab Conſtantino excogitato titulo, & Ablanius Præfectus Prætorio, trucidati tum Conſtantij fratris Conſtantini filius, Galli & Juliani frater; quod Julianus ipſe teſtatur ad S. P. Q. Ath. ſcribens. Gallum ægritudo; Julianum tenera ætas (erat enim quinquennis) vix neci ſubtraxit. His parricidialibus auſpiciis imperium iniêre fratres tres, quos inter haud diu concordia tenuit.

*e* Eutr. 10. Socr. 2, c. 5. Zoſim. Vict. Idat.

*Conſtantinus junior occiditur.*

*e* Quarto poſt mortem patris anno, Chriſti 340, Conſtantinus Conſtanti fratri bellum movens, in ejúſque fines irrumpens, interfectus eſt prope Aqui-

Digitized by Google

leiam. Conſtans ipſe poſt annos decem, Chriſti videlicet anno 350 ineunte, ut ex *a* Idatio colligitur, à Magnentij duce Gaiſone, prope Pyrenæos, in caſtro, cui Helenæ nomen eſt, occiditur, annos natus 30, ut in Chronico ſcribit Hieronymus. etſi Aurelius Victor 27 tribuat. *b* Cujus morte cognita, Vetranio magiſter militum, in Pannonia apud Murſam; Nepotianus Eutropia Conſtantij ſorore natus Romæ imperium arripiunt; ille Kal. Mai, hic 3 Non. Junij. *c* Vetranio octavo pòſt menſe, nempe 8 Cal. Jan. in ordinem redactus, privatam vitam coluit. Nepotianus viceſimo octavo die ab Magnentij ducibus oppreſſus eſt. *d* Cum Magnentio periculòſius certatum eſt 4 Cal. Oct. auctore Idatio, ad Morſam in Pannonia. Victus primo impetu Conſtantij exercitus, poſtea ſuperior fuit: eóque prælio ingentes Romani vires imperij conſumptæ ſunt. Id anno 351 accidit. *e* Poſt biennium, Chriſti ſcilicet 353, deſperatis rebus, apud Lugdunum in Gallia, 5 Id. Aug. Magnentius ſibi mortem attulit: Decentius ejus frater, apud Senonas 15 Cal. Sept.

A 337 Chriſti ad 361. *Tum Conſtans.*
*a* Socr. l. 2. c. 6. Sozo. 4. 1.
*b* Ibidem.
*c* Idat. Iulian. Orat. 1. & 2.
*d* Vict. Sozo. 4. c. 7. Oroſ. 7. c. 29.
*e* Idat. Socr. l. 2. c. 31. Zoſ. Vict. 3 Eutrop. &c.

*f* Gallus Cæſar à Conſtantio creatus anno 351, & Orienti præpoſitus, dum ſumma poteſtate per vim ac libidinem abutitur, ab Conſtantio accitus, in Illyrico juſſu ejuſdem morte eſt affectus. *g* Julianus ejus frater, interventu Euſebiæ uxoris Conſtantij ſervatus, & Athenas ſtudiorum cauſſa miſſus eſt. *h* Pòſt anno 355 Cæſaris dignitate eſt auctus, data in matrimonium Helena ſorore Imperatoris, & Gallis præpoſitus. quò cùm perveniſſet, multa contra Germanos, Francos, & Alemannos egregiè geſſit. Horum regem Chonodomarum vinctum Romam ad Conſtantium miſit. Cujus ſecundis rebus invidens Conſtantius milites ab eo abſtrahere, & in Orientem contra Perſas tranſportare ſtuduit, *i* At illi Julianum Lutetiæ Pariſiorum Auguſtum ſalutarunt, Conſtantio interim bellum contra Perſas apparante: quo utcumque terminato, vel dilato, cùm adverſus Julianum ulciſcendi cupidus advolaret, 3. Nonas Novemb. prope Tarſum obiit Mopſucrenis. *k* Victor anno ætatis 44

*Gall. et Cæſar.*
*f* Amm. 14. Idat. Socr. 2. c. 34. Victor. Eutr. 10. Zoſ. 2.
*g* Iulia. Orat. 3. &c.
*h* Amm. 15. Zoſ. 3. Vide Epiph. Iul. ad S. P. Q. A.
*Julianus fit Imperator.*
*i* Amm. Hier. Chro. Idat. Zoſ. Socr. l. 3. c. 1. &c. ſup. cit.
*Conſtantij mors.*
*k* Vict. Epit. de Conſt. Vide Par. 2. l. 4. c. 11.

Digitized by Google

A 337 Chriſti ad 361.

mortuum eſſe Conſtantium ait, imperii 39, Auguſtum fuiſſe 24. Eutropius anno ætatis quinto & quadrageſimo, imperii quinto & triceſimo deceſſiſſe refert. At Ammianus vitæ & imperii ſupra annos 40, paucos dies attribuit. Sub mortem baptizatus eſt ab Euſoio Ariano Epiſcopo, ut ait *a* Socrates. Sane *b* Lucifer Calaritanus Epiſcopus illum admonebat, per Athanaſium ſive coepiſcopos ejus, ſalutarem conſequi baptiſmum.

*a* Socr. l. 2. c. 46.
*b* Lucif. l. 1. pro S. Ath.

Eo imperante ter à Sapore Niſibis eſt obſeſſa, ut ſcribit Rufus. *c* Primùm ſtatim poſt Conſtantini mortem, anno 338, duobus ferè menſibus obſidione vallata eſt, cùm Antiochiæ Conſtantius eſſet. *d* ubi & à S. Spiridone Trimithuntis Epiſcopo morbo levatus eſt. Secundò anno 350, cùm adverſus Magnentium ab Oriente profectus eſſet Conſtantius. Eo enim abſente Saporem interùm aggreſſum eſſe teſtis eſt *e* Julianus. atque hæc obſidio quadrimeſtris fuit, ac S. Jacobi Epiſcopi precibus ſoluta eſt; & immiſſo culicum agmine fugati ſunt barbari. Tertiò, cùm jam Cæſar eſſet Julianus, ac Francos, Salios, Quadóſque viciſſet, ab eóque Conſtantius legiones duas repeteret. Ita anno 360 obſeſſa videtur Niſibis, quando eam urbem Lucillianus ſtrenuè defendit, ut auctor eſt *f* Zoſimus.

*c* Hier. Chron.
*d* Metaphr. 12. Sept.
*e* Iulia. Orat. 1. Theod. 2. hiſt. c. 30. & in Philotheo.
*f* Zoſ. 3. Notæ noſtræ ad Iul. p. 2;1.

## *De Eccleſiaſticis rebus Imperatore Conſtantio, variiſque Conciliabulis: Athanaſij perſecutionibus: déque viris ſanctitatis ingeniique laude præſtantibus.*

CAPUT IV.

GRAVES imperante Conſtantio, & continui tumultus Eccleſiam infectam habuerunt. Nam Ariana perfidia, quæ Conſtantini ſe metu hactenus repreſſerat, caput erexit. Una tanti cauſſa mali femina fuit. Conſtantia, *g* quæ Licinio nupſerat, moriens presbyterum quendam Conſtantino fratri commendarat Ariana imbutum hæreſi. quem ille magni deinceps fecit: eique moriens teſtamentum ſuum commi-

*g* Ruff. l. 1. c. 11 Socr. l. 1, c. 26, Soz. l. 1, c. 34. & l. 2. c. 1. Theod. 2. c. 3. *Conſtantius Arianam hæreſim propagat.*

ſit. quod ubi Conſtantio in manus tradidit, non minore apud hunc loco eſſe cœpit. Quare ut de Ario revocando Conſtantino perſuaſerat; ſic apud Conſtantium perfecit; ut is hæreſis illius fautorem ſe profiteretur acerrimum, ejúſque dilatandæ ſtudio cuncta m fceret. A 337 Chriſti ad 361.

Omnium deinde Arianorum curæ cogitationéſque unius in exitium Athanaſii converſæ ſunt, quo præcipuè per id tempus res catholica nitebatur, *a* Hunc verò Conſtantinus Junior è Galliis, *b* ubi jam annos duos, ac menſes 4 egerat, Alexandriam cum honorificentiſſimis literis remiſit anno Chriſti 338. Sed Euſebio Nicomedienſi, aliíſque turbantibus, Julius Papa Romam ad cauſſam dicendam utroſque citavit. Euſebianis tergiverſantibus, Athanaſius cùm vadimonium obiiſſet, ac Romæ annum unum, menſéſque tres moratus eſſet, anno 341 Alexandriam rediit. *c* Ac eodem anno Conciliabulum Antiochiæ ad dedicandam Conſtantini baſilicam celebratum eſt: in quo ejecto Athanaſio, ſubſtitutus eſt ei Gregorius Cappadox, qui ingenti patrata cæde, ſedem illam occupavit, clam dilapſo Athanaſio, ac Romam profecto, quò & Paulus Conſtantinopolitanus, & alii Catholici Epiſcopi ab Arianis expulſi tanquam ad aſylum ſeſe receperunt. *d* Horum in cauſſa, Conſtantis & Conſtantii juſſu, Sardicæ generalis eſt habita ſynodus anno 347. à qua Arianis ſe ſubducentibus, reſtitutus eſt Athanaſius, ac cæteri Epiſcopi, & damnatis hæreticis, Nicæna fides iterum approbata. *e* Eodem tempore Ariani Philippis in Thracia conventiculum celebrant; quod & Sardicenſis vocabulo nuncuparunt: in quo *Conſubſtantialis* vocem audiri ultrà vetuerunt, *f* idque decretum ad Africanos miſerunt. Tum verò Conſtantis minacibus literis coactus Conſtantius Athanaſium Alexandriam redire juſſit. *g* Paulus verò Conſtantinopolim regreſſus, paulò pòſt inde ejectus, ac Cucuſum perductus, ab Arianis ſtrangulatus eſt. Brevi poſtea Athanaſius & ipſe pellitur: atque in ejus perniciem Conſtantius totius imperii opibus certans, Epi-

*a* Athan. Apol 2. Theod. l. 2 c. 1. Socr. l. 2 c. 3.

*b* Theod. l. 2 c. 1. Athanaſii vita ſ. ſta.

*c* Athan. Apol. & Ep. ad Orth. Socr. l. 2. c. 10. Soz. l. 3. c. 10. Theod. 2. c. 4. Sardicenſe Concilium.

*d* Iid. & Sulp. 2.

*e* Socr. 2. c. 10. Soz. 3. c. 10.

*f* Extat apud Hilar. in frag.

*g* Sulp. 2 Socr 2. c. 21. Theod. 2. c. 5. Soz. 4. c. 2.

Digitized by Google

A 337 Chriſti ad 361.

ſcopos partim vi ac verberibus ad illius damnationem adigit; partim ſcelus detrectantes carcere, aut exilio multat. Releganrur Euſebius Vercellenſis, Dionyſius Mediolanenſis, Liberius Papa: qui biennio poſteà recuperandæ amore ſedis Athanaſii condemnationi ſubſcripſit. Oſius verò Cordubenſis, cùm initiò conſtanter obſtitiſſet, plagis ac terroribus infractus eidem eſt aſſenſus.

*In cauſſa Athanaſii gravis [illegible].*

Inter hæc Athanaſius ad necem anxiè quæſitus, divino tectus præſidio admirabiliter evaſit, *a* Ariani verò novas identidem fidei formulas recudebant: cujuſmodi 11, aut 12 intra annos viginti condiderunt.

*a* Athan. &c. citati. Vide Anim. noſtras ad Epiph. Hær. 73.

Nunquam aliàs frequentiores, quàm hoc Imperatore, ſynodi Epiſcoporum fuerunt. quod ab *b* Ammiano ethnico ſcriptore egregiè notatum ejus verbis libet exponere: *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem, anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexiùs, quàm componenda graviùs, excitavit diſſidia plurima; quæ progreſſa fuſiùs aluit concertatione verborum: ut catervis antiſtitum jumentis publicis ultrò citroque diſcurrentibus per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehiculariæ ſucciderit nervos.* *c* Præcipuæ autem ab hæreticis indictæ memorantur, Sirmienſis anno 351, in qua Photinus Marcelli Ancyrani diſcipulus, *d* ſæpe aliàs poſtulatus judicio, ac damnatus, poſtremò redactus eſt in ordinem, Baſilio potiſſimum Ancyrano reum peragente. *e* Item Ariminenſis, & Seleucienſis, eodem habitæ tempore, anno 359: in quibus Arianorum improbitate ac fraude, perfidiæ robur eſt additum.

*b* Amm. in fine lib. 21

*c* Hilar. de Syn. Socr. l. 2. c. 29. Soz. l. 4. c. 6. Vide Anim. ad Epiph. Hær. 73.

*d* Vide Append. hujus operis.

*e* Athan. de Syn. Sever. 2. Socr. 2 c. 26. Soz. 2. c. 46. Ruff. l. 1. c. 21. Theod. 2. c. 18.

Hæreſes, præter Arianam, emerſêre, Semiarianorum, qui filium Dei non ejuſdem, ſed ſimilis cum Patre eſſe ſubſtantiæ profitebantur: Marcellianorum, qui *f* Sabellianum inſtauravêre dogma: Photinianorum, qui Chriſtum merum hominem auſi ſunt aſſerere. Macedonianorum, ſive Pneumatomachorum, qui Spiritum ſanctum in creatarum rerum ordinem relegarunt,

*f* Epiph. The de Hær. Aug. de Hær. Sev. 2.

A 337 Chriſti ad 361

*a* Anomæorum item hæreſis, ſive Eunomianorum, ab Aëtio Syro, ejúſque diſcipulo Eunomio: qui Patris diſſimilem eſſe Filium aſſerebant. *b* Tum Audianorum & Aëriorum; de quibus Epiphanius, Theodoretus, & alij.

*a* Epiph. Hær. 76. So. l. 2. c. 35.
*b* Epiph. Hær 70. & 75.

Sanctitate præſtantes viri deceſſerunt, S. Paulus eremitarum primicerius: & Antonius Monachici inſtituti propagator eximius. Hieronymus in Chronico ſcribit anno 19 Conſtantij deceſſiſſe Magnum Antonium: quod & *c* Gregorius Turonenſis ſecutus eſt. qui annus in editione Scaligeri adſcribitur anno 4 Olympiadis 283 in Pontacena, anno 1 Olymp. 284. & Chriſti 359. Verùm annus 19 Conſtantij cœptus eſt anno Chriſti 355, Arbetione, & Lolliano Coſſ. Unde mors Antonij contigerit anno ſequente 356, Januario menſe. *d* Natus erat annos 105. quare ortus illius congruit anno Chriſti 250, Decio imperante, ac Chriſtianos porſequente; ut idem habet Hieronimi Chronicon.

*Paulus Eremitarum princeps, & Antonius.*
*c* Lib. 1. Hiſt. Franc. c. 38.
*d* Ath. in vita ejus, Hier. Chr.

Paulus Antonio major natu fuit annis tribus & viginti. Siquidem in Pauli vita refert Hieronymus nonagenarium Antonium fuiſſe, quando Paulus obiit vitæ anno 113. Hac ratione Paulus natus eſt anno circiter 227, vel 228. mortuus anno 340, vel 341, & in eremo vixit annos 90.

At Hieronymus in Paulo perplexè loquitur. Nam ait Paulum, quo tempore ad eum venit Antonius, cœleſtem vitam in terris jam annos 11. peregiſſe. tum anno ætatis 15 declinandæ cauſſa perſecutionis in ſpeluncam ſe abdidiſſe. quæ minimè cohærent. Si anno 113 in ſolitudine degiſſet poſt Decianam perſecutionem, mortuus poneretur anno 363, poſt Conſtantij, & Antonij ipſius obitum, vixiſſétque annos 128, aut certè Antonius, qui ei ſupervixit annos 1, , exceſſit annos 378. quod eſt abſurdiſſimum

Floruêre per idem tempus, S. Jacobus Niſibis Epiſcopus; Euſtathius Antiochenus ob fidem ab Arianis pulſus anno 340: Hilarius Pictavenſis anno 355 relegatus à Conſtantio: *e* Joſephus

*e* Epi. Hær. 30.

A 337 Chriſti ad 361.

Comes è Judæo Chriſtianus: Euſebius Vercellenſis: Paulinus Threvirenſis. Doctrinæ laude celebrantur Euſebius Cæſarienſis, qui anno 340 deceſſit: Victorinus Rhetor: Donatus Grammaticus Hieronymi præceptor.

## *De Juliano, ac rebus ab eo geſtis.*

## A 361 Chriſti ad 363.

CAPUT V. a Julia. ad S.P.Q. Ath. Amm. 25. Zoſi. 3. Soc. 3. Theod. 3. Soz. 4. Sulp. 2. Oroſ. 7. c. 30. b Idat. Faſt. Socr. 2. 34. c Amm. 21. & 22. Socr. 3. c. 11.

a JULIANUS, Conſtantio patruele mortuo, ſolus imperavit anno 361, cùm jam b Cæſaris titulum ex ante diem 8 Id. No. anni 355 obtinuiſſet à Conſtantio; Auguſtus verò à militibus acclamatus eſſet anno 360 Lutetiæ Pariſiorum. Simul ac rerum potitus eſt, Conſtantii amicos omnes quà nece, quà exilio multavit; c Idolorum fana reſeravit: ejuratíſque Chriſtianæ fidei ſacramentis omnibus, in Pontificem maximum profanis ritibus conſecratus eſt. Exinde contra Perſas anno 362 profectus, Antiochiæ cùm eſſet, ab ejus urbis populo deriſus, Satyrico ſe libro ultus eſt, quem Miſopogonem inſcripſit.

d Amm. 24. & 25. Zoſim. 3.

d Poſt hæc anno 363 tertio Non. Mart. contra Perſas ductis copiis, ſecundo Marte aliquantum progreſſus, oblatas pacis ab illorum rege ſatis honeſtas conditiones ſtolidè rejecit. Demum pari imprudentia navigiis, quæ ad ſubſidium exercitus ſecundo fluvio comitabantur, exuſtis, omníque intercluſo commeatu, à barbaris interceptus, & omnium rerum laborans inopia, in medio conflictu periit, incertum cujus emiſſo manu jaculo confoſſus, e Junii 26, anno 363, ætatis 31, imperii poſt Conſtantii obitum anno uno, & menſibus 7 circiter tranſactis. f Moriens exceptum cavâ manu cruorem in cœlum jeciſſe fertur, cum hac voce; *Viciſti Galilæe.*

e Socr. 3. c. 21.

f Theod. 3. c. 25.

g Hier. Chr. Ruff. 1. c. 32. &c. ſupr. cit.

g Blanda ſub hoc Imperatore Chriſtianorum perſecutio fuit, illiciens magis, quàm impellens ad ſacrificandum. Occultis enim artibus Chriſtianam oppugnavit fidem. Magiſtratus ac Præ

Digitized by Google

ſecturas, niſi gentili, nemini commiſit. Pueris in ſcholis Chriſtianorum gentiles enarrati ſcriptores vetuit. Variarum hæreſeon antiſtites ſuo quemque arbitrio vivere permiſit, eo animo, ut ne inter ſe concordes eſſent. Quidam tamen morte ab illo ſunt affecti; ut inter alios Artemius, Auguſtalis Ægypti præfectus; qui ſub aliorum ſpecie criminum perductus Antiochiam, cùm ad fidei conſtantiam libertatem etiam increpandi Imperatoris adjungeret, gladio animadverſus *a* eſt 20 Sept.

A 361 Chriſti ad 363.

*a* Cùm autem exules Julianus edicto revocaſſet, reverſus Alexandriam Athanaſius ſynodum collegit anno 362. In qua ſtatutum eſt ut Epiſcopi lapſi cum priſtino gradu reciperentur in Eccleſiam. Lucifer Calaritanus Antiochiam paullo pòſt venit, ſciſſam in factiones tres. Nam alii Euſtathiani erant, à magno illo Euſtathio dicti, qui Antiochia ab Arianis ejectus eſt. alii Meletiani, à Meletio, quem Arianorum conſortio pollutum, quemlibet Catholicum averſabantur iſti. alii denique Ariani, quibus præerat Euzoius. Eò itaque cùm veniſſet Lucifer, Paulinum Euſtathii Presbyterum in parte Catholica fecit Epiſcopum. Ita tres in ea urbe fuerunt Epiſcopi. Poſtea Euſebius Vercellenſis eodem profectus Luciferi factum improbavit. qua re offenſus ille; qui & permiſſum alioqui lapſis ad Eccleſiam cum honore priſtino reditum moleſtè ferebat; ſe à Catholicorum communione divulſit. Hinc Luciferianorum ſchiſma initium habuit.

*a* Martyr Rom. *b* Socr. 3. c. 7. 8. 9 Theod. 3. c. 4. & 5. *Luciferi ſchiſma.*

*c* Arianis autem inſtantibus, Julianus Athanaſium Alexandria pelli jubet. qui ad necem quæſitus, aſtuto conſilio perſequentium manus eluſit. *d* Idem Imperator ab Donatiſtis interpellatus, eos in integrum reſtituit. *e* Gentiles porro crudelitatis genere omni graſſari Chriſtianum in populum vel juſſit, vel impunè permiſit. *f* Georgium inter alios in Athanaſii locum intruſum cùm Alexandrini laniaſſent, leniter illos objurgare ſatis habuit. cujus obitu vacuam ſedem repetiit Athanaſius; quem denuò Julianus mandavit ejici.

*c* Ruff. l. 1. c. 34. Socr. l. 3. c. 9. Theod. 3. Soz. 3. *d* Opta 2. *e* Socr. l. 3. &c. *f* Amm. 22. Iulia. Ep. 10.

A 337 Chriſti ad 361
a Hier. Chron.
b Eunap.
*Viri inſignes.*

Claruerunt hoc Imperatore doctrinæ fama, a Prohæreſius Sophiſta Chriſtianus: qui ob edictum Juliani, quo Chriſtianos liberalium artium doctores eſſe vetuerat, ſponte ſchola ceſſit: tametſi Julianus nominatim eum excepiſſet; ratus tum annos 85, ut ex Eunapio colligitur: Aimerius & ipſe Sophiſta Prophæreſij æmulus, ut ſcribit Suidas; b Themiſtius item Philoſophus; Libanius Sophiſta: Oribaſius Medicus: Maximus Philoſophus; Ecebolius.

b Auct. citati & Suid.

## *De Ioviano, Valentiniano, Valente.*

## *A* 363 Chriſti ad 378.

CAP. V I.
c Amm. 25. Ruff 2. c. 1. Socr. 3. c. 24. & ſeq. Sozom. 6. Theod. 4. Vict. Eut. 10. Zoſim. 3.

JOVIANUS c Singidone in Pannonia natus, anno 363, quinto Kal. Julias, ut ſcribit Idatius, miliari ſuffragio Imperator acclamatus eſt, vir excellenti corporis ſpecie, ſed animi pietate præſtantior. qui ſtatim milites ab gentilitio cultu Chriſtianam ad religionem traduxit: atque idolorum delubra claudi, & aboleri ſacrificia penitùs edixit. Cum Sapore neceſſaria magis, quàm honeſta pace in annos 30 facta; qua Niſibi, & maxima parte Meſopotamiæ ceſſit; Romanam rem erexit. Sed dum Conſtantinopolim revertitur, Dadaſtanæ in confinio Galatiæ, & Bithyniæ moritur ex cruditate, ſive odore prunarum, ac recenti tectorio, XI Cal. Martij, anno ætatis 33, octavo imperij menſe.

d Athan. ad Iovia.
e Socr. 2. c. 25. Soz. 6. c. 4.

d Hic Catholicæ tenax fidei, ejus regulam ab Athanaſio præſcribi ſibi petiit: & Arianos callidè ſibi obrepentes reſpuit, quos quidem Antiochiæ collectos in Nicæni concilii conſpiraſſe formulam, duce Meletio, & Acacianis ſuffragantibus, auctor eſt e Socrates, & Sozomenus. At Hieronymus in Chron. homouſion illos communi decreto ſanxiſſe refert, repudiato homouſio pariter, & anomœo: hoc eſt Macedonianorum, ac Semiarianorum dogma probaſſe.

f Amm. 26. Zoſ. 8. fine 3. & in 4. Vict. Soc. 4. Theod. 4. c. 6. Ruff. l. 2. c. 1.

f Extincto Joviano, anno eodem Chriſti 364

Valentinianus proximo poſt biſextilem die apud Nicæam Imperator electus eſt, cùm biſextilem ipſum quaſi ominoſum declinaſſet, ut ſcribit Ammianus. Hic patre Gratiano apud Cibalim Pannoniæ oppidum ſcholam ſecundam Scutariorum regebat, ſed ab Juliano, propter Chriſtianæ conſtantiam fidei, ordine motus eſt. Qui eodem anno Valentem fratrem ſuum Auguſtum appellavit Conſtantinopoli in milliario ſeptimo (ait Idatius) 2 Kal. April. *a* ac permiſſo illi Oriente, in Occidentem ipſe conceſſit. Multa in eo virtutum egregiarum decora fuêre. Sed juſtitiæ amore imprimis excelluit, ut in puniendis ſceleribus etiam nimius aliquando fuerit, Oris eximia ſpecies; ſolers ingenium, ac variarum artium peritum; temperantia ſingularis; catholicæ verò integritate fidei eo prædicandus magis, quod ab ea frater ejus magna ſua infamia diſceſſit. Bellum contra Alemannos, Saxones, Quados, alióſque populos geſſit. Quadis demum, ſive Sarmatis incurſantibus, cum adverſus eos pararet exercitum, atque illi legatos ad eum ſupplices miſiſſent, in eos acriùs invehens, apoplexiâ ſubitò correptus interiit, 15 Cal. Decembr. apud Pannoniam, in caſtello Brigitione, ut ait Idatius, *b* anno ætatis 55, Imperii duodecimo. Succeſſorem reliquit Gratianum filium, jam Auguſtum antea factum. *c* Valentinianus verò alter è Juſtina filius ſexto pòſt die apud Acincum in Pannonia ab exercitu idem ad faſtigium eſt evectus.

*d* Valens ipſo imperii ſui primordio Procopium Cilicem, Juliani propinquum, arrepta Conſtantinopoli tyrannide infeſtum habuit. quem anno 366 opreſſit in Phrygia, & crudeli affecit ſupplicio 6 Cal. Jun. *e* Inde contra Gothos bellum continuum habuit. quorum regi Athanarico pacem petenti tribuit. anno 399. anno verò 379 eundem, & Fritigernem ab Hunnis expulſos humaniter excepit, *f* & in Thracia cum Gotthis ſuis collocavit. Hi poſtmodum Lupicini ducis avaritia commoti, in Romanos inſurrexerunt. *g* Valens ipſe poſtremò contra illos ad Hadrianopolim dimicans, ſagitta confoſſus, &

A 363 Chriſti ad 378.

*a* Amm. 30. Vict.

*Valentiniani decora.*

*b* Amm: 30.

*c* Idatius.

*Valens.*

*d* Amm. 26. & ſeq. Zoſi. 4. Socr. 4. c. 3. & 5. Soz. 6. c. 8. Theod. 4. c. 12. Them. Orat 9. Orol. 7.

*e* Amm. 27. Vide Iornan.

*f* Amm. 31.

*g* Hier. Char. Amm. 31. Zoſ. 4. Soc. 4. c. 38. Soz. 7. c. 4. Ruff. l. 2. c. 13 Oroſ. 7. c. 3. Thod. 4. c. 36.

Digitized by Google

A 363 ad 378. Chriſti cum tugurio, quò ſe receperat, vivus à barbaris exuſtus eſt 5 Id. Auguſt. anno 378, ut teſtis eſt Idatius. Obiit anno ætatis ferè 50, imperii anno 14, ſupérque menſibus 4 exactis. Hujus mores, & indolem nonnullis virtutibus, ſed vitiis temperatam pluribus, Ammianus expreſſit, ira præſertim, crudelitate, & invidia: quibus impietas in Deum, & Arianæ contagio perfidiæ faces ſubjecit.

a Amm. 26. Zoſi. 4. Soc. 4. c. 19. Soz. 6. c. 35.

a Crudelitatis illuſtre ſpecimen dedit annus 370; quo multi juſſu illius occiſi ſunt; eò quòd de ſucceſſore curioſis inquiſitum àrtibus ferebatur; ac prima nominis illius elementa prodita THEOD. b Unde & Theodoſius ſenior Theodoſii poſt Imperatoris pater in Africa poſt ſuſceptum baptiſmum interfectus putatur: haud digna mercede tot in rempublicam meritorum ſuorum. Siquidem Firmum tyrannum, qui Maurorum præſidiis armatus Africam pervaſtabat, bello fratrem, & oppreſſum ad mortem coëgerat.

b Hier. Chr. Oroſ. 7. c. 33.

## *Eccleſiaſtica res ſub illis Imperatoribus hiſtoria digna: nec non illuſtres pietate, ac ſcientia viri.*

CAPUT VII.

PER id tempus Catholica res in Oriente ſub Ariano principe laboravit. c Valens enim Arianorum conſuetudine ad eam hæreſim implicatus, Nicæni fautores dogmatis agitare non deſtitit: maximè ubi ab Eudoxio Conſtantinopolitanæ invaſore ſedis in ipſo procinctu expeditionis Gothicæ baptizatus eſt, & illo præeunte juravit, neque ſe ab impio dogmate deſciturum unquam, & contraria profitentes quibus poſſet opibus expugnaturum eſſe. Utrumque ex fide cumulatè præſtitit. Nam atrox ab illo commota perſecutio eſt, in qua plures acti in exilium Epiſcopi, aliorúmque ordinum Catholici; cæteri variis modis vexati; non pauci extrema perpeſſi ſunt. d Macedoniani, & Semiariani Lampſaci coitione facta legatos Romam ad Pontificem miſerunt, & Nicæna probata fide plerique in integrum

c Theod. 4. c. 2. Hier. Chro. & cæt. citat. *Valens Eccleſiam perſequitur.*

d Socr. 4. c. 4. & 11. Baſil. Ep. 54.

Digitized by Google

reſtituti ſunt, præcipuè Sabaſtenus Euſtathius ſubdolus Arianus. A 363 Chriſti ad 378.

*a* Eam conſenſionem ægrè ferens Imperator, Nicomediæ ſuorum conventum haberi voluit; quo Eunomius Anomæorum princeps Cyzici creatus eſt Epiſcopus, Eleuſio pulſo; ſed paulò poſt à Cyzicenis exturbatus eſt. *a* Baſ. Ep. 195. Soc. 4. c. 7.

*b* Poſt Eudoxij obitum, anno 370, cùm Catholici Evagrium, Ariani Demophilum ſubrogaſſent, ambos Valens relegavit. Catholici deinde ab Arianis oppreſſi octoginta, Eccleſiaſtici ordinis viros queſtum ad Imperatorem miſerunt. quos Valentis juſſu Modeſtus Præfectus in navem impoſitos medio mari aquis & incendio conſumpſit. Monachis præ cæteris fuit infeſtus; quos in militiam conſcribi edicto compulit. Nec defuit turbulento illo ſtatu rerum Eccleſiæ ſuæ Deus. Nam complures ſanctimonia, literarúmque præſtantes ſcientia viros hæreticis oppoſuit. *c* Inter cæteros eminebat par illud amicorum, Baſilius, & Gregorius; qui ex ſolitudine ad ſubſidium Catholicarum partium accurrerunt. Baſilium Cæſareæ in Cappadocia creatum Epiſcopum anno 370, fruſtra Valens aggreditur: cujus & filius Galates in pœnam paternæ impietatis extinctus eſt. Gregorius Saſimorum ordinatus Epiſcopus; poſt Nazianzum tranſlatus eſt. Floruit & Gregorius alter Nyſſenus Epiſcopus Baſilii frater, quem Valens relegavit; ut & Meletium Antiochenum, Euſebium Samoſatenum. *d* Athanaſium verò cùm itidem exturbare vellet, Alexandrinorum tumultum veritus, à cœpto deſtitit. at illo vita functo, eíque ſuffecto ab Catholicis Petro, Lucium Arianum Valens Epiſcopum præcepit fieri, ac Petrum carcere concludi. Miſera exinde facies Alexandrinæ Eccleſiæ fuit; quam cæde Catholicorum, raptatione Virginum, ac Monachorum; aliorum proſcriptione, ac direptione Lucius infeſtam habuit. Moritur Athanaſius, ut refert *e* Socrates, Coſſ. Gratiano II, & Probo; qui eſt annus 371: cùm annos 46 in ſumma rerum viciſſitudine præfuiſſet. Eodem tempore *f* cùm Mauvia Saracenorum regina pacem Ro-

*b* Soc. 4. c. 13. & ſeq. Soz. 6. c. 14. & ſeq.

*c* iidem & Naz. in Euc. Baſil. & Ep. 20.

*Baſilius & Gregorius.*

*d* Socr. 4. The. 4. Sozom 6.

*e* Soc. 4. c. 17. Theod. 4. c. 2.

*f* Soc. 4. c. 36. Soz. 6. c. 38. Ruff. 2. c. 6.

A 363 Chriſti ad 338

manis oſtendiſſet ea conditione, ut ſuæ genti Moyſes ſanctiſſimus eremita daretur Epiſcopus, in Alexandriam perductus, nunquam ſibi ab Lucio manus imponi paſſus eſt: pervicítque, ut ab Catholico antiſtite conſecraretur. Orientali quoque Eccleſiæ ſplendorem attulit S. Epiphanius, qui Panarium ſuum inchoavit anno 375: necnon *a* Didymus Alexandrinus, qui ab quinto ætatis anno captus oculis, in omni floruit eruditionis genere.

*a* Hier. Chr. Socr. 4. c. 25. Ruf. 2. c. 7.

*b* Obiit anno Chriſti ineunte 379 Cal. ipſis Januariis magnus ille Baſilius, *c* cujus poſt obitum nono menſe Antiochiæ ab Catholicis Epiſcopis conventus eſt habitus, in quo ad componendum illius Eccleſiæ diſſidium, de Paulini ac Meletij conſenſu decretum eſt, ut alterutro vita functo ſolus alter eſſet Epiſcopus. *d* Ex eodem concilio Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolim ad rem Catholicam ordinandam mittitur.

*b* Vide Par. 2. l. 4. c. 13.
*c* Socr. l. 5. c. 5. Soz. l. 7. c. 3.
*d* Soc. Greg. ipſe de vita ſua.

In Occidente, quem Valentinianus princeps Catholicus obtinebat, nihil ab hæreticis admodum turbatum eſt: niſi quod *e* Auxentius Mediolanenſis Epiſcopus ex Ariana parte, ementita pietatis ſpecie Imperatorem illuſit: qui S. Hilarium Gallicanæ columen Eccleſiæ cum Auxentio congredi paratum iratus urbe juſſit excedere.

*e* Hila. Con. Auxent. Sulp. 2.

*f* At Romæ poſt Liberii Pontificis obitum anno 367 ſchiſma peſtilens erupit. Urciſino contra Damaſcum legitimis electum ſuffragiis ordinato Epiſcopo, ex quo tam atrox orta ſeditio eſt, ut in Baſilica Sicinini uno die 137 cadavera reperta ſint, ut teſtatur Ammianus.

*f* Amm. 27. Soc. 4. c. 29. Ruf. 2. c. 10.

*g* Mediolani porro cùm diem obiiſſet Auxentius, in ejus locum Epiſcopus creatur Ambroſius vir Conſularis anno 375, octavo poſtquam baptizatus eſt die. Et eodem anno *h* S. Martinus in Gallia Turonis præficitur. *i* Quinquennio ante hoc tempus, nempe anno 370, vivendi finem fecêre S. Euſebius Vercellenſis; & Lucifer Calaritanus, qui ſui nominis ſchiſma conflavit. Nec longè ab hoc anno ponendus eſt obitus Hilarii Pictavorum Epiſcopi. In Africa verò claruit

*g* Paul. in vita Ambr. Hier. Chr. Ruf. 2. c. 11. Socr. 4. c. 30.
*Ambroſius.*
*h* Greg. Tur. c. 47.
*i* Hier. Chron.

*a* Optatus

*a* Optatus Milevitanus Epiſcopus, qui Parmenianum Donati ſucceſſorem luculento opere confutavit.

A. 363. Chriſti ad 378.
*a* Hier. chron.

Palæſtinam quoque admirabili ſanctitate decoravit S. Hilario, monaſtici in illa provincia princeps inſtituti; qui anno circiter 372 octogenarius obiit, ut in ejus vita ſcribit Hieronymus, qui tunc in Syria degebat. Vixit & ſanctiſſimus Ephrem Edeſſenæ decus Eccleſiæ.

*S. Hilario.*

*b* In eadem Palæſtina Melania ſenior Marcelli Coſ. filia Romanarum mulierum nobiliſſima ſanctitatis celebre nomen habuit. tametſi poſtea Ruffini conſuetudo Origeniani dogmatis illi virus adſperſerit.

*Melania.*
*b* Hier. chr. Ruff. 25. c. 7. Pall. Lauſ.

Inter gentiles, doctrinæ præconio cenſetur *c* Themiſtius cognomento Euphrades; qui ab Conſtantii imperio ad Theodoſium, & Arcadii uſque primordia philoſophiæ pariter & facundiæ principatum tenuit. Hiſtorici celebrantur, Ammianus, qui ſub Valente militavit: & Aurelius Victor.

*c* Vita Them. ex ejus ſcriptis collecta. 4. c. 32.

Hæreſis hoc intervallo eſt exorta potiſſimùm Apollinariſtarum; quorum auctor *d* Apollinaris Laodicenus, quem cum Vitali ejus diſcipulo Damaſus Papa Romæ in Synodo damnavit anno 373.

*d* Sozo 6. c. 25. Naz. Ep. ad Cledon.

Valentiniani epocha illuſtri charactere notatur anni biſextilis, qui eſt Chriſti 364, ut ex *e* Ammiano conſtat. atque hic eſſe cardo Chronologiæ debet illorum temporum: qui cum Faſtis Conſulum, & Imperatorum ætatis illius compoſitus, ſingulorum initia, exitúſque, cujuſmodi conſtituimus, affirmat.

*Valentiniani epocha comprobatur.*
*e* Amm. 23.

A. 378. Chriſti ad 395.

## *Quæ Gratiani, Valentiniani junioris, ac Theodoſii temporibus evenerunt: déque Tyrannis Maximo, & Eugenio.*

## A 378 Chriſti ad 395.

CAP. VIII. VAlentiniano Auguſto nati ſunt filii duo, Gratianus anno 359 Chriſti, 14 Cal. Maias, ut eſt in Faſtis Idatii: & Valentinianus Junior ex altera conjuge Juſtina (quam Magnentio tyranno antè nupſiſſe refert *a* Zoſimus;) anno ut Idatius memorat, 366, Januarii 18. *b* Gratianum Valentinianus Auguſtum renunciavit apud Ambianum in Galliis anno 367, die 9 Cal. Septembr. *c* Valentinianus autem junior anno 375, ſtatim poſt patris obitum militaribus ſuffragiis ad eundem honorem eſt evectus annum agens decimum.

*a* Zoſim. 4. *b* Idat. *c* Amm. 30. Socr. 4. c. 31. Idat.

*d* Gratianus præclara fuit ad omnem virtutem & honeſtatem indole, quam eximia corporis ornabat ſpecies: literis haud mediocriter eruditus. ſed à negotiis publicis abhorrebat animo; barbarum militem Romano ac veteri anteferre ſolitus. *e* Hic Valente mortuo, cùm impune Gothi Thraciam, aliáſque Romani imperii percurſarent provincias, quòd ſolus oneri ferendo par non erat, Theodoſium Theodoſii ejus, quem in Africa innocentem occiſum eſſe *f* ſuprà memoravi, filium accitum ex Hiſpania in communionem aſſumpſit imperii, annum 33 agentem, ut ſcribit Victor. *g* Quod anno 379, die 14 Februar. apud Sirmium contigit.

*d* Amm. 27. Victor. *e* Zoſim. 4. Socr. 5. c. 2. Soc. 7. c. 12. Theo. 5. c. 9. Vict. Oroſ. 7. c. 24. *f* Cap. 6. *g* Proſper. Chro. Idat. Marcel. Chron. Alex.

Theodoſius victis profligatíſque barbaris, pacem reſtituit; ac paullo pòſt Athanaricum eorum regem à ſuis pulſum, perhonorificè Conſtantinopoli profugum excepit anno 381; & eodem, quo venerat, menſe Januario vitâ functum regio more ſepelivit. Inſequente porro anno Gotthorum gentem omnem cum rege ſuo Romanis ſe tradidiſſe teſtis eſt Idatius, quibus Imperator agrum aſſignavit. quod in Orat. de Regno Syneſius indicat.

Digitized by Google

*a* Poſt hæc Maximus tyrannidem in Britanniis arripuit anno 381. ac Treviris ſede imperii conſtituta, per Andragathium ducem, deſertum à ſuis Gratianum apud Lugdunum dolo peremit 8 Calend. Septemb. anno 383. Periit itaque Gratianus anno ætatis 25. Cujus necem ultus eſt *b* Theodoſius: ſimul pulſum Italia Valentinianum juniorem in imperium reſtituit, *c* & cum Ambroſio Catholicâque reconciliavit Eccleſia: cui deinceps utrique ſpreta matre, Arianaque perfidia, totum ſe conſtanter addixit. Quod evenit anno 388, quo Maximum ſingulari Dei præſidio fretus ad Aquileiam ſuperavit, & occidit *d* 5 Calend. Auguſt. Victor ejus filius poſt paucos dies ab Arbogaſte Comite necatus eſt. Andragathius ſe in mare præcipitavit.

A. 378. Chriſti ad 395.
*a* Sever. 2. Vict. Zoſim. 4. Marcell. Socr. 5. c. 11. Soz. 7. c. 13.
*b* Lat. Pac. Paneg. Ida. Marcell. Ruff. 2. c. 32. Socr. &c.
*c* Ambr. Ep. 57.
*d* Idat.

*e* Erat Theodoſius omnibus Imperatore Chriſtiano dignis ornatus virtutibus; ac nulli priorum poſteriorúmve principum ſecundus. Militia præclarus, nulla, niſi neceſſaria, bella ſuſcepit. Clementia verò, & humanitate ſingulari præditus, & in omnes officioſus fuit. Paullo tamen erat in iracundiam proclivior: ſed ut nonniſi rebus indignis moveretur, atque ut citò ſe flecti pateretur; quod Ambroſius in ea oratione teſtatus eſt, quam in ejus obitum dixit

*e* Victor. Ambr. in fun. Theod.

*f* Hujus indolis ſpecimen præbuit in vindicanda Theſſalonicenſi ſeditione. Nam cùm Bothericum Illyricianorum militum præfectum populus occidiſſet, Theodoſius plurimorum cæde civium, etiam innocentium, id facinus eſt ultus. Ob id Mediolanum venientem Ambroſius Eccleſiæ aditu prohibuit: quod ille non ſolùm tulit patienter: ſed ex Pontificis præſcripto ſatisfaciens, lege inſuper ſanxit, ut latæ in reos ſententiæ executio in dies 30. differretur. Hoc anno 390 eveniſſe videtur. *g* At ante hoc tempus, in apparatu belli contra Maximum, ut Zoſimus refert, & anno circiter 388, Antiochenis, qui in ſeditione quadam Flacillæ conjugis ſtatuas dejecerant, intercedente præſule Flaviano, pepercerat.

*f* Paul. in vita Ambr. Ruff. 1. c. 18. Theod. 5. c. 18. Sozom. 7. c. 14.
*g* Chryſ. Orat. 10. ad Pop.



Digitized by Google

A. 378. Chriſti ad 395.
a Z ſim. 4. Marcel. Socrat. 4. c. 72. Soz. 7. c. 25. Oroſ. 7, c. 35.
b Epiph. de Menſ. & Pond. Idat. Faſt.

Haud diu poſt *a* Eugenius Arbogaſtis Comitis fretus potentia tyrannidem uſurpat anno Chiſti 391. ac ſequente Valentinianus ab eodem Arbogaſte Viennæ in Galliis occiditur. Auctor eſt *b* Epiphanius illum in palatio ſtrangulatum Arcadio II, & Ruffino Coſſ. Idibus Maij, Sabbato, pridie Pentecoſtes. qui neceſſariò annus eſt Chriſti 392. ut annos tum natus fuerit 26, menſéſque 4. Erat tum catechumenus, & baptiſmum ab Ambroſio flagitarat, quem ſingulari obſervantia coluit: ut ipſemet Oratione illa meminit, qua ejus funeri parentavit; atque eximiam ejuſdem pietatem, virtutéſque cæteras poſteritati tradidit.

c Ruff. 2. c. 33. Theod. 4. c. 24. Proſper. Marcell. Aug. 5. de Civit. c. 26. Oroſ.
d Victor. Socr. 5. c. 26 Idat. Chro. Alex. Theo. 4. c. 25. Soz. 7. c. 28.

*c* Theodoſius anno 394 Eugenium non tam humana vi, quàm Deo pro ipſa pugnante, victum, captúmque ſuſtulit. Arbogaſtas ſuapte manu periit. Hæc victoria Theodoſio poſtrema contigit. Quippe *d* anno 395, die Januarij 17, Mediolani obiit, cùm imperaſſet annos 16, vixiſſet 50, ut ait Victor. Socrates 60 tribuit. quinque amplius Alexandrinum Chronicon.

*Eccleſiaſticarum rerum hiſtoria, quæ per ſuperiorum Imperatorum tempus accidére. Conſtantinopolitanæ Synodi ſeries. Priſcillianiſtarum hæreſis. Ambroſii certamina. Tum inſignes doctrinâ, & ſanctimoniâ viri.*

## A 378 Chriſti ad 395.

CAP. IX.

CAtholicæ religionis incenſus amore Theodoſius, ad eam tuendam, ornandámque omnem adhibuit operam. quem animum ſuapte concitatum ſponte, majorem auxit in modum baptiſmus, *e* ab Aſcholio Theſſalonicenſi Eiſpopo ſuſceptus; cùm ex morbo periclitaretur. *f* Igitur adversùs hæreſes omnes ſanctionem edidit, ac ſolam obtinere juſſit Catholicam fidem, quam Romæ Damaſus Pontifex

e Soc. 5. c. 6. Sozo. 7. c. 4.
f L. 5. cod. de Hær. & l. 2. cod. de fide ath.

teneret. *a* Conſtantinopolim ingreſſus deinde 18 Calend. Decemb. anno 380, ademptas Arianis Eccleſias, quas jam annos 40 poſſidebant, Catholicis addixit. *b* Quo tempore cùm Ariani, qui frequentes erant Conſtantinopoli, Theodoſium ſibi adjungere ſtuderent, atque Eunomius præ cæteris acer, ac verſutus diſputator, hujus audiendi cupidum Imperatorem avertit ejus uxor Flaccilla *c* pia, ſanctáque mulier. Movit & illius animum Epiſcopi cujuſdam prudentiæ, ac libertátis plenum facinus: qui cùm Theodoſium honorificè ſalutaſſet, atque ejus filium Arcadium, qui tùm aſſidebat, tanquam unum è plebe puerulum appellaſſet; fremente ob id Imperatore, & extrudi foras illum jubente; Tu verò, Imperator, dixit, qui ob negatum filio tuo honorem iraſceris mihi, quo tandem animo ferre putas Deum, cùm ab hæreticis contemni filium ſuum videt; ac non eodem honore affici? Qua tempeſtiva libertate gaviſus Imperator, revocatum illum in pretio habuit, veniámque ab eo petiit; & hæreticos audire ultra renuit.

A. 378. Chriſti ad 395.
*a* Socr. 5. c. 7. Idat. Soz. 7. c. 12. Marcel.
*b* Sozo. l. 7. c. 6.
*c* Theod. l. 5. c. 19.

*d* Paullo antè profectus eòdem Gregorius Nazianzenus, ut Catholicæ fidei reliquias fovêret, contemptim habitus eſt initio: paullo pòſt admirationi eſſe cœpit: ſic ut Epiſcopatum popularibus ſuffragiis, ac Petro Alexandrino aſſentiente caperet. At hic ſubinde mutato conſilio, Maximum Cynicum Philoſophum ad eam ſedem evexit. Theodoſius ut & Nicænam profeſſionem, & Gregorio partam dignitatem aſſereret, œcumenicam in illa urbe *e* Synodum coëgit Epiſcoporum 150. quæ & Maximum, ab eóque temerè factas ordinationes damnavit; & Nicæno probato ſymbolo, de Spiritus ſancti divinitate contra Macedonium decrevit. Secundùm hæc, mortuo Meletio, cùm ei Flavianum ſubrogari Gregorius cerneret, conſtanter obſtitit; quòd ex pacto integram illam diœceſin Paulino cedere oporteret. Sic enim convenerat, uti cùm duo Catholicæ partis eſſent Epiſcopi, Paulinus & Meletius; uter priùs vivere deſiiſſet, ne altero ſuperſtite ſecundus ordinare-

*d* Gregor. Naz. carm. de vita ſua. Ruff. l. 2. c. 9 Socr. l. 5. c. 6. & 7. Theod. 5. c. 8. Soz. 7. c. 7. Tripar 9. *Conſtantinopolitana Synodus.*
*e* de qua To. 2. Conc.



Digitized by Google

A. 378. Chriſti ad 395.

tur antiſtes. Hinc altercatione ſuborta; tum Timotheo Petri ſucceſſore, Alexandrinóque præſule injuſſu ſuo negante Conſtantinopoli dari Epiſcopum potuiſſe; Gregorius pacis ſtudio ſponte ſe abdicavit. In ejus locum Nectarius ſuffectus eſt. Poſt hæc ſui cuique diœceſi limites conſtituti: & Conſtantinopolis, quaſi novæ Romæ, Epiſcopo, eadem, quæ veteris Romæ Pontifici, ſecundo tamen ab eo loco, jura conceſſa ſunt. quod decretum ratum eſſe vetuit Romanæ ſedis auctoritas. Id Concilium Oecumenicum ſecundum fuit: quod Conſtantinopoli celebratum eſt anno Chriſti 381. *a* quo & Aquileiæ in Italia Synodus alia, cui Ambroſius præfuit, Palladium & Secundianum Arianos condemnavit Epiſcopos.

*a* Tom. 1. Concil.

*Priſcillianiſtarum ſecta.*

*b* At in Hiſpania Priſcillianiſtarum nova efferente ſe hæreſi, quæ ex Manichæorum, aliorúmque perfidia coaluerat, Cæſarauguſtæ per idem fere tempus Concilium celebratur, in quo cum Epiſcopis alliquot ſectæ parens Priſcillianus homo laïcus percellitur. Hunc damnati Epiſcopi Abulenſem Epiſcopum conſtituunt. At hos omnes Idacius & Ithacius Epiſcopi Gratiani edicto relegandos curarunt. etſi ſubinde per fraudem obrepentes in integrum reſtituti ſunt. Burdegalæ poſtea altera coacta Synodo Priſcillianus damnatur: qui ad Maximum tyrannum provocans, juſſu ejus auditus Treviris, gladio eſt addictus, cum aliis pleriſque. Ithacius Epiſcopus, ejúſque participes, quòd ſe, præter fas ordinis illius, cauſſæ capitis immiſcuiſſent, ab Eccleſiaſtica communione alieni judicati ſunt. quod in annum congruit 385. *c* Sequenti verò, Treviris collecta fautorum ſuorum ſynodo, Ithacius abſolvitur. quo cum S. Martinus, qui eodem Maximum interpellaturus acceſſerat, communicare cum initio detrectaſſet; mox, ut id, cujus gratia venerat, impetraret, Imperatoris ceſſit precibus. cujus etiam adhibitus convivio, incredibili ab hoc, & ejus conjuge honore eſt exceptus.

*b* Severus Sulp. l. 2 Hiſt. Proſp. chron. Aug. de Hær.

*c* Sever. in vita Martini.

*Ambroſius.*

*d* Mediolani interim Ambroſius ab Juſtina Valentiniani Junioris matre Ariana femina in-

*d* Paul. in vita Ambr. ipſe in Auxent. & Ep. 13. 14. & 16.

Digitized by Google

digna multa perpeſſus, ejus impotentiæ ſacerdotali conſtantia reſtitit. ac per idem tempus ſanctorum reliquias Gervaſii, & Protaſii, divinitus oſtenſas in Ambroſianam baſilicam tranſtulit. quarum cultum magnis tum prodigiis ſancivit Deus: ut tam *a* Ambroſius teſtatur ipſe, quàm qui unà interfuit *b* Auguſtinus. ex quibus *c* Molinæi Calviniani miniſtri inſcitia pari conjuncta temeritate convincitur, qui non ſolùm totam illam inventorum corporum narrationem fictam eſſe credidit: ſed etiam epiſtolam illam, qua hoc deſcribit, Ambroſii haud eſſe germanam ejus exiſtimat. quo nihil dici poſſit obtuſius. Ambroſius legatus tandem ab Juſtina miſſus ad Maximum, pari fortitudine imminentem Italiæ tyrannum redarguit: ac tam ejus, quàm Ithacianorum communionem averſatus eſt.

A. 378. Chriſti ad 395.

*a* Ep. 53. & 54.
*b* L. 9. Conf. c. 7.
*c* L. 7. con. Perron. cap. 11.

*d* Theodoſius poſt necem Maximi, idolorum fana diſiici, confringi ſtatuas, ac ceremonias aboleri juſſit. *e* Inter alia famoſum Serapidis templum Alexandriæ demolitus eſt Theophilus Epiſcopus. qui ſub idem tempus utilem Antiochenæ Eccleſiæ navavit operam. *f* Nam hujus Epiſcopum Flavianum in Siricii Romani Pontificis gratiam, communionémque reſtituit, à qua ob inſtauratum poſt Meletii obitum ſchiſma pridem exciderat.

*d* Aug. 5. Civ. c. 26. Proſp. de Prom. l. 3. c. 38.
*e* Ruff. 2. c. 29. Socr. 5. c. 16. Soz. 7. c. 15.
*f* Ambr. Ep. 9. Socr. 5. c. 15. Theod. 5. c. 23.

Plurimum his temporibus ornamenti contulêre, literis ac pietate præcellentes viri: Baſilius, qui anno ineunte 379 Calendis Jan. deceſſit, nono Epiſcopatus anno. quippe Chriſti 370 Euſebio vita functo ſubrogatus eſt. quare annos 8, cum menſibus aliquot Cæſareæ præfuit: *g* ut Gregorii ambo, Nyſſenus, & Nazianzenus aſſerunt: magnum uterque decus ætatis ejuſdem. quorum ille Baſilii germanus, à Valente multa pro fide Catholica paſſus eſt, & *h* octo circiter annis exulavit. alter Baſilii amicorum intimus obiit anno 389: ut ex *i* Hieronymo colligitur. De Baſilii initio ac morte perſuadet *l* Socrates, qui Antiochenam Synodum ad ejus ſtatum Eccleſiæ componendum poſt Theodoſii renunciationem eſſe celebratam refert: quam Nyſſenus

*Viri inſignes Baſilius.*

*g* Nyſſen de S. Macrina. Naz. de S. Baſil. quæ eſt 20.
*Gregorii, Nazianz. & Nyſſen.*
*h* Nyſſen. de S. Macr.
*i* Hier. de Scrip.
*l* L. 5. c. 5.



Digitized by Google

A. 378. Chriſti ad 395.

Oratione de obitu Macrinæ, nono poſt mortem Baſilii menſe contigiſſe ſcribit. Theodoſius porro anno 379, Januarii 16 creatus eſt Auguſtus, ut idem Socrates aſſeverat.

a Hier. de Scrip. & hiſtor. cit.
b Greg. Turon. 2. Hiſt. Franc. c. 13.
c Aug. de Hær.
d Aug. 5. Civit. c. 26. Ruff. 2. c. 32.
e Vitæ PP.

a Amphilochius Iconii; Gelaſius Cæſareæ in Palæſtina; Theodorus Mopſueſtenus, Ambroſius Mediolanenſis; b Exuperius Toloſæ, Simplicius Viennæ, Amandus Burdegalæ, Mauritius Andegavi Epiſcopi inſignes habiti ſunt. Item c Philaſtrius Brixienſis. Sed & d Joannes Anachoreta in Ægypto vixit admirabili ſanctitate: cujus monitis, & conſilio plurimùm uſus eſt Theodoſius Imperator. Nec non e Arſenius; qui à Damaſco Pontifice ad erudiendum Imperatoris filium miſſus eſt, & cùm aula poſteà dilapſus ſolitudinem petiit.

f Aug. 9. Conf. c. 11.
g Hier. Ep. Paulæ.

Viduæ præterea ſanctiſſimæ, Monica, Auguſtini mater, f quæ anno 389 ad oſtia Tiberis exceſſit è vita anno ætatis 56. & Paula Romanarum mulierum nobiliſſima; g quæ contemptis opibus, ut Chriſto ſe totam dicaret, Bethleemum migravit anno circiter 384, quod in ejus Epitaphio ſcribit Hieronymus: qui & ipſe in eodem tum loco degens, doctrinæ, virtutiſque fama totum implevit orbem.

Diſertiſſimum tulit ætas eadem Symmachum: qui præfectus Urbi anno 384 de ara Victoriæ inſtauranda Valentinianum interpellavit, quem Ambroſius refellit. Macrobius item Theodoſio imperante vixit.

Hæreſes extitêre per idem tempus nonnullæ: ut Joviniani, quem anno 390 Siricius Papa damnavit: & Vigilantii, qui ambo Hieronymi ſtilo confoſſi ſunt. Flagrabat & Origenis fautorum inſania; quorum è numero fuêre Joannes Epiſcopus Hieroſolymitanus; Ruffinus Aquileienſis presbyter; Palladius Galata: quos S. Epiphanius, & Hieronymus ſcriptis ſuis exagitarunt.

Digitized by Google

A. 393. Christi ad 408.

*De Arcadio, & Honorio, deque præcipuis illorum temporum rebus. de Stilichone, Eutropio, Ruffino, Radagaiſo, Alarico, Romanæ urbis expugnatione, ac Barbarorum in Gallias, & Hiſpanias irruptione.*

## A 395 Chriſti ad 408.

CAP. X.

MOriens Thodoſius anno, ut dixi, 393 filios heredes reliquit imperij duos, Arcadium, cui Orientem conceſſit: & Honorium, cui Occidentem attribuit. Ille annum agebat ætatis 18, iſte 11. *a* Siquidem natus eſt Honorius Ricimere, & Clearcho Coſſ. 5. Id. Sep. qui eſt annus 384; cùm antecedente jam Arcadius Auguſtus à patre renuntiatus eſſet, 17. Cal. Febr. *b* Honorius verò anno 389, Timaſio & Promoto Coſſ. idem decus eſt adeptus. *c* Alij Theodoſio III, & Abundantio Coſſ. anno 393 id eſſe factum referunt.

*a* Idat. Marc. Chron. Alex.
*b* Chron. Alex.
*c* Proſp. Marcell.

*Arcadius.*

Arcadius Eudoxiam ſtatim poſt patris obitum duxit, conciliante has nuptias Eutropio, ne Ruffini filiam ſibi in matrimonium adſciſceret. Summa tum erat principum in republica duorum dignitas & potentia: Ruffini, qui Conſtantinopoli degebat; & in Occidente Stilichonis. Stilicho genere Vandalus, ut ſcribit *d* Oroſius, cùm poſt *e* Theodoſii mortem utriuſque ſibi tutelam arrogaret imperii, & in Orientem proficiſci vellet, ejus avertendi cauſſa, Ruffinus Græciæ aditus armis occupavit. tum Alaricum Gotthorum Regem excivit; quem eandem incurſantem Græciam fugavit Stilicho; ac ducem Gainam Gothici generis cum copiis ad Arcadium miſit. Cujus opera Ruffinus à militibus obtruncatus eſt eodem, quo Theodoſius obierat, anno: quem Eluſa oriundum Aquitaniæ oppido *f* Claudianus indicat. Hujus cum Stilichone conſilii particeps fuerat Eutropius ſpado: qui & ipſe pòſt paullò Stilichonem veritus, eum ab Imperatore, ac Senatu pro hoſte

*d* Oroſ. 7. c. 38.
*e* Zoſ. 4. Marcell. Iornan. de reg. ſucc. c. 94. Soc. 6. c. 1.

*Ruffinus.*

*f* 1. con. Ruf.

*Eutropius.*

M v

A. 395. Chriſti ad 408.

a Zoſim. 5. Iornand. Marcell. Oroſ. 7. c. 36.

proſcribendum curavit: a & Gildonem Comitem paganum, Africæ ab Theodoſio præfectum, ſibi conciliavit. qui aſſumptâ tyrannide cum frumentum ad Urbem prohiberet advehi, à Maſcezele fratre, quem adverſus illum miſerat Stilicho, perexigua manu fuſus, fugatúſque ſibi vitam eripuit: Nec diu pòſt Maſcezelem ipſum in Italiam reverſum Stilicho per ſuos de ponte præcipitavit in fluvium. b Africana illa victoria anno Chriſti 398 evenit.

b Idat. Marcel.

c Zoſim. 5. Socrat. l. 6. Sozom. 6. Oroſ. 7. Proſper. Marcellinus.

*Gainas.*

c Manlio Theodoro, Eutropio eunucho Coſſ. qui annus fuit undequadringenteſimus, Gainas Gotthici dux exercitus, à Stilichone, ut jam dixi, Conſtantinopolim miſſus, contra Imperatorem Arcadium cum Trigildo propinquo conſpirat; ita temperatis artibus, ut hic apertè deficeret; ille dux in eum belli delectus, rem ex utriuſque oportunitate gereret. Eodem agente Gaina, omnibus ſpoliatus ornamentis Eutropius, & interemptus eſt anno ipſo, quo Conſulatum geſſit; ejúſque de faſtis ac monimentis publicis abraſa memoria eſt. Eo ſublato, nihilo ſecius tumultuari Gainas inſtituit, & apertè rempublicam oppugnare. Cujus comperta fraude, occultiſque de Conſtantinopoli diripienda patefactis conſiliis, hoſtis ab Arcadio judicatur; & Fravittæ potiſſimùm Gotthi gentilis auxilio victus, in Thracia mortem oppetiit ſub finem anni 400; vel initium ſequentis, ut Alexandrinum Chronicon oſtendit.

*Eutropii mors.*

d Soc. 6. c. 23.

d Moritur poſt hæc nulla re geſta memorabilis Arcadius anno Chriſti 408; pacato, vel inerti potius ingenio, & uxori nimium addictus. cui dum impenſiùs obſequitur, publicam non minùs rem, quàm Chriſtianam peſſundedit. e Moriens Theodoſij filii tutelam Iezdegirdi Perſarum Regi teſtamento reliquit. qui eam ex fide capeſſens, pupilli curam mandavit Antiocho eruditiſſimo viro: & qui contra illum molirentur aliquid, iis ſe hoſtem venturum eſſe denuntiavit. Mortuus eſt Cal. Maiis annum agens 31.

e Procop. l. 1. Perſic. init. Agath. l. 4. p. 132.

In Occidenti multiplex barbarorum excurſio Romanæ rei propemodum exitialis fuit,

Digitized by Google

*a* Radagaiſus Gotthorum princeps cum quadringentis millibus, uti Zoſimus prodit, vel ducentis, ut Oroſius, & Marcell. totam inundavit Italiam: hoſtis longè omnium teterrimus, ac Chriſtianis infenſus. Quam omnem multitudinem Stilicho mira felicitate Feſulanis incluſam montibus internecione delevit: duce ipſo capto, & occiſo: quod anno 405 Proſper, ſequenti Marcellinus aſſignat.

A. 395. Chriſti ad 408.

*a* Zoſim 5. Proſper. Marcell. in chron. Orol. 7. c. 37. Aug. 5. de Cir. c. 23. Iornandes.

*b* Poſt hunc Alaricus Gotthorum & ipſe Rex, Balthici generis, cùm populata Græcia, in Epiro diu moras egiſſet: ita jubente Stilichone, qui Illyricum ab Arcadii dominatu ad Honorium transferre cupiebat: in Italiam deinde penetravit. quem ut averteret Honorius, Gallias & Hiſpanias habitandas ei conceſſit, quòd eas provincias retinere non poſſet. Quò cùm Alaricus pergeret, Saulus gentilis dux, cui exercitum Stilicho commiſerat: ipſa Paſchæ die inconſideratè barbaros aggreſſus, ab illis vincitur. Quo ſucceſſu elatus Alaricus propius admotis copiis, ac peragrata Italia, Romam expugnavit. *c* Quod antequam faceret, Stilicho Honorii juſſu interfectus eſt. Cùm enim poſt Theodoſii obitum imperium ad ſeſe transferre, & Eucherium filium ſuum gentilem, & Chriſtianis inimicum Imperatorem appellare vellet, quo facilius voti compos fieret, turbare omnia conſtituit. Itaque barbaros clam ad lacerandum excivit imperium. Vandalos enim, Alanos, Suevos, Burgundiones in Gallias, & Hiſpanias immiſit. quo illos anno 406 progredi cœpiſſe ſcribit Proſper in Chronico. Addebat animos Imperatoris affinitas: quod & Serenam Theodoſii fratre genitam habebat in matrimonio, & ex ea ſuſceptas filias duas Mariam primò: tum ea mortua, Thermantiam Honorio collocaverat. Sed occultis illius artibus ab Olympio detectis, anno Chriſti 408 Ravennæ, cum ad Eccleſiam confugiſſet, occiditur Heracliani manu: qui Africam provinciam cum Comitiva eo facto meruit, ut ſcribit Zoſimus, *d* tum anno ſequenti Eucherius cum Serena matre perimitur. Sublato Stilichone, cum Ho-

*b* Zoſim. 5. Oroſ. 7. c. 39. Iornan. de reg. ſuc. c 96 & de rebus Get. c. 30. Miſcel. l. 13.

*c* Zoſim. 6. Iornan. Marcell.

*Stilichonis mors.*

*d* Zoſim. 5.

A. 395. Chriſti ad 408.

a Proſper. Chron. Socr. 7. c. 10. Soz. 9. c. 6. Olymp. apud Phot. num. 80. Oroſ. 7. c. 39. Iornand. Marcell. *Alaricus Romam capit.*

norio paciſci cupiens Alaricus, ſtolido conſilio repulſus eſt. *a* Exemplo igitur, Gotthorum Hunnorúmque ſtipatus copiis, cum Athaulpho uxoris fratre Romam obſedit, obtinuitque anno Chriſti 410. quam cùm deprædari ſuis permitteret, mandavit, ut qui ad baſilicas confugerent, præſertim Apoſtolorum Petri ac Pauli, incolumes haberentur. Sexto die digreſſus inde, Placidiáque ſorore Imperatoris Athaulpho tradita, Rhegium abiit, ut Siciliam & Africam peteret; ſed ibidem morbo periit. Cujus in locum ſubſtitutus Athaulphus. Roma denuo populata, Placidiam abduxit, & apud forum Cornelium ſibi copulavit

b Idat. Oroſ. 7. c. 40.

*b* Dum hæc in Italia tempeſtas furit, Galliam & Hiſpaniam haud diſpar calamitas oppreſſit. Alani, Vandali, & Suevi, populatis Galliis, Pyrenæum tranſgreſſi, Hiſpanias occuparunt,

c Idat.

*c* anno Chriſti 409. Gallæciam Vandali & Suevi; Alani Luſitaniam, & Carthaginenſem provinciam: Silingi, quod Vandalorum genus alterum fuit, Bæticam invadunt.

## *Eccleſiaſtica res: & illuſtriores quidam ætatis illius viri. ac de S. Martini obitu; & Chryſoſtomi exilio nonnulla.*

CAPUT. XI. Paul. in vita S. Ambroſ.

THeodoſio Imperatori Chriſtianiſſimo triennium ferè ſupervixit Ambroſius, ait Paulinus: qui ipſo in die Sabbati ſancti illum deſiiſſe vivere ſcribit. prorſus Aprilis 4, Chriſti anno 397, Cæſario, & Attico Coſſ. Qua ratione annos 22, menſéſque circiter tres Epiſcopatum tenuit. Etenim anno 374, Decemb. 7, hoc eſt anno antequam Valentinianus excederet, mortuo

*S. Ambroſii obitus.*

Auxentio ſuffectus in Hieronymi Chronico memoratur. Marcellinus tamen Honorico, & Eutychiano Coſſ. id eſt anno 398; Ambroſii obitum adſcribit: contra quàm in Eccleſiaſticis Annalibus illius opinio refertur.

d Severus in Dial. Greg. Turon. L. 1. Hiſt. Franc. c. 46. & l. 10. c. ult. *S. Martinus.*

*d* Alterum occidentalis Eccleſiæ lumen extinctum eſt anno 401, Turonorum ſanctiſſimus

Digitized by Google

antiſtes Martinus, Sabariæ natus in Pannonia. qui Hilarium ab exilio revertentem ſecutus in Gallias, poſt monaſticum ibidem vitæ genus excultum, Turonorum Epiſcopus creatur eodem ferè tempore, quo Mediolani ordinatus eſt Ambroſius, nempe 375 anno Chriſti vir ob excellentiorem quolibet præconio ſanctitatem ſæculis omnibus admirandus, quem Imperatores ipſi impensè venerati ſunt: ut inter alios Maximus. qui ad ſe anno 386 venientem convivio excepit; quod ſuis manibus Imperatrix uxor ejus apparaverat, quæ tunc eidem, famulæ ritu miniſtravit. De anno illius exitus, quia nonnullis tricis implicatus eſt, *a* in Parte hujus Operis altera dicetur.

A. 395. Chriſt ad 408.

*a* Par. 2. l. 4. c 12.

Orientalem autem Eccleſiam ſplendore ſuo decoravit S. Joannes ex Antiocheno Presbytero Conſtantinopolitanus factus Epiſcopus, poſt Nectarii mortem, quæ anno 397, Septembris 27 contigit, ut ait *b* Socrates, qui Joannem ſequente anno, Februarii 26 in throno ſediſſe refert. Ad eam dignitatem evectus; dum in corruptos hominum mores, præſertim Clericorum, ac principum, acriùs invehitur, multorum in ſe concitavit odia. In his Eudoxiæ Imperatricis: quæ ab eo reprehenſa, Theophilum Alexandrinum ad cauſſam dicendam Conſtantinopolim accitum perpulit; ut eundem *c* tumultuaria collecta ſynodo damnaret anno Chriſti 403 in ſuburbio Calchedonenſi, loco *ad Quercum* dicto. Sed ingenti populi ſeditione, ac terræ motu ſtatim exorto, territus Imperator ſubinde illum revocari juſſit. Anno verò ſequenti, quòd eadem libertate cùm alios, tum Eudoxiam increparet; ejus opera *d* damnatus iterum, in exilium deportatur Junii 20; cùm ante duos menſes circa Paſcha ab Epiſcopali adminiſtratione prorſus abſtinuiſſet. Eudoxiam narrant hiſtoriæ Græcæ poſt menſes tres, quàm ejectus eſt Chryſoſtomus, vita eſſe functam Octobris 4 die, anni 404, cùm quatriduo antè inuſitatæ magnitudinis grando cecidiſſet.

*S. Joannes Chryſoſtomus.*

*b* Pallad. in vit Chryſ. Socr. 6 c. 2. Theod. 5 c. 34. Soz. 8. c. 17. & ſeq.

*c* Photius cod. 59. Soc. 6 c. 15 Soz. 8. c. 17.

*d* Soc. 6. c. 18. Soz. 8. c. 22.

*e* Chryſoſtomo ſubrogatus eſt Arſacius, homo elinguis, & imperitus. tum eo poſt menſes 14.

*e* Soc. 6. c. 19 & 20. Soz. 8 c. 23.

*Chryſoſtomi obitus.*

Digitized by Google

A. 395. Chriſti ad 408.

mortuo, Atticus monachus Armenus. Chryſoſtomus interim in Armenia, & Iſauria, magnis conflictatus ærumnis: certatim pro eo Catholicis laborantibus Epiſcopis, & Innocentio præ cæteris Romano Pontifice, cujus fidem appellarat, obiit Comanis ad Pontum Euxinum, 18 Cal. Decemb. anno 407. Vixit annos 52, menſes 8. ſedit verò annos 9, menſes 6, dies 20. Itaque natus eſt anno 355, circa Martium menſem. *a* Innocentius porro, cum eóque Occidens omnis non prius cum Attico, & Orientalibus commune habere quicquam voluit, quàm eraſo Arſacii nomine, Joannis ipſius in diptycha, quæ ſunt Eccleſiaſticæ tabulæ, referretur.

*a* Sozo. 8. c. 26.

*b* Per idem tempus doctrinæ, ac ſanctitatis inclytus fama vixit Epiphanius Salaminæ in Cypro Epiſcopus; qui cum Joanne Chryſoſtomo ſuper Origene vehementer altercatus eſt. Hujus enim errores exagitari tùm cœperunt. qui quidem hactenus per Ægypti monaſteria impunè ſpargebantur. ſed & fautorem habebant *c* Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, nec non Ruffinum Aquilejenſem presbyterum, & Palladium Galatam: à quibus Epiphanius, & Hieronymus præcipuè diſſidebant. Theophilus verò circa annum 399 congregata Synodo primus Origeniſtas damnavit; & Synodicam miſit ad Anaſtaſium Romanum Pontificem, qui anno 398 Siricio ſucceſſerat: tum ad Epiphanium, & Joannem Chryſoſtomum. *d* Anaſtaſius Origene condemnato, circulares literas mittit. *e* Chryſoſtomus rem accuratiùs conſiderandam ratus, nequicquam Theophilo, & Epiphanio inſtantibus, Origenis libros damnare noluit. Ob id iratus ab eo diſceſſit Epiphanius, ambóque invicem, ut narrant, quæ ſibi erant eventura divinitùs prædixerunt.

*b* Socr. 6. c. 12. Sozo. 8. c. 14.

*Origeniſtæ exagitati.*

*c* Epiph. Epiſt. ad Ioan. Hier. con. Ruff. & con. Ioan. Hieroſ.

*d* Hier. Ep. 8. ad Demetr. & Apol. con. Ruff & Ep. 78. ad Pam. & ad Marcell.

*e* Socr. & Sozo. cit.

Floruit itidem S. Aſterius Amaſeæ præſul, cujus politiſſimæ extant homiliæ circa annum 400 elucubratæ, Theophilus quoque Alexandrinus Epiſcopus, odio Chryſoſtomi, & avaritiæ ſordibus infamis: ſed eruditus, & Hierony-

*S. Aſterius.*

*Theophilus.*

mi familiaris: qui Syneſium ex gentili philoſopho, Chriſtianum, Ptolemaidis Epiſcopum fecit anno circiter 410; nempe tertio poſt obitum Chryſoſtomi, reconciliatúmque fautoribus ejus Theophilum: quod ſtatim ab illius morte contigit. A. 395. Chriſti ad 408.

a S. Vigilius Tridentinus Epiſcopus Stilichone Conſule martyrium paſſus eſt, ut ſcribit Uſuardus: & ut apparet, anno 406. b Gazæ porro S. Porphyrius Epiſcopus pietate, miraculis, & laboribus pro Chriſte fide tolerandis Arcadio imperante præſtitit. Severianus Gabalitanus ut diſertus fuit, ita ob æmulationem Chryſoſtomi minùs ſecundam poſteritatis famam meruit. Quam eximiam eſt aſſecuta S. Paula: quæ anno 404, Januarj 26 apud Bethleemum obiit; nata annos 56, menſes 6, dies 11: quorum 5 annos Romæ in ſancto propoſito, Bethleemi 20 tranſegit; ut teſtatur c Hieronymus.

a Martyr. Rom. 26. Iun. & Vſu. *S. Porphyrius.* b Vita S. Porphyr. apud Sur. 26. Febr. *S. Paula.* c Hier. Ep. Paulæ.

Prudentius Hiſpanus poëta eodem ſcribebat tempore, natus Philippo & Salia: Coſſ. anno 348, ut ipſe d prodit: & anno vitæ 57 carmina meditabatur. Proinde Chriſti 404 τὸ καθημερινὸν edebat.

*Prudentius.* d Prud. in Cathem.

Ruffinus Aquileienſis presbyter, & monachus, doctrinarum uſu, famâque clarus; ſancti tamen Hieronymi primùm amicitia, tum offenſione clarior, obiit paullo poſt Romam ab Alarico captam, ut eſt conjectura Baronii. Quo etiam tempore S. Marcella vidua mortua eſt, ut e Hieronymus affirmat.

*Ruffinus.* e Hier. Ep. 16.

Inter gentiles poëtica facultate facilè princeps Claudius extitit, Stilichonis fautor acerrimus. Hiſtorici verò Zoſimus, Eunapius.

Digitized by Google

## *Quæ ſub Theodoſio Iuniore, Honorio, ac Valentiniano III. in utroque imperio digna memoria contigerunt. Vandalorum in Africam impreſſio.*

## A 408 Chriſti ad 450.

CAP. XII.

ROmanum, Arcadio mortuo, ſub duobus principibus imperium ſtetit. Honorio parebat Occidens; Thodoſius Orientem tenebat. *a* Hic anno 401 Aprilis 10 die natus, & ſequenti renunciatus Auguſtus, anno 408 ſub tutela Perſarum regis, Antiocho curatore, ſolus in Oriente regnare cœpit. Sorores erant illi Flaccilla, Pulcheria, Arcadia, & Marina, è quibus Pulcheriam Theodoſius Auguſtam appellavit anno , ut Marcellinus cum Alexandrino Chronico ſentiunt, 414, ut Theophanes, 411. Ea porro nata proditur anno 399. *b* Ab hac inſtitutus Theodoſius, ſororéſque cæteræ, tantum in virtute ac pietate profecerunt, nihil ut à monachis differrent, & in religioſum domicilium aula verteretur.

*a* Socr. 4. c. 6. Marcell. Chro. Alex. Theophan.

*b* Soc. 7. c. 22. Soz. 9. c. 1.

Theodoſius anno ætatis 20 Athenaidem Leontij philoſophi filiam de conſilio ſororis Pulcheriæ duxit, rara feminam indole corporíſque ſpecie, quam Eudociam nominavit. Ex hac Eudoxiam ſuſcepit Valentiniano tertio nuptam. *c* Imperavit Theodoſius ad annum uſque 450, quo exceſſit è vita Cal. Auguſt. revocata prius ſorore Pulcheria, quam Eudociæ conjugis, & Chryſaphij Eunuchi calumniis adductus in ordinem redegerat. Hoc Imperatore pax ab armis in Oriente ferè perpetua fuit, præter pauca quædam, miniméque diuturna bella. è quibus *d* Perſicum à Vararane Iſdegerdis ſucceſſore motum, anno 422 per Ardaburium ducem non ſine ingenti miraculo, confectum, perterritis, ac fuga conſternatis barbaris.

*c* Marcell. Chron. Alex. Zonar. Cedre. Theoph. Hiſt. Miſc. 24.

*d* Theoph. Socr. 7. c. 18.

*Occidentalis imperii clades ſub Honorio.*

At in Occidente, ſub Honorio, ac deinde Valentiniano, domeſtici pariter externíque

Digitized by Google

motus aſſidui, ac fœdiſſima Romani facies imperii fuit. Erat Honorius natura mitis, & placidus: ludis, ac ſocordiæ deditus, & à cura reipublicæ, ac negotiis abhorrens: ſed in pietatem, religionémque propenſus: cui pluribus edictis conſultum voluit. Poſt Gotthicam eruptionem, quæ anno 410 Romanam urbem turbinis inſtar oppreſſit, varii in diverſis locis orti ſunt tyranni. Primùm *a* Attalus Alarici juſſu ab Senatu factus Imperator, cùm Honorium communionem imperii per legatos offerentem ſuperbè reſpuiſſet, ab eodem Alarico privatam retractus ad ſortem, ac ſæpiùs deinde refectus, & deſtitutus; ad poſtremum reſumpta in Gallia tyrannide, neglectus à Gotthis, à Conſtantio Comite captus anno 415, *b* in poteſtatem venit Honorii, ab eóque truncata manu vitæ relictus eſt. quod Marcellinus anno 412 reddit, contra quàm Proſper.

A. 408. Chriſti ad 450.

*Varii Tyranni.*

*a* Zoſ. 5. & 6. Olymp. apud Phot. 80.

*b* Proſp. chron Marcell. Oroſ 7. c. 42. Paulu Diac. 14.

Eodem tempore Conſtantinus tyrannus Gallias obtinebat. Qui ex infima militia ob ſolam nominis ſpeciem in Britanniis Imperator acclamatus eſt anno 407, ut *c* Olympiodorus, Proſper, & Zoſimus indicant: cùm ante illum Marcus & Gratianus ibidem tyranni prodiiſſent; Britannicis exercitibus contra Vandalos, & Alanos, quos in Gallias erupiſſe anno ſuperiore iidem auctores aſſerunt, hoc ſe tueri præſidio cupientibus. Inde digreſſus in Gallias cum duobus filiis Conſtante, & Juliano, à Conſtantio Comite victus, & Honorii juſſu ad Ravennam jugulatus eſt, anno 411: *d* cùm ſe Arelate ad Oratorium fugiens ſacerdotio initiandum antè curaſſet.

*c* Olymp. apud Phot. 80. Proſp. chron. Zoſ. 6. Idat chr. Mercell.

*d* Olymp.

Poſt hunc, *e* Jovinus, & Sebaſtianus fratres, arrepta tyrannide, ab Athaulpho Gotthorum principe Narbonæ capti, & occiſi ſunt anno 414, ut Idatius & Marcellinus teſtantur.

*e* Idem. Olymp Idat Marcel. Proſp. Oroſ. 7. c. 42.

Heraclianus item Comes Africæ, tyrannus ibidem factus, cum 700 navium claſſe, ac tribus militum millibus auſus in Italiam contra Honorium transfretare, à Marino Comite ad Utriculum ſuperatus eſt: & in Africam reverſus, Carthagine in æde Memoriæ jugulatur

A. 408. Chriſti ad 450.

*a* Proſp. Idat. Marcel. Oroſ. 7. c. 42.

*a* anno 413. Marinus ad ordinandam miſſus Africam, incertum livore, an auro corruptus; Marcellinum Tribunum, qui pro Catholica fide contra Donatiſtas fortiter ſe geſſerat, occidit; ac ſtatim ex Africa revocatus eſt, ut ſcribit Oroſius.

*Barbarorum imperia.*

*b* Proſper.

Super hanc tyrannorum multitudinem, barbarorum quoque graſſatio infeſtum habuit Occidentem. Gotthi Athaulpho rege Gallias ingreſſi ſunt *b* anno 412. ac ſequenti anno Burgundiones Germaniæ populi partem Galliæ Rheno propinquam occuparunt.

*c* Olymp. apud Phot. 80. Iorand.

Athaulpho Placidia nupſerat; quæ nuptiæ anno 414. Cal. Jan. celebratæ ſunt, ut ſcribit Olympiodorus: natúſque illis eſt Theodoſius; qui paulò pòſt Barcinone obiit. *c* Placidiæ opera, & conſilio inductus ad amorem pacis Athaulphus, cùm fruſtrà Romanum in Gotthos imperium, noménque transferre ſtuduiſſet, de reſtituendo illis hoc ipſo imperio cogitavit; ac ſe cum Gotthis ſuis Narbona pelli, & in Hiſpaniam relegari patienter tulit. Hæc dum agitaret animo, *d* à Gottho quodam occiditur anno 415; regnúmque Sigericus occupat Sari frater, qui Placidiam indignis modis habuit; & poſt dies ſeptem interfectus eſt. eíque Vvallia ſucceſſit, qui pace cum Romanis facta, Placidiam Honorio reſtituit, acceptis, ut refert Olympiodorus, frumenti modiorum 600000. & contra Vandalos, Alanos, Suevos, aliáſque gentes, quæ Hiſpaniam inſederant, bella convertit, *e* Placidiam invitam Conſtantio Comiti collocavit Honorius anno 417: & eodem anno nata illis eſt Honoria. Valentinianus verò Junior *f* anno 418, Ravennæ, 6 Non. Jul in lucem editus eſt. Conſtantius pacem cum Vvallia firmavit, eúmque revocavit in Galliam, ac ſedes in Aquitanica à Toloſa uſque ad Oceanum conceſſit, quod ſcribit Idatius. Hinc Gotthici in Gallia regni, ſeu Veſegotthici caput Toloſa fuit. atque hoc anno 419 contigit. Sequente verò anno, Chriſti 420, Conſtantius ab Honorio invito, ut ait Olympiodorus, in imperii conſortium aſſumptus, ſeptimo pòſt menſe moritur anno ipſo

*d* Proſ. Marcell. Idat. Oroſ.

*e* Olymp. Proſper. Iornan.

*f* Proſp.

*Conſtantius fit Imperator.*

Digitized by Google

420, ſi Marcellinum audias. Proſper enim in ſequentem reiicit. Natus hic in Illyrico, oppido Panæſo, multis ſub Theodoſio præfecturis claruit. ac poſt ſummum adeptum faſtigium, ejus pertæſus ſæpe conqueri ſolebat, quod, ut antè conſueverat, jocis ac ludicris indulgere non poſſet: ut ſcribit Olympiodorus. qui hoc præterea narrat, Theodoſium Imperatorem ratam illius Auguſtam dignitatem habere noluiſſe: ob idque Conſtantium bellum contra illum decreviſſe ſumere. A. 408. Chriſti ad 450.

*a* Extincto Conſtantio, inter Honorium, & Placidiam ſororem ſumma primùm familiaritas; minus etiam ſecundâ utriuſque famâ. mox Elpidia nutrice Placidiæ & Leontio ejuſdem curatore id agentibus, tanto exarsêre invicem odio, ut poſt frequentes Ravennæ rixas, & jurgia, demum anno 423 Placidiam cum filiis Honorius extruſerit, & in Orientem abire coëgerit. *a* Olymp.

Moritur paullo poſt Honorius anno ipſo 423; ſive Auguſti 15, ut ſcribit Theophanes: ſive 27. quod Olympiodorus prodidit; anno ætatis 35. Theodoſius *b* Placidiam cum Auguſtæ titulo, & Valentinianum Cæſarem priùs appellatum, agentem ætatis annum 5 in Italiam miſit anno 424, qui mox Auguſtus Romæ ſalutatus eſt. *c* Interim Joannes primicerius Notariorum cum tyrannide Ravennam occupat. contra quem Theodoſius Ardaburium miſit: qui tempeſtate jactatus in tyranni poteſtatem venit. Sed Angelus paſtoris ſpecie aperto per invias paludas itinere, Aſparem Ardaburij filium Ravennum deduxit. *Honorii obitus.* *b* Proſper Marcell. Olymp. *c* Soc. 7. c. 23. & ſeq.

Sic extincto Joanne, *d* Valentinianus apud Ravennam factus eſt Imperator anno 425, Octobris 23, ut eſt in Alexandrino Chronico. *d* Idem & Chr. Alex.

Secundùm hæc Vandali, quos ab Africæ litoribus Bonifacius Comes hactenus repulerat, Geiſerico duce in illam ex Hiſpania penetrarunt. Nam cum Bonifacius ab Aëtio proditionis accuſatus eſſet, miſſóque contra ſe Sigiſvulto, parem ſe non eſſe Romanis viribus animadver- *Vandali Africam occupant.*

Digitized by Google

A. 408. Chriſti ad 450.

a Proſper. Miſc. 14. Victor.

teret, ad Vandalorum, quibus cum affinitatem ante junxerat, confugit auxilia. *a* Anno itaque 427, ut ex Chronico Proſperi colligitur, Geizericus cum 80000 Vandalorum, & Alanorum transfretavit in Africam: eámque paullatim ſubjecit ſibi *b* Interim Bonifacius reconciliata Placidia, cùm Barbaris reditum perſuadere non poſſet, armis eos conatus pellere, ab illis vincitur: & anno 432 ex Africa Romam veniens, adepto magiſterio militum, haud diu poſtea vel morbo, ut ſcribit Proſper; vel, ut Marcellinus ait, ex vulnere, quod acceperat ab Aëtio, deceſſit. *c* ac Pelagiæ conjugi moriens præcepit, ut ne alteri, quàm Aëtio nuberet.

b Procop. 1.

c Marcel.

*Aetius.*

d Proſper. Idat.

e Proſp.

f Idat. Proſp.

*d* Aëtius in Galliis contra Francos, Gotthos, Burgundiones, Hunnos, alióſque barbaros Romanam rem utcumque ſuſtentavit. Franci haud procul Rheno devicti ſunt, *e* Felice, & Tauro Coſſ. anno 428. Burgundiones cum eorum rege, Guadicario anno 435: quibus & pacem Aëtius indulſit, ut ſcribit Proſper. *f* Idem Gotthos ab Narbone obſidione repulit anno 439, per Litorium Comitem.

g Proſp. Salvian. 7. Idatius, chron. Iſid. chr. Miſcell. 24.

*Hunnorum irruptiones.*

h Proſper, Iorn. de reb. Get.

Hunnos Aëtius circa annum 432 è Pannoniis exciverat; quorum aduersùs Gotthos auxilio eſt uſus. Ita *g* Proſper vulgatus. at Pithœanus Aëtium eundem Gaudentii filium ejus, qui à militibus occiſus eſt, Hunnos ad opem Joanni tyranno ferendam adduxiſſe refert, eodem, quo is interfectus eſt, anno Chriſti 425. Bis ergo ſollicitaſſe eum Hunnos oportet Sed & anno 434 Honoria Valentiniani ſoror, ob ſtuprum cum procuratore ſuo commiſſum ejecta palatio, & ad Theodoſium tranſmiſſa; Attillam contra Occidentalem rempublicam incitavit, ut ſcribit Marcellinus. His præpoſitus Litorius dux Romanus, dum Aëtii gloriam ſuperare nititur, & haruſpicum ac dæmonum reſponſis fidem adhibet, contra Theodoricum Gotthorum regem bellum infimis precibus detrectantem inconſultè dimicavit; & magna accepta clade, captus, & occiſus eſt, Theodoſio & Feſto Coſſ. anno 439. *h* Quo etiam Cartha-

go à Vandalis per ſpeciem pacis ex improviſo irruentibus occupatur, 4 *a* Cal. Nov. Eam urbem diripuêre barbari. ac cùm reliqui cives variis tormentorum generibus excruciati ſunt; tum in nobiles, & Clericos præcipuè ſævitum eſt.

A. 438. Christi ad 450. *Carthago à Vandalis capta.*

*a* Proſp. & Idat.

Tandem anno 442 cum Geiſerico Valentinianus pacem inſtauravit, & certis ſpatiis inter utrumque diviſa eſt Africa.

*b* Proſper.

Per quod tempus *c* Bleda & Attilla Hunnorum ducibus, Illyricum, Thraciámque populantibus, Theodoſius pacem ab iis redemit pactione pecuniæ. *d* Biennio pòſt Attila, fratre ſuo cæſo, ſolus Hunnorum genti dominatus eſt.

*c* Marcell. Alex. chr. Iornan.

*d* Proſper.

In Britanniam porro Picti ac Scoti ſæpiùs incurſionem fecerunt: maximè ſub annum 446, Aëtio tertiùm Conſule: quo rebus aliis, ac muniendis maximè adverſùs Hunnos Galliis intento, fruſtra ejus aures querelis ſuis pulſarunt; quas *e* Gildas, ex eòque Beda, deſcribunt.

*e* Gilda. Beda 1. Hiſt. c. 13.

## *De Francorum origine, & conſtituto ab iis in Gallia regno.*

CAP. XIII. Vide l. 11 de Doct. Temp. c. 48.

Nobiliſſimi toto orbe Francorum regni jacta ſunt intervallo iſto primordia. Cujus gentis incerta eſt origo, neque veterum ſatis expreſſa literis. *f* Falli conſtat eos, qui ab Trojanis eam repetunt. Quod ab Gaguino & Æmilio mandatum hiſtoriæ fuiſſe mirari ſubit. Vero mihi propior videtur *g* illorum opinio, qui non unius populi nomen hoc initio putant fuiſſe, ſed plurium; qui in idem conſpirantibus animis, Romanorum ſe ab jugo vindicarunt; Francíque ab libertate ſunt dicti. Hos eſſe volunt Bructeros, Chamavos, Anſivarios, Chattos, Uſipios, & Tencteros, qui ambo Sicambrorum vocabulo continentur, Friſios, Delgibinos, Chaſſivarios, & Angrivarios, qui Albim flumen inter ac Rhenum vaſtiſſimos Germaniæ agros obtinebant ad Oceanum uſque: ubi nunc Veſtfalia, Friſia, Saxonia, Turingia, Heſſia, Miſnia, &c. quæ nomen

*f* Geſta Franc. ex Greg. c. 1.

*g* Phil. Cluver. l. 3. Germ. ant. c. 20.

Digitized by Google

A. 408. Chriſti ad 450.

commune retinet, Franconia collocantur.

a Greg. Tur. l. 2. c. 9.

Reges utrum antiquitus habuerint, ignotum eſſe teſtatur *a* Gregorius: nam *duces* tantummodo Francorum, aut *ſubregulos*, vel *regales* appellatos. Maximo tyranno Galliis imperante, Marcomerem, & Sunnonem *regales* Francorum extitiſſe Sulpicius Alexander prodidit, eoſdémque mox *ſubregulos* vocat: tum *reges*, ut hæc vocabula promiſcuè videantur habita.

*Pharamundus.*

b Aimo. 1. c. 4. Iunon. Chr. Geſta Fr. epit. c. 4.
c Proſp. à Pith. editus
d Ita Greg. 2. c. 9.
e Ita Sidon. car. V. Ver. 212.
f Proſper Pit. Aimo. 2. c. 4.
g Aimo. 1. c. 4. Iuon. Chr. Geſta Franc. epit. c. 5.
*Clodio.*
h Proſp. Pit.
i Proſper vulgatus.

Primus in Regum appellatione, ac ſerie Pharamundus in noſtris Annalibus ponitur *b* Marcomiri filius; de quo nihil apud Gregorium extat. *c* Proſperi Chronicon ad annum Honorii 26, hoc eſt Chriſti 420, illius adſcribit exordium. Poſt hunc verò *d* Chlogio, vel *e* Cloio, ſive *f* Clodius *g* Pharamundi F. regnavit: qui apud Diſpargum reſedit; quod in Thoringorum eſſe finibus aſſerit Gregorius. Hoc modo Thuringia longè apud Gregorium alia fuerit ab ea, cui hoc nomen hodie tribuitur. Nam Diſpargum oppidum fuit in Sicambris, aut iis proximum. Cloio anno 428, aut 429 iniit, *h* quinque ab morte Honorii annis elapſis. atque hic trans Rhenum primus in Gallias erupit. *i* Sed ab Aëtio duce repreſſus, citimam Rheno partem illam amiſit Galliæ, quam cum ſuis occuparat. Poſt annos deinde circiter 18, longiùs etiam in Atrebatum, & Cameracenſium fines transducto Francorum exercitu, Romanos profligavit, & ad Suminam uſque fluvium ditionis ſuæ fines extendit *k* ſub annum 445. *l* Videtur tamen ab Aëtio & Majoriano tum cladis aliquid accepiſſe, quod Sidonius indicat. Præfuit Cloio annos *m* ferè 20. Siquidem ad annum Theodoſii 25 *n* Proſper adnotat, Meroveum in Francia cœpiſſe regnare: qui eſt Chriſti 448, vel 449. Ita Pharamundo anni reliqui erunt octo.

k Sigeb. Greg. 2. c. 9. Aimo. 1. c. 5.
l Sidon. Car. V. ver. 212.
m Aimo. 1. c. 6.
n Proſp. Pith.
*Meroveus.*

o Greg. 2. c. 9. Aimo. c. 6. Geſt. Fr. c. 5.
p Gag. Æm.
*Childericus.*
q Greg. Tur. l. 2. c. 12. Aimo. 1. c. 7. Ivo. Geſta. Fr. c. 6. & 7.

*o* Meroveus affinis Cloionis Francorum in Gallia ditionem amplificavit: quem Aëtio duci adverſus Attillam auxilio veniſſe, magnámque partem victoriæ fuiſſe *p* Annales Francorum referunt. Filium hujus heredémque *q* Childericum flagitiorum ac libidinum licentia, quam ne

Digitized by Google

ab nobiliſſimis quidem corporibus abſtinebat brevi inviſum ſuis reddidit. Omnibus itaque conſpirantibus in eum ordinibus, ad Thoringos profugit; Vvinomado quodam, cujus amicitiæ plurimum fidebat, domi relicto; qui abſenti Francorum reconciliaret animos: quod is aſtuto concilio perfecit. Nam Egidium Romanum patricium ſibi ut regem caperent Francos eſt hortatus, eóque beneficio devinctum facilè adduxit, ut primores gentis, quos ab Childerico abhorrere maximè ſciebat, tanquam ſuſpectos interficeret. Ita Francis ab novo abalienatis rege perſuaſit, uti Childericum ab exilio revocarent. qui *a* octavo, poſtquam pulſus erat, anno receptus, Egidium acie ſuperatum in oppidum Sueſſionum compulit: *b* Odovacrium Saxonem vicit: Aurelianos, & Andegavos ſubegit, *c* exactíſque 24 annis Chlodoveo filio, quem ex Baſina ſuſceperat Thuringorum regis hoſpitis ſui conjuge, reliquit imperium. Qui cùm anno 482 exorſus ſit, *d* uti poſtea demonſtrabitur; Childericus anno cœpit 457, vel 458, ut 24 annos impleverit: Meroveus verò circiter 10.

A. 408. Christi ad 450.

*a* Greg. Turon. cit.

*b* Greg. 2. c. 18. Aimo. 1. c. 7. Geſt. Fr. c. 12.

*c* Aimo. 1. c. 12. Ivo.

*d* l. 7. c. 2.

## *De Gothorum initiis, eórumque diſcrimine, ac regnis ab illis in Gallia, Hiſpania, & Italia conditis.*

CAP. XIV.

Plurimum ad illius ætatis hiſtoriam intelligendam conferet Gothorum originem, & incrementa cognoſcere; qui per Europam longè latéque diſſipati florentiſſima ſibi regna pepererunt. Ea nos ex Jordano, ſive Jornande Gotho, ac Paulo Diacono repetita hoc in caput utiliter conjecimus.

Gothicum omne nomen è Scanvia, ſive Scandinavia profectum eſt: quam inſulam *e* Jornandes vocat; cùm peninſula ſit Norvegiæ, ac Sueciæ continens regna. Hi cùm vicinam oram Balthici maris aliquandiu tenuiſſent, in Scythiam inde tranſgreſſi, ad Euxini Ponti littora conſederunt. *f* quorum qui ad Orientem longiùs receſſerunt, *Oſtrogothi*, id eſt, *Orientales Gothi* nomi-

*e* Iorn. de reb. Got. c. 3. 4. & ſeq.

*f* Paul. Diac. in Miſc. l. 12. c. 21. Iorn. c. 4.

A. 408. Chriſti ad 410.

nati ſunt. qui ad Occidentem habitabant, *Vviſegothi*, id eſt, *Occidentales Gothi*. Etſi ab Oſtrogotha quodam rege ex Amalorum ſtirpe nomen id acceptum nonnullis placet. *a* Duæ quippe Gothorum erant regiæ familiæ; Amalorum, quibus Oſtrogothi parebant; & Balthorum, qui Vviſegothis imperabant. Priores ab *b* Amala antiquiſſimo gentis illius rege dicti. poſteriores ab audacia nominati: *c* quia *Balth* audacem ſignificat. *d* Cùm igitur ambo illi populi ſumma concordia diu illic habitaſſent: Valente denique Imperatore civile inter eos ortum eſt bellum. Vviſegothis præerat Fridigernus, ſive Fritigernes; Oſtrogothis Athanaricus. Fridigernus impar viribus a Valente petit auxilium, per Ulphilam ſuæ gentis Epiſcopum Arianum: *e* & ut illi viciſſim gratificaretur, Chriſtianam ſub Arii profeſſione fidem amplectitur. quam, pace ambos inter populos reſtituta, longius propagavit Ulphilas. Ita Gothi in Ariana hæreſi deinceps obfirmati ſunt. Athanaricus verò complures ſuorum ob Chriſti nomen neci dedit: qui pro martyribus in Eccleſia celebrantur. *f* Poſt hæc Hunni, rege Balamire, trajecto Boſphoro Cimmerio, repente in Oſtrogothos impreſſionem faciunt, eóſque ſibi ſubjiciunt. Quorum clade territi Vviſegothi Valentem rurſus implorant, qui in Mœſia agros illis ad habitandum attribuit. Sed à Lupicino aliíſque limitaneis præfectis contumelioſius accepti Romanos armis appetunt: ab iiſque Valens imperator, *g* ut jam memoravi, bello ſuperatus, & exuſtus, pœnas violatæ religionis dedit. Compoſitis poſtea cum Theodoſio rebus, Romanam in amicitiam ac fœdus ab illo recepti, *h* & *fœderati* propriè ſunt dicti. Theodoſio mortuo Alaricus ex Balthica ſtirpe cum Vviſegothis ſuis in Italiam perrupit, eúmque, quem ſuprà *i* retuli, exitum militiæ hujus habuit. k Cujus ſucceſſores Gallia, & Hiſpania ſubacta, Vviſegothorum regnum ibi ſtatuerunt. cujus ſparſim mentionem facimus.

*l* Interim Oſtrogothi ſub Hunnorum dominatu cum privatis regibus priſtinas ſedes obtinebant. Hermanaricus; quo regnante Hunnorum

*a* Iorn. c. 5.

*b* Iorn. c. 14.

*c* Iorn. c. 29.

*d* Soc. l. 4. c. 33. & ſeq. Paul. in Miſc. 12. c. 12.

*e* Paul. 12. Miſc. c. 12.

*Gothi Ariani fiunt.*

*f* Vide præter cit. auctores Procop. l. 4. Goth. p. 323. Sozo. l. 6. c. 37. Iornan. de reb. Get. c. 24.

*g* Supr. c. 6.

*h* Iornan. c. 18.

*i* Cap. 10.

k Vide ſup. c 12.

*l* Iorn. c. 48.

rum excurſio illa contigit, ut *a* Jornandes narrat, tametſi cæteri, quos attigi ſuprà, Athanarico id factum rege memorent; *b* Hunnimundum habuit filium, è quo genitus eſt Thoriſmundus. cujus filius Berimud Hunnicæ pertæſus ſervitutis ad Vviſegothos in Galliam transfugit; cùm Theodoricus ejus nominis primus, eccifo jam Vallia, regnaret. Berimudis nepos fuit Eutharicus; cui Oſtrogothorum rex Theodoricus Amalaſuntham filiam in matrimonium dedit. Ad hanc familiam, ut quæ recto ab Hermanarico ſtemmate deſcenderet, Oſtrogothici jus regni propriè ſpectabat. *c* Verùm Berimude digreſſo, Vvandalarius Hermanarici fratre genitus velut caducum principatum tenuit. Hujus filii armis, ac mutua concordia nobiles extitere tres, Vvalamir, Theodomir, & Vvidemir: qui cum Attila adversùs Aëtium, & propinquos ſuos Vviſegothos in Gallia decertarunt. Extincto demum Attila, cùm reliqui populi, tum Oſtrogothi Hunnorum excuſſerunt jugum. *d* Theodomiri filius è concubina Theodoricus fuit; qui Leoni Imperatori ad ſanciendam pacem datus obſes apud Romanos adolevit. Tum imperante Zenone, cum à Theodomiro patre traditum Gothorum regnum accepiſſet, Imperatoris hortatu ad recuperandam Italiam, quam Odovacrius invaſerat, perrexit; ibidémque, quod poſtea dicetur, Oſtrogothorum condidit regnum; quod Juſtinianus deinde ſubvertit.

A. 408. Chriſti ad 450.
*a* Cap. 25.
*b* Iorn. c. 14.
*c* Iorn. c. 48.
*d* Iorn. c. 52.

## *Eccleſiaſtica res ſub illis principibus. ac primùm Pelagiana hæreſis, & Neſtoriana, nec non Epheſina Synodi accurata deſcriptio.*

CAPUT XV.
*Pelagianæ hæreſis hiſtoria.*

HOnorio, ac Theodoſio regnantibus, varii in Eccleſia motus extitere, celeberrimique cum hæreticis Catholicarum partium conflictus. ac contra duas præſertim hæreſes, Pelagii, & Neſtorii, certamen fuit.

Pelagius *e* natione Scotus ex inſula Britannia

*e* Hier. Præf. ad l. 1. & 3. in Hier.

A. 408. Chriſti ad 450.
a Aug. ep. 106.

oriundus: unde a & Brito nominatur; primùm monachus in Palæſtina vixit: ubi adversùs gratiam Chriſti peſtilentiſſimum dogma concep' animo; b cujus ei Ruffinus auctor fuiſſe proditur. Hic diſcipulum habuit Cæleſtium; qui prior in Africa palam hæreſim prædicans, c anno 412 Carthagine damnatus eſt, accuſante Paulino Diacono Carthaginenſi

b Hier. ib. Aug. 2. de Pec. Orig. c. 3.
c Ep. Conc. Carth. ad Innoc. Papam. Aug. 2. de Pec. Orig. c. 3.

Poſtea Eros, & Lazarus, Epiſcopi duo Gallicani, Pelagii nomen detulère apud Palæſtinæ Epiſcopos. d Sed cùm morbus alteri eorum incidiſſet, in tempore adeſſe prohibiti ſunt. quare excerpta de Pelagii & Cæleſtii libris capitula miſerunt. Ita Dioſpoli in Palæſtina Synodus eſt habita anno 415; e cui Epiſcopi 14 interfuerunt. Ab iis interrogatus Pelagius facilè Græcos homines linguæ illius, ac fraudis ignaros, captioſis reſponſionibus eluſit. Abſolutus itaque Joannis potiſſimùm Hieroſolymitani, Ruffini & Origenis fautoris opera; quod Oroſius f indicat, majores ſumpſit ſpiritus. Sed Hieronymi primùm ſtilo; tum Africanorum Patrum ſententiis vexari cœpit. Anno quippe 416 provinciales g duæ Synodi celebratæ ſunt; una Carthagine, cui præfuit Aurelius: altera Milevi in Numidia, præſide Silvano, cui Auguſtinus interfuit: indidémque Synodicæ ad Innocentium Papam editæ, quibus Pelagii, & Cæleſtii ita damnatos à ſe errores prædicant, ut auctoribus ipſis parcerent. Utriſque reſpondit h Innocentius ſequenti anno, quo Coſſ. notantur Honorius & Conſtantius, (is eſt Chriſti 417) menſe Januario. ac Pelagium, & Cæleſtium cenſuit Eccleſiaſtica communione privandos. Qua re comperta, Pelagius ad Innocentium ſcripſit. i ſed eo mortuo illo ipſo Chriſti 417 anno, 5. Kal. Auguſt. literæ ad Zoſimum pervenère. k Qui Cæleſtii primùm ficta profeſſione. (Hic enim Romam purgandi ſui cauſſa venerat) tum ſubdola Pelagii epiſtola deceptus; qua cum, Praylii, qui in ſedem Hieroſolymitanam anno 416 ſucceſſerat, commendatitiam miſerat, in Africanos Patres, nec non Erotem, & Lazarum paullo fuit commotior. Neque tamen Pelagium, ac Cæle

d Aug. 2. Retr. c. 47. & de geſ. Pel. 35. Phot. cod. 34.
e Aug. 1. contr. Iul. c. 3. & de geſ. Pelag.
f Oroſ. Apol.
g Tom. 1. Conc.
h Tom. 1. Conc. & Ep. Aug. 91. 93.
i Aug. 2. de Pec. Orig. c. 5. & 17.
k Zoſ. ep. Tom. 1. Conc. ubi & Pelagii confeſſio.

Digitized by Google

ſtium communioni reſtituit: ſed bimeſtrem huic diem præfixit, ad quam accuſatores adeſſent. Interim Africanis Epiſcopis ſatagentibus; Romæ ab Zoſimo hæreticorum calliditate detecta, cum ſe clam Cæleſtius ex Urbe ſubduxiſſet, *a* cum Pelagio pariter eſt damnatus anno 418. Secutum eſt *b* Honorii edictum eodem anno prid Cal. Maias, quo ambo perculſi ſunt. Africani verò Epiſcopi, accepto Zoſimi decreto, Calendis ipſis Maii anni ejuſdem 418, in plenaria Synodo, ut ſcribit Proſper, Epiſcoporum 213, contra Pelagianam hæreſim canones octo condiderunt: qui Milevitanæ Synodo ſecundæ perperam vulgò tribuuntur. Sed nihil Milevitana iſta contra Pelagium ſtatuit. & *c* ex illis ipſis octo canonibus, tertius quartus, & quintus à Cæleſtino Papa ſub Carthaginenſis Concilii nomine citantur. Denique in generali totius Africæ Synodo, non in provinciali, tanta de re pronunciatum oportuit. Hoc modo ſynodalibus ad Zoſimum perlatis decretis, ait Proſper, & per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt. Cujus pene profligatæ patrocinium ſuſcepit Julianus Memorii Capuani Epiſcopi filius, & ſucceſſor; qui ob hæreſim eandem ſede ſua pulſus, cum Auguſtino grande certamen iniit, homo lingua promptus, ac diſertus: ſed procax, & temerarius.

A. 408. Chriſti ad 450.

*a* Aug. 2. con. duas Epiſt. Pal. c. 3. & 4.

*b* Vide Bar. A. 418. Poſ. in vita Auguſt.

*De Milevitana Synodo vulgaris error.*

*c* Cæleſt. in Ep. ad Epiſc. Gall.

*Julianus Pelagianus.*

Pelagiani dogmatis appendix quædam fuit Semipelagianorum factio: qui initium à nobis eſſe ſalutis aſſeverabant, ac de Prædeſtinatione aliter, atque Auguſtinus ſentiebant. *d* quam in Gallis occultè graſſantem paucis ante obitum annis oppugnare inſtituit Auguſtinus: ac poſt eum Proſper Aquitanicus.

*Semipelagiani.*

*d* Aug. LL. de Præd. Sanc.

*e* Mortuo Zoſimo Papa 7. Cal. Jan. anni 418, creatus eſt Bonifacius: & ſub idem tempus à ſchiſmaticis Eulalius: cui Præf. Urbis Symmachus favebat. Sed ille paullò pòſt cauſſa cecidit anno Chriſti 419. Poſt Bonifacium anno 423 Romanæ præfuit Eccleſiæ Cæleſtinus. cujus anno labente 6, Chriſti 428, *f* Neſtorius Antiochenus in locum Siſinnii Conſtantinopolitanus

*e* Cod. Vat. apud Bar. ad an. 419.

*Neſtorius.*

*f* Marcell. Chron.

A. 408. Chriſti ad 450.

ordinatur Epiſcopus, qui ſubinde novam vulgavit hæreſim, Chriſtum aſſerens perſona conſtare duplici; ac B. Mariam haud eſſe Dei matrem adſtruens, ſed hominis tantummodo Chriſti. Ad hoc reſtinguendum incendium præ cæteris accurrit Alexandrinæ Antiſtes Eccleſiæ Cyrillus: qui ex anno *a* 412 avunculo ſuo Theophilo ſuffectus erat; Cæleſtini maximè literis incitatus, quibus ipſum in Neſtorii cauſſam inquirere, ac denos illi ad reſipiſcendum dies præfinire juſſit. quod anno 430 fruſtra tentatum eſt à Cyrillo.

*a* Socr. 7. c. 7.

*b* Quocirca anno Chriſti 431 Epheſi congregata Synodus eſt. ad quam Cæleſtini Papæ legati profecti ſunt Arcadius, & Projectus Epiſcopi, & Philippus Presbyter. Epiſcopi porrò ſupra ducentos interfuerunt: atque ad prohibendos tumultus, Comites ab Imperatore Theodoſio ſunt appoſiti, Candidianus, & Irenæus, Neſtoriana labe contacti. Orientales autem, qui cum Joanne Antiocheno vocati erant, tardiùs affuerunt: ut pote ad damnandum popularem ſuum ingratiis adducti. Itaque cum ex a. d. 10 Kal. Jul. inchoata Synodus eſſet, ac ter citatus Neſtorius è ſede ſua depoſitus; quinto inde die Joannes cum ſuis advenit: quos inter Theodoretus Cyri Epiſcopus eminebat. qui ſtatim, tumultuario coacto Conciliabulo, legitimæ acta Synodi reſciderunt, ac Cyrillum & Memnonem Epheſi Epiſcopum damnarunt. Comites interceptis Catholicorum literis omnibus, Imperatorem contra ipſos calumniæ plenis epiſtolis inflammarunt: adeò ut Cyrillus ipſe in carcerem conjectus fuerit. Tandem per fidum hominem, qui mendici habitu Conſtantinopolim profectus, incluſas arundine literas Catholicorum detulit; certior fit de omnibus Imperator: & Monachis annitentibus, atque allaborante Pulcheria, Synodi acta Imperatoris auctoritate comprobata ſunt; ejectóque Neſtorio, Maximianus ei ſubrogatus eſt. *c* Eadem porrò Pulcheria in honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis baſilicam condidit in Blachernis ad mare: quæ Græcorum deinde religione celebris fuit.

*b* Act. Eph. Syn. & Ep. Cæleſt. Proſper. Soc. l. 7. c. 34. Evag. l. 1. Marcell. Theoph. Zona. Cedren.
*Epheſina Synodus.*

*c* Niceph. 4. c. 2.

Finita Synodo, *a* in qua Pelagianam quoque damnatam hæreſim auctor eſt Proſper: Joannem inter & Cyrillum, & utrique contributos Epiſcopos aliquandiu ſimultates manſere. quæ Thodoſii ſtudio, & magni illius interventu *b* Symeonis Stylitæ compoſitæ ſunt. *c* Neſtorius primùm in priſtinum ſuum monaſterium S. Euprepii, quod erat Antiochiæ, relegatus: inde, quòd multos contagione ſui erroris afflaret, in Oaſin amandatus eſt anno 436. ubi poſtmodum verminante lingua, miſerabilem vitæ ſortitus eſt exitum. Libri ejus Theodoſii edicto flammis addicti ſunt.

A. 408. Chriſti ad 450.
*a* Proſper con. Collat.
*b* Vita S. Sym. apud Sur. 5. Ian.
*c* Acta Epiſ. & Evag. 1. c. 7.
*Neſtorii miſerabilis exitus.*

*d* Neſtorianæ porro hæreſi præluſit Leporius quidam Gallicanus monachus: qui ab Auguſtino dedoctus, oblato libello erroris ſui veniam petiit. quod anno circiter 420 factum eſt. *e* Quo etiam anno novæ in Chriſtianos turbo perſecutionis infeſtam habuit Perſidem, Iſdegerde, an ejus filio Varane, regnantibus. Id enim ambiguè proditur. *f* Sed & Africana Eccleſia ſub Vandalorum tyrannide gravia perpeſſa eſt Geiſerico rege: qui inter alios Sebaſtianum Comitem Bonifacii generum, qui ad ipſum confugerat, ſumma perfidia necavit.

*Leporius.*
*d* Facundus l. 1. & extat libellus Leporii. Caſſ. 1. de Incar c. 4.
*e* Soc. 7. c. 18. Theod. 5. c. 39. Marcel.
*f* Proſper. Victor. Vtic. 1.

## *Inſignes ætate illa viri, ac feminæ.*

CAP. XVI.

MUltum iis temporibus non vita ſolùm, ſed etiam obitu ſuo ſplendoris contulerunt Eccleſiæ duo ſidera, Hieronymus, & Auguſtinus. Horum prior exceſſit anno 420, pridie Cal. Oct. natus annos, ut ait *g* Proſper, 91. at *h* Annales Baronii nonniſi 78, vel 79 adſcribunt.

*g* Proſper chrō.
*h* Baron. ad an. 372.

*i* Auguſtinus anno 430 obiit 5 Cal. Sept. ætatis 76, Epiſcopatus 36; poſt converſionem 43: quo tempore Vandali Hipponem tertium jam menſem obſidebant, ut ait *k* Poſſidius. Natus eſt anno 354, Idibus Novem. ut in libro de vita beata, & primo de Ordine teſtatur ipſe. converſus eſt ad Chriſtum anno 387, circa *l* vindemiales ferias: & ſequenti anno circa Paſcha baptizatus eſt. neque biennio catechumenus fuit, ut

*i* Proſper.
*k* Poſſi. in vita S. Aug.
*l* Auguſt. 9. Conf. c. 2. & ſeq.



Digitized by Google

A. 408. Chriſti ad 450.

quidam opinati ſunt. Ita anno ætatis 34 inchoato baptiſmum ſuſcepit. Hic adverſùs hæreſes, ac ſectas omnes, quæ tum in Africa percrebuerant, acerrimum bellum, ac perpetuum habuit; præſertim Manichæorum, Pelagianorum, & Donatiſtarum. *a* Contra hos verò memorabilis facta Collatio eſt anno 411, coram Marcellino Tribuno viro religioſiſſimo; quem ad pacificandam Eccleſiam Honorius in Africam miſerat; cujus pars magna fuit Auguſtinus. Secundùm hanc *b* variis edictis Donatiſtarum ab Imperatore fracta contumacia eſt. *c* Quinetiam Jovianum hæreticum Honorius idem anno 412 in Boam inſulam relegavit.

*a* Collat. Carth.

*b* L. 51. 54. 55. Cod. Theod. de Hæret.

*c* Ibid. l. 53. de Hæret.

Claruit inter illuſtres ſanctitate, doctrináque præſules, *d* Paulinus, patria Aquitanus, qui paupertati Chriſtianæ poſthabitis opibus, ac nobilitate generis, Nolanus deinde factus eſt Epiſcopus. qua in dignitate memorandum ſæculis omnibus charitatis, ac ſui deſpicientiæ ſpecimen edidit, dum ſe, captivum viduæ cujuſdam filium redimeret, Vandalis in ſervitutem dedit. Hic Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Martini, aliorúmque laudibus & amicitia celebratus obiit 10 Kal. Jul. anno 431.

*d* Greg. Papa 3. Dial. c. 1. Sur. 22. Iunii.

*S. Paulinus.*

*e* S. Leo Papa Romanum Pontificatum, quem anno 440 adeptus eſt, eruditione, pietate, ac rebus geſtis mirificè decoravit. *f* Hilarius quoque Arelatenſis Antiſtes claruit quem S. Leo, quòd in alienam diœceſim graſſari videretur, ſeverius caſtigavit. *g* Atque hic annum 449 exceſſiſſe non videtur. *h* ſiquidem eo ipſo S. Leo 7. Cal. Sept. datis ad Epiſcopos Provinciæ literis, Ravennium Hilarii ſucceſſorem ſententia ſua confirmavit. quem etiam Hilarium *ſanctæ memoriæ* nominat. Cæterùm diverſus ab hoc Hilarius ille fuit, qui cum Proſpero ſuper Pelagianorum reliquiis ſcripſit ad Auguſtinum. Is enim laicum ſe fuiſſe ſignificat. Unde Arelatenſis vocabulum in illas epiſtolas irrepſiſſe videtur.

*S. Leo.*

*e* Marcel. Chron.

*S. Hilari. Arelat.*

*f* Vita S. Hilar. apud Sur. Maii 5.

*g* Novella Valent l. 7 tit. 24. de Epiſc. ord.

*h* Thom. 1. Conc. Gall.

Ravennæ quoque floruit S. Petrus ab eloquentia nominatus Chryſologus; *i* qui ab Sixto Papa S. Apollinaris admonitu urbi illi datus eſt Epiſcopus ſub annum 433.

*i* Rubeus in Hiſt. Raven.

Digitized by Google

*a* Oroſius Hiſpanici generis presbyter ſcribenda hiſtoria claruit, quam Auguſtini hortatu ſuſcepit: & ab eodem miſſus in Orientem, S. Stephani reliquias inde ſub annum 416 in Africam attulit. *b* Quas quidem reliquias Lucianus Presbyter ſuperiore anno divinitus oſtenſas è latebris eruerat.

A. 408. Chriſti ad 450.

*a* Marcell.

*b* Epiſt. Lucian. apud Sur. 3. Auguſt.

*Vincentius Lirinenſis.*

*c* Vincentius Lirinenſis anno 434 aureolum edidit libellum adversùs hæreſes, nempe tertio anno poſt Epheſinam Synodum, ut ipſe teſtatur. Caſſianus item genere Scytha, S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, Maſſiliæ poſtea monaſterium condidit. quem in Semipelagianorum incumbente n hæreſim (quæ multorum tunc in Galliis occuparat animos.) S. Proſper Aquitanus vir ætate illa doctus, & diſertus, libro contra Collatorem edito confutavit.

*c* Vinc. Lirin. Commo.

*Caſſianus.*

Sanctitatis præterea maximè laudem adepti ſunt in Occidente, *d* Palladius, qui ſub annum 429 à Cæleſtino Pont. ad Scotos primus Epiſcopus mittitur.

*d* Proſp. Chron. & con. Collat. Beda 5. Hiſt. Aug. c. 13.

*e* Tum Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus vir ſanctiſſimus: quem Proſper in Chron. memorat, agente Palladio Scotorum Epiſcopo, à Cæleſtino miſſum in Britanniam, ut Pelagianam hæreſim extingueret, Florentio & Dionyſio Coſſ. id eſt anno 429. *f* At Beda, Sigebertus, aliíque, priorem iſtam cum S. Lupo Trecenſi S. Germani profectionem imputant anno 446. atque ex Gallicana quadam Synodo miſſum eſſe, idem Beda teſtatur. Secundam verò, quam cum Severo Treverenſi Epiſcopo S. Lupi diſcipulo ſuſcepit, paullo pòſt accidiſſe Beda narrat; hoc eſt, ut Sigebertus ait, anno 449.

*S. Germanus Antiſſiod.*

*e* Conſt. in ejus vita Proſp. Scalig. edit.

*f* Beda l. 1. c. 17

*g* Per id tempus Lutetiæ Pariſiorum admirabili virtutum omnium luce radiabat S. Genovefa, Nemetodoro pago quodam ejuſdem civitatis oriunda, quam S. Germanus in priori profectione illac fortè tranſiens divinitus agnovit, ac deinceps ſumma veneratione coluit.

*g* Vita S. Genov. 3. Ian. apud Sur.

*S. Genovefa.*

Orientalem Eccleſiam illuminavit Alexandrinus Epiſcopus Cyrillus: qui avunculo ſuo Theophilo anno 412 ſucceſſit, ut jam diximus: ac multis pro Catholica fide, ſanctiſſimæque

*S. Cyrillus.*

A. 408. Chriſti ad 450.

virginis dignitate tuenda functus laboribus, exceſſit anno 444, Junii 9. quod & ex ejus Paſchalibus colligitur.

*a* Syn. Ep. 66, & Notæ ad eand.

*a* Syneſius Cyrenenſis, ex gentili philoſopho Chriſtianus, & ejuſdem urbis Epiſcopus, circa annum 410 à Theophilo factus, quandiu ibi ſederit haud compertum eſt.

*b* Vide Baron. ad A. 423.

*b* Theodoretus Cyri Epiſcopus in Syria ſub annum 423 præeſſe cœpit Eccleſiæ illi, ac doctrina & eloquentia præſtitit.

*c* Vita ejus apud Sur. 5. Ian.

*c* Vivebat tunc Stylites ille Symeon, à columna ita dictus; in qua dies noctéſque ſtans, Angelis, quàm hominibus, propiorem in mortali corpore vitam inſtituit.

*d* Hieron. Ep. 79.

*d* Claruit & virginitatis ac ſanctimoniæ titulis Euſtochium S. Paulæ filia, quæ matri ſuperſtes annis 15, mortua eſt anno 419.

*e* Niceph. l. 14. c. 23.

Doctrinâ verò celebres extitere feminæ duæ, *e* Eudocia Theodoſii junioris uxor: & Hypatia Theonis philoſophi, ac Mathematici filia; quam Syneſius ſummo habuit in pretio; ac magiſtram ſuam ſæpe nominat.

*f* Socra l. 7. c. 13. 10.

*f* Ea verò ab Alexandrinis anno 415 in populari ſeditione laniata eſt; quòd Oreſtem præfectum ab Cyrilli amicitia putaretur abducere.

## *De Marciano, Leone, Zenone, Anaſtaſio, & iis, quæ in Orientali imperio ſub illis acciderunt: ubi de Aſpare, & Ardaburio, Baſiliſco tyrannis.*

## A 450. Chriſti ad 491.

CAP. XXVI. *Marcianus.*

*g* Theod. Lect.

*h* Marcell. Chron. Alexandr. Theoph. Miſcel. Evag. 2. c. 1. Zon. Ced.

MArcianus humili loco natus in Illyrico, ſed militiæ clarus, *g* ex Tribuno Imperator à Pulcheria factus eſt: cui & ipſa convenit in manum, ea tamen lege, ut virgini ſibi liceret eſſe. *h* quod anno Chriſti 450 contigit. Ab utroque ſummâ concordia geſta eſt reſpublica: cùm juſtitiæ, ac pietatis Catholicæ tuendæ par in ambobus ineſſet ſtudium. Sed Marciano, quamvis ætate jam provecto, prior obiit Pulcheria, poſt

Digitized by Google

egregiam Eccleſiæ navatam operam, *a* anno 453, Sept. 10. qua die Eccleſiaſticis tabulis conſecrata legitur. Marcianus quinto pòſt anno moritur, nempe 457 Chiſti, *b* exeunte Januario; cùm annis 6, ac totidem menſibus imperaſſet.

A. 450. Chriſti ad 491.
*a* Marcell. Chr. Alex. Theoph. Martyr. Rom.
*b* Theod. Lect. 2. Collect.

Marcianum excipit Leo genere Thrax, *c* opera promotus Aſparis. cujus filii erant Ardaburius, Patricius, Hermenaricus. è quibus Patricium ſe facturum Cæſarem Leo ſpoponderat. quod cùm diu diſtuliſſet, *d* anno demum imperii 12, Chriſti 468 perfecit, deſponſa eidem Ariadna filia: Ardaburem verò Patricium creavit. *e* Hac fraude deceptum Aſparem cum Ardaburio ſpadonum gladiis obtruncat. Patricius præter ſpem, vulneribus acceptis, evaſit incolumis. Hermenaricus, qui tunc aberat, in Iſauriam fugit; & Zenone imperante Conſtantinopolim reverſus, ſpuriam illius filiam duxit, ait Theophanes. *f* Leo in Taraſicodiſam Iſaurum, quem priùs ſibi conciliarat, Zenonem nominatum, affinitatem tranſtulit, eique Ariadnam filiam, & Orientis præfecturam tradidit.

Leo Imp.
*c* Candidus apud Phot. 79.
*d* Cedrenus. Niceph. 15. c. 27.
*e* Marcel. Evag. 2. 15. Theopha. Iornan.
*f* Candid. apud Phot.

Erat Verinæ Auguſtæ Leonis conjugis frater Baſiliſcus, homo perfidus, & hæreticus; qui ingenti claſſi, quam contra Vandalos pararat, à Leone præfectus anno 468, rem prodidit; ſive à Genſerico pretio corruptus; *g* ſive hujus perfidiæ mercedem Romanum ab Aſpare, & Ardaburio pactus imperium. Qui Conſtantinopolim reverſus, ad Eccleſiam confugit, ac Verinæ ſororis precibus donatus ab Imperatore, Perinthum relegatus eſt; nec multo pòſt reſtitutus in integrum, Oſtryn Aſparis protectorem, & Theodoricum Triarii filium, cujus Aſpar ſororem duxerat, ab Conſtantinopolis obſidione, unà cum Zenone depulit *h* anno 472.

*g* Theod. Lect. Procop. de bello Vand. Niceph. 15. c. 17.
*h* Theoph.

*i* Moritur Leo, exactis imperii annis 17, menſibus 6, k Januario menſe; cùm Leonem Juniorem Zenone natum & Ariadna Cæſarem renuntiaſſet. Qui Februario deinde menſe Zenonem patrem manu ſua coronavit, Auguſtúmque conſtituit; & cum eo menſibus tranſactis 10, mortuus eſt anno illo ipſo, quo deceſſerat avus ejus Leo, 474. Victor Tununenſis Zenonem ait

*i* Marcell.
k Theoph. Theodor. Lect. Evag. 2. c. 17. Chron. Alex. Zon. Ced.



Digitized by Google

A. 450. Chriſti ad 491. filium ſuum Leonem occidere voluiſſe, & ab Ariadna pro eo ſubſtitutum alium: Leonem verò in Clericum attonſum ſtatuiſſe, & uſque ad Juſtiniani tempora vixiſſe. quod fabulæ ſimilius eſt, quàm hiſtoriæ.

Zeno. a Evag. 3. *a* Zeno itaque ſolus deinceps imperavit, in Iſauria natus, non minùs corpore, quàm animo fœdus, ait Zonaras; & à Catholico alienus dogmate. *b* Qui ſub exordium regni, Verinæ ſocrus, & hujus fratris Baſiliſci oppreſſus inſidiis, in Iſauriam profugit cum Ariadna; *c* quæ conjugalem fidem, matris, atque aulæ blanditiis antiquiorem habuit. Baſiliſcus cum uxore Zenodia Imperator acclamatus eſt, nihilo Zenone commodior princeps, & ab uxore in Eutychianam inductus hæreſim.

b Marcell. Evag. Theod. Lect. c Chron. Alex.

d Apud Phot. 79. *d* Scribit Candidus Verinam Patricii magiſtri amoribus irretitam, ut ei in dotem imperii nuberet, generum excluſiſſe: ſed contra illius ſpem Baſiliſco ſummam rerum eſſe delatam. Pulſus eſt Zeno anno 476, Baſiliſco & Armato Coſſ. *e* quod ex epiſtola Papæ Simplicii colligitur his data Coſſ. 4. Id. Jan. qua Zenonem, ut pro Imperatore quædam agere, hortatur. At Marcellinus & Victor Tununenſis pulſum Zenonem memorant ipſo ſolo Conſule anno 475; & reſtitutum ſequenti, Baſiliſco & Armato Coſſ. quos Simplicii epiſtolæ revincunt; non quarta ſolùm, ſed & ſeptima data poſt Conſul. Baſiliſci & Armati, 8. Id. Oct. qui eſt annus 477: in qua de recuperato imperio Zenoni gratulatur.

e Simpl. Ep. 4.

f Evag. 3. c. 8. Theoph. Lect. Marcell. Theoph. Zonar. Cedr. *f* Sed dum Baſiliſcus malè parto imperio, per tyrannidem abutitur; &, inſtigante uxore, peſſimos hæreticos Timotheum Ælurum, & Petrum Fullonem in eas ſedes, unde erant ejecti, reſtituit; Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſubdolo hæretico, ac Daniele Stylita fortiter obſiſtentibus; *g* ac Verina, mutato generi in favorem animo, clam id agente; Zeno anno 477 recuperavit imperium, poſt 20 menſes, quàm ejectus erat, ut auctor eſt Victor Tunun. & corrupto Baſiliſci conſobrino Armato Magiſtro militum, qui Zenonidi hujus uxori per conſuetudinem ſtupri conciliatus omnia poterat;

g Candidus.

Digitized by Google

*a* Baſiliſcum ab Eccleſia detractum, Limnis in cluſit Cappadociæ caſtello; ibíque cum uxore Zenonide mori fame coëgit. *b* Auctor eſt Malchus Báſiliſcum cum uxore, ac liberis gladio ſubjectum. Armatus paullo pòſt pro militari Præfectura quam ei Zeno promiſerat, ejuſdem juſſu interfectus eſt. Ejus filius à Zenone ex pacto Cæſar appellatus, *c* in Clerum adſcriptus eſt, & Cyzicenus poſtea factus Epiſcopus, ei Eccleſiæ cum laude præfuit.

A. 450. Chriſti ad 491.
*a* Procop. 1. Vand.
*b* apud Phot. cod. 78.
*c* Theoph.

Poſt hæc novi contra Zenonem motus extitêre. *d* Primùm Marcianus Anthemii filiius, ejus qui Occidentis Imperator fuerat, Leontiam Verinæ filiam, & Ariadnæ ſororem habens in matrimonio, imperium uxoris jure ſibi arrogabat: quòd ea Leone jam imperium obtinente nata erat; non, ut Ariadna privato. Rem itaque graviter agreſſus, pulſo Zenone, ad extremum partam victoriam luxu & inertia corrupit. Mors ergo Illi Patricij generi Iſauri fraude ſuperatus, ab Acacio Patriarcha presbyter conſecratur, *e* anno 479.

*d* Evag. 3. c. 26.
*e* Theoph.

Sequente dehinc anno in Zenonem altera tempeſtas incubuit. Hic Verinam ſocrum, Illi conſilio, in caſtellum quoddam relegavit, cum Marciano & Leontia filia. ac mox Illum ipſum, inſtigante Ariadna, *f* per Alanum quendam tentavit occidere. Sed amputata tantum auricula, evaſit Illus. quem ut leniret Zeno, Ducem eum Orientis cum ſumma poteſtate conſtituit. *g* At is injuriæ memor, anno 482 Verinam Auguſtam è Papyrio caſtello Iſauriæ liberatam impulit, ut apud Tarſum Ciliciæ oppidum Leontium Patricium crearet Auguſtum.

*f* Candid.
*g* Evag. & Theoph.

Biennio pòſt mortua Verina, anno ſcilicet 484 ab Joanne Scytha Zenonis duce victi ſunt Leontius, & Illus, ac ſe caſtello Papyrio clauſerunt: quo poſt annos quatuor expugnato, ambobus præſecta ſunt capita, Conſtantinopolim allata anno 488.

Adversùs tot Dei beneficia ingratus Imperator ad hæreticam impietatem crudelitatem addidit: & cùm à Mariano Comite futurorum

A. 450. Chriſti ad 491.

præſcio didiciſſet, imperii, & conjugij ſucceſſorem ſibi quendam è Silentiariorum fore Schola, innocentes aliquot affecit nece: imprimis verò Pelagium virum bonis artibus, ac virtutibus eximiè præditum: qui ab Schola Silentiariorum ad Patriciam dignitatem pervenerat. Id anno 490 contigit. Proximo ab eo, Zeno epilepſia correptus, quam è crapula contraxerat, identidem Pelagij nomen appellans, exceſſit è vita, ut ſcribit Evagrius. Alij vivum adhuc infoſſum eſſe narrant; & ab Ariadna, cùm expergefacti vox eſſet audita, vetitum extrahi, ibidem miſerabiliter extinctum: ita Pelagij preces ſanciente Deo, quem ille teſtem ac vindicem innocentiæ ſuæ moriturus appellaverat.

## *De Valentiniano III, Maximo tyranno, Avito, Majoriano, Anthemio, Olybrio, Glycerio, Nepote, Auguſtulo Occidentis Imperatoribus: Item de iis quæ in Occidentali imperio contigerunt, ab anno* 450, *ad* 491. *De Attila, Odovacre, Theodorico.*

CAP. XVIII. *a* Proſp.

VAlentiniano tertio adhuc ſuperſtite, Attila, qui *a* anno 444. occiſo fratre Bleda, Hunnis regnare cœperat, ſexto pòſt anno, qui fuit Chriſti 450, in Gallias contendit. quas per id tempus obtinebant Gotthi, quos Viſegothos nominant, Franci, Burgundiones, Alani, aliíque barbari; partem earum Romani ægrè tuebantur Aëtio duce; qui Occidentis imperium, ne funditus periret, unus illa tempeſtate ſuſtinuit. Gotthis regnabat Theodoricus: *b* cujus filiam Geiſericus Hunerico filio nuptam, ob veneni ſuſpicionem truncis naribus, & auribus dehoneſtatam ad patrem remiſerat. Ab hoc ſibi metuens Vandalus Attilam in eum magnis concitavit muneribus.

*b* Iornan. de rebus Get. c. 36.

*c* Qui ad Aureliam adduxit exercitum. Hanc enim urbem Sangibanus rex Alanorum ſe illi traditurum ſpoponderat. qua re cognita, cives

*c* Iornan. de rebus Get. c. 36.

Digitized by Google

ab ejus ſe inſidiis tutati ſunt. Erat in ea urbe tum *a* S. Anianus Epiſcopus, ſanctitatis & doctrinæ claritate celebris: qui & ad famam adventantis Attilæ, Arelatem ad Aëtium, implorandi auxilii cauſſa, iverat; & cùm hujus, tum multo magis divinæ opis fiducia, trepidantes ſuorum confirmabat animos. Obſidenti igitur Aurelianos Attilæ ex improviſo ſupervenit Aëtius cum fœderatis regibus: quem ille fugiens, in Belgicam conceſſit. *b* Ibi anno 451, magno commiſſo prælio fuſus eſt in campis Catalaunicis, qui & Mauriaci nominantur, ait Jornandes. quos centum *leugas*, ut Galli vocant, in longitudinem patere; latos eſſe ſeptuaginta, idem auctor affirmat. *Leugam* porro paſſus habere mille & quingentos. *c* In eo prælio, ait Jornandes, Romanis adfuêre Viſegothi, Franci, Sarmatæ Burgundiones, Saxones, aliæque nationes. Hunnis Gepidæ, & Oſtrogothæ duce Valamiro. *d* Sidonius tamen Francos, & Burgundiones in Attilæ fuiſſe caſtris aſſerit. quod de amborum parte aliqua poteſt intelligi. Theodoricus Viſegothorum Rex occubuit. ac cæſa ab utriſque partibus, ut ait Jornandes, 170000, Idatius 300000. Satis conſtat debellari cum Hunnis potuiſſe, niſi veritus eſſet Aëtius, ne his funditus extinctis, Gotthi in Galliis ſuſtineri non poſſent. *e* Itaque Thoriſmundo Theodorici filio, per ſpeciem adeundi paterni regni, in Narbonenſem redire perſuaſit. *f* qui anno vertente à fratribus Theodorico, & Friderico jugulatus eſt.

*g* Attila præter ſpem ereptus, in Italiam inſudit exercitum: ubi Aquileiam obſidione captam ſolo æquavit. Inde Mediolano, Ticino, aliiſque vaſtatis oppidis, Romam petens, S. Leonis, qui ad Mincium ei amnem occurrit, legatione commotus, abſceſſit in patriam anno 452. Unde rurſus in Gallias contra Alanos, qui trans Ligerim conſederant, profectus à Thoriſmundo itidem, ut in campis Catalaunicis, fugatus eſt, ut ait Jornandes. *h* Anno verò 454 cùm puellam duxiſſet, hauſto largiùs mero, vomitu ſanguinis extinctus eſt.

A. 450. Chriſti ad 491.

*a* Gregor. Turon. 2. c. 7. Sidon. l. 8. epiſt. 15.

*b* Marcell. Idat. Chr. Alexandr. Theopha. Paulus Diac. l. 15.

*c* Iornand.

*d* Carm. 7. 320.

*e* Greg. Tur. l. 2. c. 7. & alij cit.

*f* Idat. chr.

*g* Iornan. Caſſiod. chr. Paul. Diac. 15.

*h* Priſcus apud Iorn. Marcel. Theoph.

Digitized by Google

A. 450. Chriſti ad 491.

a Blond. Dec 3. l. 1. Sabell. Ennead. 8. l. 1. Sig. de Imp. Ital. l. 13.

*Venetiarum origo.*

*Valentinianus occiſus.*

b Marcell. Idat. Paul. Diac. 15. Iornan. de reg. ſucceſ. Caſſiod.

c Anonym. Cuſ.

*Maximus.*

d Procop. 1. Vand.

e Anon. Cuſpin. De Maximo vide Sidon. l. 2. ep. 3.

f Paulus Diac. l. 15. c. 5.

g Anon. Cuſpin.

h Theoph.

i Caſſiod. Marcell. Idat. Paul. Diac. l. 15.

*Avitus.*

K Paulus 15. c. 5.

a Ferunt Venetiarum civitatem ex illa barbarorum incurſione originem accepiſſe, Italis pleriſque, maximéque Patavinis, ex urbium ſuarum incendiis, & ruinis ad æſtuaria receptum habentibus.

b At Valentinianus Placidiæ matris obitu, quæ anno 451 deceſſit, laxatis licentiæ frænis, imperio, per libidinem & crudelitatem abutitur. & cùm Maximi Senatoris uxori ſtuprum obtuliſſet, illius callido conſilio ſuſpectum ſibi redditum Aëtium obtruncat in palatio anno 454: & ſequenti, ejuſdem dolo Maximi per Aëtij ſatellites in campo Martio confoditur c 16 Calend. April. natus annos 36, imperij 31. d Maximus Eudoxiæ Valentiani conjugis potitus nuptiis, cùm ſe ejus amore falſus eſſet in Valentiniani conſpiraſſe mortem, id indignè illa ferens Genſericum in Italiam evocavit ex Africa. cujus adventu territus Maximus, in fuga, e pridie Eidus Junias laniatus à ſuis, & in Tiberim projectus eſt, vix altero Imperij menſe confecto. f Genſericus Urbe capta, S. Leonis Papæ oratione mitigatus, incendio ac cædibus abſtinuit. Direptis tamen g per dies 14 ſacris ac profanis opibus omnibus, h Eudoxiam Auguſtam, ejúſque filias ambas, Eudociam, & Placidiam in Africam abduxit: atque illam Hunerico filio copulavit; hanc, quòd Olybrio jam erat nupta, ſervavit. Eudoxiám anno 462 Conſtantinopolim remiſſam auctor eſt Idatius. Ejus filia cùm annis 16 cum Hunerico vixiſſet, & Ildericum peperiſſet clam dilapſa in loca ſancta profugit anno 471, ut ſcribit Theophanes.

i Interim Avitus Gallus eodem anno 455, ſexto Eid. Julias, ut ait Anon. Cuſp. ab exercitu Gallicano Toloſæ renuntiatus Imperator pacem cum Gotthis firmavit. Cujus hortatu Theodoricus Hiſpanias ingreſſus, Suevos, occiſo eorum Rege Rechiario, perdomuit anno 456. Avitus tertiò quàm creatus fuerat, deſtitutus à Gotthis, imperio vitâque caruit, ut ſcribit Idatius. k Paulus Diaconus poſito imperio Placentinum eſſe factum Epiſcopum refert.

Digitized by Google

Id anno accidit 457, quo & Marcianus in Oriente fato functus eſt. Anonymus Cuſpiniani Avitum 15. Cal. Oct. captum ait Placentiæ anno 456, quo Joannes & Varanes Coſſ. fuêre. Sanè quidam Evagrius *a* non plures Avito, quàm menſes decem, ac dies octo tribuit. Sed ex Anonymo iſto, menſes amplius 14 competent: atque interregnum menſium ſex, dierum 15 fuerit. Siquidem Majorianum anno 457. Cal. Apr. levatum, ait cum prid. Cal. Mart. Magiſter eſſet militum factus. quo etiam die Ricimer ex Magiſtro militum creatus eſt Patricius. Hoc modo verum eſſe poteſt, quod ait Idatius, tertio anno, quàm imperare cœpit, Avitum eſſe detractum; imputato videlicet illi interregni ſpatio. Igitur anno 457, Leonis Auguſti, qui Marciano ſucceſſit, voluntate.

A 450. Chriſti ad 491.

*a* Lib. 2. c. 7.

*b* Majorianus Ravennæ ſumpſit imperium, ingentis animi princeps. *c* qui recuperandæ cupidus Africæ, bellum contra Vandalos aggreſſurus, legati ſpecie ad Genſericum profectus eſt. Sed à Ricimere patricio, & utriuſque militiæ magiſtro apud Dertonam comprehenſus, & abdicare coactus interficitur anno 461, cùm imperaſſet annos 4, menſes 4. Quippe Dagalaipho & Severino Coſſ. id eſt anno 461, à Ricimere imperio eſt exutus quarto Non. Aug. & occiſus 7. Id. Aug. ad Hyram fluvium.

*Majorianus.*
*b* Marcell. Idat Paul. Diac
*c* Nov. Major. Tit. 3. ad Sen. Procop. 1. Vand. Iorn. Caſſiod. Anon. Cuſpin.

Severum ex pacto deinde Ricimere Imperatorem conſtituit anno eodem 461, Novembri menſe *d* 13 Calend. Decemb. quem & anno tyrannidis quarto veneno ſuſtulit, *e* 18 Calend. Sept. Chriſti 465. Pòſt interregnum unius anni, ac menſium aliquot fuit. Tum anno 467 Leonis Imperatoris auctoritate in Occidentem miſſus eſt Imperator.

*d* Anon. Cuſp. Caſſiod. Idat. Marcel. &c.
*e* Anon. Cuſpin.

*f* Anthemius Patricius, Anthemij, qui ſub Theodoſio Juniore principem in reipubl. locum obtinuerat, nepos, patre Procopio. *g* Is Romæ Imperator appellatus eſt prid. Eid. Apr. Ita porro Leonem inter, & Ricimerem convenerat, Græcus ut Romam mitteretur Auguſtus, cujus filia Ricimeri nuberet. Sic barbarus iſte Anthemii gener factus ſolita perfidia ſocerum

*Anthemius.*
*f* Caſsiod. Marcell. Sidon. Paneg. Evag. 2. c. 18.
*g* Anon. Cuſpin.

Digitized by Google

A. 450. Chriſti ad 491.

*a* Id. *a* bello civili prius appetitum, Romæ peremit *b* 5 Eid. Jul. anno 472, cùm imperaſſet annos 5, ac præterea menſes aliquot.

*b* Marcell. Caſſiod.

*c* Caſſiod. Marcell. Paul. Dia. 15. Iorna. de Reg. ſucc.

*d* Anon. Cuſpin.

*e* Id.

*f* Anon. Cuſp.

*c* Anthemio ſuffectus eſt Olybrius à Ricimere: *d* qui poſt dies 40 ab Anthemii nece mortuus eſt 13 Calend. Septem. nec diu ſuperſtitem habuit Olybrium. Eo quippe *e* eodem anno, 10 Calend. Novembr. vita functo, ſeptimo poſtquam creatus erat menſe, Gundibalo hortante, quem Olybrius Patricium fecerat, ut ſcribit Caſſiodorus, Glycerius Ravennæ cepit imperium anno 473, *f* tertio Non. Mart. quo ſupra annum menſibus ferè 4 adminiſtrato.

*g* Marcell. Caſſiod.

*h* Anon. Cuſp.

*i* de reb. Ger.

*k* Anon. Cuſp.

*l* Marcell. Iornan.

*g* Julius nepos anno 474 in illius ſucceſſit locum, *h* 8 Calend. Jul. qui Glycerium in Portu Romano ex Auguſto fieri paſſus eſt Epiſcopum. *i* Jornandes verò Salonis creatum ait Epiſcopum. At Marcellinus anno 475 Glycerium cepiſſe ſcribit. Salonas igitur ab Oreſte fugatus eſt *k* 5 Calend. Sept. & poſt annos 5 *l* haud procul inde ſua in villa eſt occiſus, anno 480, ſeptimo Eid. Maias, ut apud Cuſpinianum teſtis eſt Anonymus.

*m* Caſſiod.

*n* Anon. Cuſp.

*o* Iornan. de rebus Get. c. 46. Marcell.

*p* Anon. Cuſp.

*q* Marcell. Caſſiod. Anon. Cuſp.

*m* Momyllus, qui & Auguſtulus, ab Oreſte patre *n* prid. Calend. Novemb. ſubſtitutus eſt, Romanorum Imperatorum in Occidente poſtremus. *o* Nam Odovacer Turcilingorum Rex, cum Scyris & Herulis auxiliaribus Italiam occupavit *p* decimo Calend. Septemb. & 5 Calend. ejuſdem, Oreſte cæſo ejúſque fratre Paulo, prid. Non. Septemb. Auguſtulum relegavit in Campaniam. *q* Ita Imperium Occidentale deſitum eſt, Baſiliſco & Armato Coll. Indictione 14, anno Chriſti 476.

*r* Caſſiod.

*Odovacer.*

*ſ* Caſſiod. chron.

*t* Anon. Cuſp.

*u* Eugip. in vita S. Sev.

Odovacer regio nomine, *r* ſine ejus inſignibus, Italiam tenuit annis circiter 17, antequam Oſtrogothi Theodorico rege in illam advenirent. *ſ* Ab eo Rugorum rex Pheletheus, ſive Phœba devictus eſt, & cum Giſa uxore peſſima captus anno 48, *t* Novemb. 18. quam ei cladem S. Severinus *u* Noricorum Apoſtolus prædixerat. Fridericus Phelethei filius Theodorici opera recuperato regno, ab Odovacre

pulſus eſt, tota in Italiam gente tranſlata.

A. 450 Chriſti ad 491.

Anno vero 489 *a* Theodoricus rex Gothorum, Zenonis hortatu, Italiam adiens Odovacrem gemino prælio ſuperatum ad Iſontium fluvium, & ad Veronam: ſequenti vero, ad Ducam fluvium tertio victum, Ravennam coëgit fugere Eid. Jul. ut ait Anonymus Cuſpiniani. ubi triennio illum obſedit. at poſtremo fraudulenta cum eo pactione facta *b* 3. Non. Mart. ut Italiam communiter obtinerent, ad convivium adhibitum eundem interfecit anno 493. quo initium habuit Gothorum in Italia regnum.

*a* Marcell. Iorn. Procop. 1. Goth. Caſſiod chr. Anon. Cuſp. Paul. Diac. 15.

*b* Anon. Cuſpin.

## *De rebus Eccleſiaſticis ab anno Chriſti 450 ad 491. Vbi et Calchedonenſi Synodo, déque hæreticis Petro Fullone, Cnaphæo, Moggo, Acacio, & de Zenonis Henotico: ac viris ſanctis & eruditis.*

CAPVT. XIX

QUarta Synodus Oecumenica, imperante Marciano, ac Leone ſummo Pontifice, celebratur anno Chriſti 451, in qua damnatus eſt Eutyches. cuius ordinem brevi compendio pertexam.

Eutyches Conſtantinopolitanus Archimandrita novæ auctor hæreſis, quæ naturarum in Chriſto diſcrimen omne tollebat, *c* poſtulatus judicio ab Euſebio Dorylæi Epiſcopo, damnatus eſt in Synodo Conſtantinopoli, ab S. Flaviano ejus urbis antiſtite anno 448. Sequenti anno opera Chryſaphii eunuchi, qui Flaviano infenſus erat, apud Epheſum alia Synodus eſt habita, quam λῃστρικὴν, hoc eſt *latrocinalem* nominant: cui Dioſcorus Alexandrinus præerat is, qui anno 444 Cyrillo ſucceſſit. In ea communioni reſtitutus eſt Eutyches; Flavianus depoſitus. *d* eíque ſubrogatus Anatolius Preſbyter, & Apocriſiarius Dioſcori. Sed & Theodoretus, & Domnus Antiochenus in ordinem redacti: etſi hic Conciliabulo iſti ſubſcripſiſſe legitur,

*Eutychiana hæreſis, et Calched. Synodi ſeries.*

*c* Conc. Calch. Act. 1. Liberatus in Breviar. Vict. Tunun. Marcell.

*d* Niceph. chron.

*Epheſina Synodi latrocinium.*

A. 450. Chriſti ad 491.

unà cum Juvenali Hieroſolymitano. Flavianus dum Rom. Pontificem appellat, in exilium pulſus, ac pugnis & calcibus malè multatus interiit: Legati Romani Pontif. vexati. Hanc Synodum Leo Papa condemnavit. cui viciſſim Alexandriæ auſu nefario Dioſcorus communionem abrogavit. Hæc omnia, connivente Theodoſio principe alioqui religioſiſſimo, ſed à Chryſaphio illuſo, peracta ſunt: cùm abeſſet Pulcheria: quæ ſpadonis iſtius, & Eudociæ Auguſtæ calumniis anno 447 imperii adminiſtratione ceſſerat. Tandem agnito errore Theodoſius objurgatam acriter Eudociam Hieroſolymam miſit, ac Pulcheriam revocavit, anno 430. quo eodem anno mortuo: Marcianus cum Pulcheria conjuge imperium accepit. *a* Ea jubente occiſus eſt Chryſaphius.

*Theodoſii mors.*
*a* Marcell. chr. Alex. Concil. Calch. Liberatus. Evag. lib. 1. c. 4.
*b* Vict. Tun.
*Calchedon. Concilium.*

*b* Anno porro 451 Chalcedone generalis eſt celebrata Synodus 630 patrum: cui Romani Pont. Legati interfuere, Paſchaſinus Lilybætanus, aliíque tres: necnon Dioſcorus ipſe. Sed & Marcianus Imp. cum Pulcheria, & Magiſtratibus, ac Senatoribus adfuere. Cœpta eſt 8. Eid. Oct. & poſt 13. ſeſſiones abſoluta Cal. Novemb. quibus latrocinantium abrogata Synodo, damnatus eſt Dioſcorus, & Eutyches: ac Flaviani memoria cum honore reſtituta. *c* Dioſcorus Gangram Paphlagoniæ relegatus, ibi vitam finiit. Ejus Concilii Canones 29 à Leone minimè ſunt recepti. Pulſo Dioſcoro, & in ejus locum ordinato Proterio, Alexandrini amore Præſulis ſui ed ſeditionem verſi ſunt. Sed eos Marcianus facilè compeſcuit. Poſt ejus mortem, anno 457, iterum tumultuari cœperunt, turbantibus omnia Monachis hæreticis: quos Timotheus Ælurus ex Monacho Presbyter Alexandrinus *d* à Proterio una cum Petro Moggo Diacono damnatus, vafer, & impurus homo in Proterium commoverat: *e* cùm per illorum cellas circumcurſans, Angelum ſe eſſe mentiretur ad hoc miſſum, ut Proterio diſcedere, ac Timotheum ejus loco juberet Epiſcopum facere. Nec tam ſtolidi commenti vana ſpes fuit. Proterius ipſo die Paraſceves ſanctæ in baptiſterium fugiens, ab-

*c* Leo Ep. 6. & ſeq. Gelaſ. Opuſc. 1. de Anath. Anaſt. ad Ioan. Diac. in Collect. P. Sirm.

*Timotheus Ælurus. Orefius.*
*d* Libera.

*e* Theod. Lect. 2. Collect. Evag. l. 2. c. 8. Vict. Tun. Chron. Liberatus. Theoph.

Digitized by Google

efferata plebe; *a* ſive ab militibus, quos Timotheus occupata jam ſede ſubmiſerat, obtruncatus eſt, anno Chriſti 457, duobus à Marciani obitu menſibus elapſis. Teſtis eſt victor Tununenſis in Chronico, Conſtantino & Ruſo Coſſ. qui eſt annus 457, Proterium ſexta feria ultimæ jejuniorum hebdomadæ cæſum eſſe. Eo anno Paſcha pridie Calend. April. incidit. Ita Paraſceve 4. Calend. accidit. ex quibus Victoris locus caſtigandus eſt, qui vulgò mendoſus extat. Epiſcoporum Ægypti literæ ad Leonem Imperatorem ipſo die Paſchæ jugulatum ferunt Proterium. Fortaſſe Paraſceven ita nominarunt, ut olim plerique conſueverant. *b* Liberatus die Cœnæ Dominicæ geſtum illud aſſerit. De anno certam fidem facit Leo Papa in epiſtolis 73, & ſequentibus quæ anno 457 datæ Alexandrinam illam tragœdiam deplorant. A. 450. Chriſti ad 491. *S. Proterius occiſus.* *a* Evag. *b* c. 13.

Tam immanis auctores facinoris *c* linguarum abſciſſione multavit Leo: Timotheum Epiſcoporum judicio reſervavit. ac denique inſtante Papa *d* Leone, longiùs deportari juſſit, primùm Gangram, deinde Cherſonam. *c* Theoph. Liberatus. *d* Leo P. ep. 99. & 100. Evag. 1. c. 11.

Sub idem tempus peſtis altera Antiochenam infecit Eccleſiam. Petrus Fullo Eccleſiæ S. Baſſæ apud Chalcedonem presbyter, Zenonem, qui poſtea imperavit, ducem Orientis ſecutus, anno 463, *e* Antiochiæ contra Epiſcopum ejus urbis Martyrium concitata multitudine, eam ſedem invaſit, ac Theopaſchitarum inſtauravit hæreſim, *f* additis ad Triſagium vocibus iſtis, *Qui paſſus es pro nobis*. Sed mox ab Imperatore damnatus exilio, in Acœmetarum monaſterio Conſtantinopoli latuit. donec Leone mortuo, *g* Baſiliſcus tyrannus arrepto imperio, anno 476, tam hunc, quàm Timotheum reſtituit. Quos rurſus Zeno, recuperato principatu, anno 477 expulit. *h* Eodémque anno mortuus eſt Ælurus; quem veneno ſibi vitam ademiſſe *i* Liberatus aſſerit. Cujus in locum Hæretici Petrum Moggum Epiſcopum crearunt. à Catholicis verò Timotheus Solophaciolus Proterii ſucceſſor ſedi eſt reſtitutus. Moggus à Zenone non occiſus; ut *k* Evagrius ſcripſit; ſed exulare coactus eſt. Vict. Tunu. *Petrus Fullo.* *e* Theoph. *f* Felix P. ep. 3. 4. *Triſagium corruptum.* *g* Liberat. c. 16. Theoph. *h* Vict. Tun. *i* Liberat. c. 16. *Petrus Moggus.* *k* Evag. 3. c. 11.

Digitized by Google

A. 450. Chriſti ad 491.

a Simpl. Papa epiſt. 14. & 16. Evag. 2. c. 10.

a Ejecto Cnapheo, Antiochiæ ordinatus eſt Stephanus Catholicus : qui anno 479 à Fullonis aſſeclis in baptiſterio confoſſus eſt. poſt quem alius Stephanus; huic Calendio ſuffectus eſt, ambo Catholici.

b Niceph. chron.

b Conſtantinopolitanam ſedem regebat tunc Acacius; qui Gennadio anno 471 ſubrogatus erat; homo verſipellis, & clam Eutychianæ faventis hæreſi; ſed mirus ſimulandi artifex. c Hujus hortatu Zeno Joannem Talaidam, qui poſt obitum Timothei Solophacioli, Alexandriæ creatus fuerat Epiſcopus, ejecit, & Petrum Moggum ad eam ſedem redire permiſit anno 482. Tum novam fidei formulam promulgavit, ita callidè conceptam, ut in eam hæretici perinde ac Catholici conſentire poſſent : quòd ἑνωτικὸν, id eſt, *Conciliatorium* appellavit. ſed in eo tacita inerat Concilii Calchedonenſis abrogatio. Id Trocundo Coſ. publicatum ait Victor. qui eſt annus 482. Huic nefario Imperatoris edicto Catholici Epiſcopi reſtiterunt : atque inter alios caput omnium Felix Romanus Pontifex, qui anno 483 poſt Simplicium electus eſt. d Is ex Romano Concilio legatos tres Conſtantinopolim miſit, Vitalem Troentinum, Miſenum Cumanum Epiſcopos, & Felicem Romanæ Eccleſiæ Defenſorem : qui & Acacium ad Romani tribunal Pontificis citarent; & Moggum pellendum Alexandria curarent. Miſenus, & Vitalis ab Acacio vexati cum hoc, & Petro Moggo communicarunt : Felix cùm ob morbum ſubſtitiſſet, poſteà Conſtantinopolim veniens in carcerem conjectus eſt. e Ob eas res Felix Papa legatos duos exauctoravit : & in Acacium anathematis ſententiam dixit. qui vicem rependens, Felicis nomen eraſit è diptychis, quæ ſunt Eccleſiaſticæ tabulæ. Id anno 484 contigit.

c Simpl. ep. 17. & 18. Libera. c. 17. & 18. Evag. 3. c. 14. Vict. Tunun.

*Zenonis Henoticum.*

d Libera. 18. Eva. 3. c. 20. & 21.

e Epiſt. Synod. Romani Conc. 2. ſub. Felice.

f Leontius de Sectis Act. 5.

f Alexandriæ porrò Petrus Moggus, Henotico recepto, dum Catholicos perinde atque hæreticos demereri ſtudet, & inter utrumque natans Calchedonenſem Synodum nunc rejicit, nunc aſciſcit; in amborum incurrit odium. Complures enim Eutychiani ab illo deficiunt : qui quòd neque Catholicarum erant partium; neque

cum Epiſcopo ſuo convenirent; Acephali, quaſi *ſine capite*, ſunt vocati. Iidem in varia ſectarum abiêre divortia. de quibus paullo poſt agetur. A. 450. Chriſti ad 491. *Acephalorum origo.*

*a* Eodem tempore, hoc eſt circa annum 485 Xenaias, qui & Philoxenus, genere Perſa, ſervili conditione, Hierapolitanus à Petro Cnapheo creatus Epiſcopus, contra ſacras imagines primus impietatis vexillum ſuſtulit. *a* Anaſt. Bib. in Nic. Syn. 1. ex Theod. Lect. Theoph. *Primus ſacrarum oppugnator imaginum.*

*b* Moritur deinde Cnapheus anno 486: Petrus Moggus Alexandriæ anno 498. Acacius verò anno 488. de cujus in tabulis Eccleſiaſticis retinenda memoria perdiu cum Romanis Pontificibus luctati ſunt Epiſcopi Conſtantinopolitani, cæteroqui Catholici: ut *c* Euphemius: qui poſt Flavitam hæreticum ad illum thronum evectus anno 489, communionem Apoſtolicæ ſedis ea de cauſſa non meruit. *b* Theoph. *c* Niceph. 16. c. 9.

*d* In Galliis Prædeſtinatianorum hæreſis extitit, quæ ex Auguſtini libris malè intellectis ortum habuit. Ex ea ſecta Lucidus quidam à Fauſto Regienſi Caſtigatus in viam rediit. Fauſti epiſtolæ ſubſcripſere Epiſcopi undecim in Arelatenſi Concilio anno 475. à quo impoſitam ſibi de gratia & libero arbitrio diſputandi provinciam Fauſtus ipſe aſſerit. Sed is ultra fines jaculo expedito, nonnulla parum Catholica ſuis libris adſperſit. Eodem tempore & apud Lugdunum celebrata eſt Synodus Epiſcoporum 27. *d* Fauſtus ep. ad Leontium tom. 3. Conc. Gall. *Prædeſtinatiani.*

In Africa ſub Arianis ac barbaris principibus graviter oppreſſa eſt Eccleſia: primùm Geiſerico Rege, qui annis 37 poſt captam Carthaginem tranſactis, anno 476 mortuus eſt; *e* ut ex Victore colligitur. Poſt hunc Hunericus ejus filius, cùm ſe moderatum ſatis initiò, & à Catholicis minùs præbuiſſet alienum, octavo tandem & ultimo anno regni ſui, Chriſti 484, *f* Februario menſe, inauditam in eos crudelitatem exercuit. Epiſcopos ſupra 334 in exilium extruſit: complures linguis truncavit, ac manibus. *g* qui Conſtantinopolim, & in alia loca delati miraculo fuere, cùm integra nihilominus voce loquerentur. Quam piorum carnificinam horrenda *Vandali Eccleſiam Africanam infeſtant.* *e* Vict. Vtic. l. 1. in fine, & l. 2. ac 3. *Hunericus.* *f* Marcell. *g* Æneas Gaz. Marcell. Vict. l. 3. Vict. Tun.

Digitized by Google

A. 450. Chriſti ad 491.

tyranni mors brevi eſt conſecuta: qui exitu anni 484 à vermibus conſumptus periit.

*Viri docti, & ſancti.*
*a* Marcell.
*S. Leo.*
*b* Martyrol.

Summo Eccleſiæ temporibus illis ornamento fuere ſanctitate cum literis conjuncta, Magnus imprimis Leo Romanus Pontifex, *a* qui ab anno 440 ad 461, annis 21 ferè, Romanam cathedram tenuit, & *b* Aprilis 11 defunctus ſucceſſorem habuit Hilarium: pietate vir, & ſcientia, ac dicendi facultate præſtans. quibus præſidiis & Eccleſiam univerſam ab hæreticorum labe, & Italiam ab ingruentium barbarorum immanitate defendit: ut meritò Magni penes eum cognomen adhæſerit.

*c* Ennod. in ejus vita.

In Italia quoque *c* ſanctus Epiphanius Ticinenſis antiſtes anno 466 Pontificatum iniit: quem Theodoricus Gothorum Rex ſingulari obſervantia coluit. ejus vitam ſcripſit Ennodius Ticinenſis.

In Galliis S. Anianus Aurelianenſis Epiſcopus, de quo ſuprà memini. Hunc verò biennio poſt victum ab Aëtio Attilam in cælum tranſiiſſe Novemb. 17, anno Chriſti 453 veteres hiſtoriæ teſtantur. Sed quod eundem S. Evortio, vel Eortio ſucceſſiſſe narrant, id ſi eſt, perdiu alterutrum ſediſſe oportet. ſiquidem Evortius eſt ille, qui Valentino Concilio ſubſcripſit anno Chriſti 374. Anianum Proſper excepit, ut Sidonius oſtendit.

*d* Sidon. l. 5. ep. 16. Greg. Tur. l. Hiſt. Franc. c. 21
*S. Sidonius.*

Iiſdem in Galliis S. *d* Sidonius Apollinaris claruit, illuſtri natus genere: qui Aviti Imperatoris filiam Papianillam duxerat: & Arvernorum poſtea ex præfecto ordinatus eſt Epiſcopus circa annum 472. quo etiam anno vel antecedente S. Re-

*S. Remigius.*
*e* Tom. 1. Conc. Gal. p. 205.

migius ad Remenſem Epiſcopatum admodum juvenis aſſumptus eſt. Quippe *e* in Epiſtola, quam anno 523 ſcripſit, ait ſe jam annos 53 eam dignitatem obtinere.

*f* Mart. Rom. 29. Iulii.

Obiit & *f* S. Lupus Trecenſis Epiſc. circa annum 478, cum ei ſedi præfuiſſet annos 52.

*g* Sigeber. & Martyr.

*g* Florebant eodem tempore Principius S. Remigii frater Sueſſionenſis Epiſcopus: Vedaſtus Atrebatenſis poſtea creatus Epiſcopus: Solemnis Carnotenſis.

*h* Gennad. Vide l. 2. de Doct. Temp. c. 62. & Append.

*h* Victorinus Aquitanus rogatu Hilarii Papæ cyclum Paſchalem annorum 532 edidit anno 463.

Digitized by Google

*a* In Oriente Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui Anatolio anno 458 ſucceſſit, doctrina & ſanctitate morum antecelluit. A. 450. Chriſt ad 491. *a* Marcell.

*b* S. Severinus Noricorum Epiſcopus obiit anno 482, Januar. 8. *b* Sur. 8. Ian.

Moritur circa *c* annum 461 admirabilis ille Symeon Stylites, cùm annum 109 attigiſſet, *d* ac natus eſſet anno 351. cujus obitu divinitus cognito, *e* S. Daniel idem vitæ inſtitutum arripuit. *c* Theoph. *d* Raderus 1. Virid. Par. 3. *e* Vita ejus apud Sur. Dec. 11.

*f* Studius quidam Conſtantinopoli nobile condidit Monaſterium, in quod ex Acœmetarum domo nonnullos tranſtulit anno 462. *f* Theoph.

Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ

## LIBER SEPTIMUS.

***De Anaſtaſio, & Iuſtino: quæque illis regnantibus in Orientali geſta ſunt imperio ab anno 491 ad 527.***

CAPUT I.

*a* Theod. lect. Evag. 3. c. 29.

*b* Vict. Tun. Marcell. Theophan.

ORIENTIS *a* imperium, Zenone mortuo, cum hujus conjuge Ariadna, ſuſcepit Anaſtaſius anno 491, *b* Olybrio ſolo Conſule, ex ordine Silentiariorum, nondum adſcriptus in Senatum. Patria illi Dyrrachium fuit: ac priuſquam imperium capeſſeret, Euphemio Patriarchæ, Calchedonenſis profeſſionem fidei chirographo ſuo teſtatam dedit. *c* Erat enim Eutychiani fautor dogmatis, & ex *Haſitantium* grege; quibus Zenonis Henoticon placebat. Ideo conſtringendum illum cautione iſta credidit Euphemius, quam in archivis Eccleſiæ repoſuit. Verum ubi voti compos eſt factus, palam ad perfidiam rediit, & Catholicos oppugnare non deſtitit; utilis alioqui reipublicæ princeps; cui tributis nimis oppreſſæ ſumma omnium approbatione ſubvenit.

*c* Leontius de Sect.

*Anaſtaſii virtutes vitiis admiſtæ.*

*d* Evag. 3. c. 39. Theoph. Cedren.

*d* Laudatur in eo genere præſertim, quod *Chryſargyrum* ſuſtulit. Id erat vectigal, quod tam capitibus ſingulis, quàm jumentis, & pecoribus; ſed & canibus impoſitum fuerat, imo fœdiſſi-

Digitized by Google

fœdiſſimis ex rebus capiebatur. Hoc nono imperii anno vetuit exigi. Simulatque imperium adiit, negotium illi cum Iſauris fuit: qui ſub Zenone populari ſuo multum in republica poterant. Longinus Zenonis frater, ſpe potiundi fruſtratus imperii, in Iſauriam extruſus eſt, cum eóque Iſauri u be juſſi omnes excedere. A. 491. Chriſti ad 527.

*a* Inde bellum Iſauricum Longino duce conflatum: quod anno Chriſti 492 cœptum, 497 denique terminatum eſt, qui belli ſextus fuit, ut ait Marcellinus. *Iſauricum bellum.* *a* Marcell. Theoph. Evag. 3. c. 35.

*b* Biennio pòſt, hoc eſt Chriſti 499, Bulgari primùm auſi Romanos in fines excurrere, Thraciam populati ſunt: ac deinceps formidoloſi eſſe cœperunt. *c* Perſæ præterea, ne quid ad impium coërcendum principem deeſſet, Orientalem pervasêre limitem: & Amidam expugnarunt, proditione monachorum: quos victor Cabades extemplo juſſit interfici anno 502. Anaſtaſius duces contra illum miſit tres cum copiis, quantæ nunquam hactenus viſæ fuerant, ait *d* Procopius. Marcellinus 15000 haud amplius numerat. Sed illorum diſcordia tantos apparatus irritos fecit. Mox tamen Celeris Officiorum Magiſtri viri ſtrenui virtute fractus Cabades pacem cum Romanis pepigit: & ingenti accepto pretio, Amidam, aliáque oppida reſtituit anno 505, ut Theophanes indicat, & Marcellinus. Quo *e* eodem anno haud mediocre ducum temeritas Romanis intulit damnum, cùm Sabinianus contra Mundonem Getam infeliciter pugnavit Anaſtaſius adversùs tot irati numinis argumenta obſtinato ad perfidiam animo, rem Catholicam obterere, ac ſuam hæreſim vulgare non deſiit. *b* Marcell. *Perſicum bellum.* *c* Marcell. Theoph. *d* Procop. apud Phot. N. 63. *e* Marcell.

*f* Nam & Triſagium hymnum cum appendice nefaria, *Qui crucifixus es pro nobis*, non ſemel publicè cani in Eccleſia juſſit; haud levi ſuo periculo. Gravis quippe, præſertim anno 514, ex eo populi orta ſeditio eſt, quæ Anaſtaſium ad quærendas latebras impulit, exprobrante illi impietatem ſuam Ariadna conjuge. Sed & anno eodem *g* Vitalianus Scytha dux *Fœderatorum* (ita Gothi nominati ſunt, ut refert Jornandes) *Triſagium ab Anaſtaſio depravatum.* *f* Theoph. *g* Marcell. Vict. Tun. Evag. 3. c. 24. Zon. Theoph. Cedren. *Vitalianus.*

A. 491. Christi ad. 527. per ſpeciem Catholicarum tuendarum partium, ab Anaſtaſio defecit: ac multis interfectis, & ad urbem admoto exercitu, pacem ea conditione dedit, ut Hormiſdæ Papæ auctoritate collecta Synodo, Eccleſiæ conſuleretur: quod anno 515 tranſactum. Sed Anaſtaſius Catholicorum ſtudia ſolitis eluſit artibus: cùm ex Manichæorum diſciplina, quâ erat imbutus, mentiri ac pejerare penſi nihil haberet. Scribit Evagrius navali quoque prælio certatum fuiſſe; atque à Marino Syro victum eſſe Vitalianum. Zonaras verò Procli Mathematici induſtriâ, ſpeculis ex ære fabricatis Vitaliani conflagraſſe naves, & inſignem contigiſſe

*a* Marcell. Vict. Tun. victoriam, quam pax illa ſecuta eſt. *a* Ea tempeſtate, ait Marcellinus, anno ſalutis 515, Hunni Armenia tranſmiſſa totam Cappadociam devaſtantes, Lycaoniam uſque pervenerunt: & Ariadna Auguſta 60 annis in palatio exactis vita deceſſit.

*b* Evag. 3. in fine. Marcell. *b* Poſtremò anno 518, cùm ob Triſagii hymni depravationem, quantus antea nunquam tumultus extitiſſet, Anaſtaſius imperii poſitis inſignibus, populum ad miſericordiam inflexit:

*c* Theoph. *Miſeranda mors Anaſtaſii.* qui ipſum ea ut reciperet, hortatus eſt. *c* At idem Aprilis 11 die, feria 5 majoris Hebdomadæ, fulmine, ut plerique produnt, exanimatus

*d* Vict. Tun. eſt, *d* anno ætatis 88, cùm imperaſſet annos

*e* Marcell. Zon. Ced. Theoph. Paul. Diac. l. 15. *e* 27, menſes 3. Fama eſt paulo ante mortem virum ei apparuiſſe terribili ſpecie, qui librum manibus tenens, annos ex eo vitæ illius 14 ſe ob ipſius impietatem delere teſtatus eſt: uti mirum ſit, tam longum vitæ deſtinatum illi fuiſſe ſpatium; quod ſi impleſſet, centum & duos annos attingeret.

*Juſtinus.* Juſtinus ætate jam provectus Anaſtaſio mor-

*f* Evag. 4. Marcell. Vict. Tun. Theoph. Zon. Ced. Niceph. 17. c. 1. Chron. Alex. tuo ſucceſſit, anno eodem *f* 518, Julii 9. Fuit hic genere Thrax, obſcuris majoribus, ſed religione pietatéque præſtans. cujus uxor Lupicina mutato nomine Euphemia vocata eſt. Sumpta purpura, ſtatim Amantium Cubiculariis præpoſitum, & Andream cubicularium; necnon Theocritum, quem Amantius ſpado Imperatorem fa-

*Vitaliani mors.* cere voluerat, vita privavit. Vitaliano, quo familiariter utebatur, Magiſterium militiæ con-

tulit. qui Conſul anno 520, ſeptimo menſe Conſulatus ſui, ait Marcellinus, in palatio confoſſus eſt; ſive repente orto populi tumultu, ut Theophanes aſſerit; ſive, *a* ut Evagrius habet, ipſius dolo Juſtini; ſive Juſtiniani Patricii factione; quod Victor Tununenſis affirmat.

A. 491. Chriſti ad 527.

*a* Evag. 4. c. 3.

*b* Lazorum Rex Tzathius à Perſis deficiens, ad Juſtinum venit Conſtantinopolim anno 522; & poſtquam Chriſtiana ſacra ſuſcepit, regiis ornamentis ab Imperatore donatus eſt. quod ægrè ferens Cabades Perſarum Rex, bellum Romanis indicere ſtatuit. ſed mox pacem cum illis & amicitiam ſanxit. *c* Poſtea cùm filium Choſroën natu minimum, quem ſucceſſorem deſignabat, adoptari peteret à Juſtino, Proclo Quæſtore diſſuadente, rejectus eſt.

*b* Chr. Alex. Theoph. Zon. Ced. &c.

*c* Procop. 1. Perſ. Theophan. Zon.

*d* Magna hoc Imperatore clades Antiochiam afflixit. Nam valido terræ motu pene omnis eſt everſa. qui Maii 29 die, feria 6 cœpit, ut ait Evagrius. Proinde anno Chriſti 526 contigit, Juſtini 8 labente; non, ut Evagrius, 7. Terræ motum vehemens incendium eſt conſecutum.

*d* Evag. 4. c. 5. Theoph. Niceph. 17. c. 4.

Juſtinus denique anno 527, *e* Mavortio Conſule, Juſtinianum ſororis filium, quem Nobiliſſimum priùs, deinde Cæſarem fecerat anno 524, ut Victor Tunun. prodit; Imperatorem creavit Calendis Apr. Poſt quatuor deinde menſes, Calendis ipſis Auguſtis moritur ex vulnere Juſtinus *f* anno ætatis 77, Indict. 5, cùm imperaſſet annos 9, menſem 1.

*e* Marcell. Vict. Tun. Chr. Alex. Theoph.

*f* Chr. Alex. Theoph. Paul. Diac. in fine 15.

Mirè hunc imperitum ac rudem fuiſſe literarum teſtis eſt in Suppreſſa Hiſtoria Procopius: ſic ut ne ſuum quidem nomen poſſet ſcribere. Quare quod de Juſtiniano legitur apud Suidam, fuiſſe ἀμάθητον γραμμάτων ἁπάντων, & ἀναλφάβητον, *ignarum literarum omnium*; id de Juſtino capiendum eſſe, non de Juſtiniano, cenſet *g* Alemannius: hunc enim vel doctiſſimum fuiſſe probat idem. Quod autem apud Suidam pro Ἰουστίνου irrepſiſſe putat Ἰουστινιανοῦ, de eo ampliùs cogitandum.

*Juſtinus rudis literarum fuit.*

*g* In Not. ad Procop.

A. 491. Chriſti ad 527.

## *De rebus Occidentis ſub Theodorico Rege, ac de Francis, & eorum Principe Chlodoveo: Burgundionibus, Vviſegothis, & Alarico.*

## Ab anno Chriſti 491 ad 527.

CAP. II. *Theodoricus Oſtrogothorum Rex.*

*a* Caſſiod.

*b* Aimo. 2. c. 1.

*c* To. 2. l. 5. c. 18.

IN Occidente, victo Odovacre, Italiam Theodoricus Oſtrogothorum Rex obtinuit anno 493, *a* Albino Conſule. Qui vicinorum principum affinitatibus regnum ſuum firmare ſtuduit. Etenim Chlodovei Francorum Regis *b* ſororem Audeflendem ſive Audefledam duxit, ut rectè Aimoinus narrat: non filiam, quod Jornandes, ex eóque *c* Freculſus memorant, filiarum, quas ex concubina ſuſceperat, alteram Alarico Vviſegothorum: Sigiſmundo alteram Burgundionum Regi collocavit. Ac principio quidem ita rempublicam geſſit, ut cum optimis quibuſque Romanorum Cæſarum comparandus fuerit. & quamvis, populari ex inſtituto Gothorum, Arianam ſectam teneret, Romanæ jus ac libertatem Eccleſiæ ſumma fide tutatus eſt. Inclinante jam ætate, ad crudelitatem, ac barbariem deflexit.

*Francorum geſta ſub Chlodoveo.*

*d* Greg. 2. c. 27. Aimoinus 1. c. 12.

*e* Greg. 3. c. 27. Aim. 1. c. 12.

*f* Greg. 2. c. 31. Aim. c. 19.

*g* Greg. Turon. l. 2 c. 31.

*h* Tom. 1. Conc. Gall.

*d* Intereà Francorum in Gallia regnum Chlodovei Regis auſpiciis longè latéque prolatum eſt. victo & occiſo Syagrio Egidii Comitis filio, qui Sueſſionibus præerat, anno regni ſui 5, Chriſti 486: *e* Thuringis itidem anno decimo, id eſt Chriſti 491, perdomitis. Idem Chilperici Burgundi, qui Gundobaldi frater erat, filiam Chlotildem conjugem duxit. à qua ſæpiùs de amplectenda Chriſtiana Religione monitus, *f* tandem anno 496 ejus conſilio paruit: poſtquam in prælio, quod contra Alemannos ad Tolbiacum in Ubiis geſſit, invocato Chlotildis Deo, præſentem ejus opem eſſet expertus. Victis hoſtibus, *g* apud Remos à S. Remigio ejus urbis Epiſcopo Chriſtianis ſacris initiatus eſt. *h* cum eóque ſoror illius Alboſledis, quæ paulò poſt

A. 491. Chriſti ad 527.

obiit: nec non altera ſoror Lanthildis ex Ariana hæreſi Catholicas ad partes tranſiit. Baptizatus eſt ipſo die Natali Chriſti, ut ex *a* Aviti conſtat epiſtola, qua illi de ſuſcepta Chriſtiana fide gratulatur. Addunt ad hanc hiſtoriam *b* Hincmarum, & eum ſecuti *c* Flodoardus & Aimoinus, cùm puer ille, qui ampullam ferebat, in qua ſacrum chriſma continebatur, coucurſu multitudinis interclufus eſſet; ad beati preces antiſtitis columbam cælitus advolaſſe, quæ ampullam alteram roſtro attulit, è qua Chlodoveus inunctus: reliqui deinde Franciæ Reges ad ætatem uſque noſtram apud Remos ritè conſecrantur. cujus rei nulla apud Gregorium mentio.

*a* Tom. 1. Conc. Gall. Hincm. in cap. Car. Cal. 35.
*b* In vita S. Rem. apud Sur. 13. Ian. & in capl. Car. Cal. 35.
*c* Lib. 1. c. 13.

*d* Nec longè poſtea cum Burgundionum Rege Gundebaldo bellum Chlodoveus geſſit, ut ſoceri Chilperici necem ulciſceretur: Gundericus enim gentis illius Rex ab Athanarico Gothorum principe trahens originem, quatuor filios reliquerat, Gundebaldum, Godegiſilum, Chilpericum, & Godomarum. Gundobaldus Chilperico, ejúſque conjuge, nec non Godomaro interfectis, cum Godegiſilo regnabat. Ergo inſtigante Chlotilde, & Godegiſili precibus Chlodoveus adductus *e* Gundobaldum aggreditur: & ad Divionem caſtrum acie victum parte regni contentum eſſe jubet: alteram Godegiſilo tradit; utrique vectigal imponit. Digreſſo Chlodoveo, Godegiſilum nec opinato circumſeſſum Viennæ, capta urbe, Gundobaldus interficit; tùm excuſſo Francorum jugo, tractum illum recuperavit omnem, qui Burgundiæ cenſetur nomine, ac genti ſuæ leges conſtituit, quas Avieni Conſulatu notatas anno 501, vel ſequenti, editas oportet eſſe.

*d* Greg. Aimo. *Chlodovei cum Burgundionibus bellum.*
*e* Gregor. Turon. 1. c. 32. Aimo. 2. c. 19.
*Gundobaldi leges.*

*f* Hæc Francorum incrementa haud ſecus, quàm par erat, metuens Vviſegothorum Rex Alaricus, Chlodovei amicitiam expetiit. Sed ea, ut in diſpari cultu Religionis, (erat enim Gothus Arianus) diuturna non fuit. Paullo quippe pòſt ex occultis ſimultatibus apertum erupit odium, & ex odio bellum. Quinto ante mortem anno Chlodoveus, ut teſtatur *g* Gregorius Chriſti 507, cum Alarico dimicavit in campo Vocladenſi,

*f* Greg. 2. c. 35.
*g* Greg. 2. c. 45. *Alaricum, Gothoſque vincit in Gallia Chlodoveus.*

A. 491. Chriſti ad 527.

decimo ab urbe Pictavorum milliario, ac cæſo ejus exercitu Regem ipſum ſuapte peremit manu; *a* annos jam 23 in Gallia & Hiſpania dominantem. Hinc victoriam perſecutus, quicquid illius regni trans Ligerim, Rhodanúmque fluvios erat, cum Toloſa, ſuis rebus adjecit: At reliqua Narbonenſis, quæ prima dicta eſt, provincia Galliæ in Gotthorum ditione manſit: indéque vocari cœpta Gotthia eſt. Amalaricus enim, Alarico patre mortuo, properè in Hiſpaniam fugiens, hanc cum Galliæ parte, quam dixi, in ſua poteſtate retinuit. Theodoricus Italiæ Rex, quæ cis Rhodanum erant, hoc eſt Narbonenſem ſecundam, Alpéſque maritimas, occupavit. Hanc Alarici necem anno 507 adſcribit Iſidorus in Chron. hoc eſt æræ 545. quo etiam anno Giſelicus Alarici ex concubina filius regnum occupare conatus, à Theodorico pulſus eſt. qui Amalarici nepotis tutela ſuſcepta annis 15, Hiſpaniam, cæteráque Vviſegothicæ ditionis per præfectos ſuos adminiſtravit, ut refert Iſidorus.

*a* Iſidor. Chron.

Tam lætos armorum ſucceſſus uni ex omnibus orbis principibus Catholico Regi Chlodoveo ſingularis indulſit numinis favor: quem inuſitata per id bellum teſtata ſunt miracula, quæ *b* à Gregorio Turonenſi memoriæ produntur. è quibus id inſigne, quòd adversùs Alaricum properans, cùm ad Vigennam fluvium caſtra poſuiſſet, cervæ præeuntis indicio vadum reperit, quo in ulteriorem ripam tranſportavit exercitum. Poſt victoriam deinde Ingoliſmam obſidere paranti, ſponte ruentia urbis illius mœnia facilem ad eam aditum dederunt. *c* Quibus cognitis rebus, Anaſtaſius Imperator, illo ipſo, qui proximè Vocladenſi victoriæ ſucceſſit, anno, Conſulatus inſignia miſit ad Chlodoveum: íſque apud Turones in æde S. Martini; cujus maximè præſidio tantum ad decus niti ſe putabat; in blattea tunica, chlamyde, ac diademate proceſſit. Poſtea Lutetiam Pariſiorum veniens, tam felicibus auſpiciis conſecratam ibi ſedem regni conſtituit anno 507.

*b* Greg. 2. c. 37. Aimo. 1. c. 21.

*c* Greg. 2. c. 38. Aimo.

*Lutetia regni caput conſtituta.*

Celere ac Venantio Coſſ. qui eſt annus Chriſti 508, & Vocladenſi prælio proximus, auctor

eſt Caſſiodorus à Theodorico Rege Oſtrogothorum Francos eſſe ſuperatos, déque eorum poteſtate receptas eſſe Gallias. Cæſa tum Francorum ampliùs tringinta millia ab Hibba Theodorici duce Jornandes aſſerit: de quo nihil apud noſtros comperi. Illud à Procopio *a* traditum eſt; Francos à Carcaſſonæ obſidione depulſos, Narbonenſi omiſſa Gallia, Aquitaniam obtinuiſſe; eâmque partem Theodoricum, quòd eos inde pellere non poſſet, illis reliquiſſe. *b* Sed & Arelatenſem urbem iiſdem ab Francis valido Gothorum præſidio defenſam eſſe, teſtis eſt in vita Cæſarij Cyprianus.

A. 491. Chriſti ad 517.

*a* Procop. 1. Got.

*b* Caſſiod. 8. ep. 10.

*c* Nec illud omiſerim, quod ab noſtris perinde tacitum, apud Procopium eundem legitur, Francos cum Rege Theodorico contra Burgundiones belli fœdus iniiſſe: ac moram conſultò trahentes Gothos confecto prælio ſuperveniſſe; atque ita nullo ſuo periculo in partem prædæ receptos, partito inter ambos Burgundionum regno. quod anno circiter 508, poſt Vviſegothicam cladem opportet accidiſſe. etſi nondum Burgundionum in Gallia regnum penitus extinctum fuit. *d* Quippe Gondebaldo fugato ac mortuo, Sigiſmundus ejus filius reliquias illus tenuit. *e* qui ſancti Aviti Viennenſis Epiſcopi monitis obſequens Arianam hæreſim Catholica mutavit fide.

*c* Procop. 1. Got.

*d* Greg. 3. c. 5.

*e* Ado. Chron. an. 491.

*f* Chlodoveus interim in propinquos ſæviens, penè omnes interemit, ac denique anno ætatis 45, regni 30, ab obitu Sancti Martini 112, ut ait Gregorius, Lutetiæ deceſſit. Qui videtur annus eſſe Chriſti 511, Secundino & Felice Coſſ. Nam Felice Conſule, 6 Id. Jul. *g* prima Synodus Aurelianenſis à Chlodoveo collecta notatur.

*f* Greg. 2. c. 42. & 43. Aim. 1. c. 23.

*Mors Chlodovei.*

*g* Tom. 1 Conc. Gall.

*h* Hujus regnum ex æquo inter ſe, uti moris tunc erat, diviſerunt quatuor illius liberi. Theodoricus ex concubina natus ſedem apud Metas regni habuit: Clodomirus apud Aurelianos: Chlotharius in Sueſſionibus: Childebertus Lutetiæ.

*h* Greg. Tur. l. 3. c. 1.

*i* Theodoricus Oſtrogothorum Rex ſub vitæ finem priſtinis ab moribus, quos laudabiles ha-

*i* Procop. 1. Goth.

*Theodorici depravatio & obitus.*



Digitized by Google

A. 491. Christi ad 527.

ctenus fuiſſe diximus, in crudelitatem degenerans, Symmachum, ejúſque generum Boëtium falsò ad ſe delatos crimine, capitali affecit ſupplicio. Quo peracto ſcelere, cœnanti ipſi cum caput piſcis miræ magnitudinis appoſitum eſſet, viſus eſt in eo ſibi Symmachi intueri caput. quo portento territus brevi pòſt moritur, anno poſt Odoacris obitum 35, Chriſti 526, æræ ſcilicet Hiſpanicæ 564, ut putat *a* Iſidorus.

*a* Iſidor. chron.

## *Eccleſiaſtica res ſub Anaſtaſio, cæteriſque principibus ab anno 491 ad 527.*

CAP. III.

SUb Imperatore Catholicarum partium inimiciſſimo nonniſi turbulentus eſſè ſtatus Eccleſiæ potuit.

Anaſtaſius ex *b* Acephalorum, & Hæſitantium numero, imò & Manichæis addictus; poteſtatem cuique fecit quam vellet ſectam profitendi. Ipſe interim Catholicos antiſtites hoſtili inſecutus animo Euphemium Conſtantinopolitanum multis appetitum inſidiis ſede ſua pepulit. cujus in locum ordinatus eſt Macedonius *c* anno 495. Anaſtaſij 5, qui Zenonis Henotico ſubſcripſit. Ob id communionem ejus averſati Catholici multa perpeſſi ſunt.

*b* Evag. 3. c. 30. & 31.

*Anaſtaſius hæreticus Imperator.*

*c* Marcel. Theoph. Theod. Lect.

Sciſſa per id tempus ab Romanæ ſocietate ſedis Conſtantinopolitana erat Eccleſia; quòd Acacij, qui in hæreſi ac ſchiſmate deceſſerat, è ſacris tabulis nomen eradere illius urbis nollent, aut non auderent Epiſcopi. Quos ut ad officium concordiámque revocarent, nihil omisêre Pontifices Romani: *d* Gelaſius imprimis, qui anno 492 Felici Papæ ſubrogatus eſt. *e* Hic ſequenti anno per Fauſtum Magiſtrum Officiorum à Theodorico miſſum Conſtantinopoli, fruſtra Euphemium, & Anaſtaſium aggreſſus eſt. Idem & Anaſtaſius Papa, qui anno 496 Gelaſio ſucceſſit; & qui Anaſtaſium excepit anno 498 Symmachus, obtinere conati ſunt. Sed adeò Imperatori Anaſtaſio pax & concordia perſuaderi non potuit, ut is in hortatricem ipſam Romanam Eccleſiam diſſidij ſui peſtem refun-

*Schiſma Eccleſiæ Conſtantinop. ob Acacium.*

*d* Anaſt.

*e* Gelaſ. Epiſt. To. 2. Conc.

Digitized by Google

deret. Feſtus quidam Romanus Senator Conſtantinop[illegible]iſſus à Theodorico, clam Anaſtaſio I[illegible]ri pollicitus, effecturum ſe, ut Henotic[illegible]onis Romanus Pont. Anaſtaſius ſubſcriberet, Romam ut rediit, defuncto jam Anaſtaſio, cùm legitimis ſuffragiis Symmachus eſſet electus, corruptis pecunia factioſis quibuſdam, alterum ei Pontificem oppoſuit Laurentium, anno 498. Ex quo cædes in Urbe, graſſationéſque factæ. Quibus ut obviam iretur, totius controverſiæ diſceptatio, ex Odoacris lege, ad regem (is tunc erat Theodoricus) rejicitur. hic ſecundùm Symmachum ſententiam dixit. Ita compreſſum ad tempus incendium paullo pòſt vehementius exarſit. *a* Quare anno 501, & ſequentibus aliquot, Theodorici regis auctoritate frequentes ſuper ea re Synodi Romæ ſunt habitæ. ac Laurentius anno ipſo 501 damnatus. Sequenti vero Odoacris. abrogata ſanctio eſt, qua Romani Pontificis electionem ſine conſenſu regis ratam eſſe vetuerat. In his omnibus laudata eſt præ cæteris Ennodii Ticinenſis opera; qui contra ſchiſmaticos Symmachi cauſſam egregiè peroravit. Anaſtaſius interim ad amplificandam hæreſim ſuam conatus adhibebat omnes. Itaque Xenaiam Manichæorum principem Conſtantinopolim induxit *b* anno 506, & anno 509, Severum ex Acephalorum ſecta nefandum hominem cum Monachis 200 eodem venientem honorificè ſuſcepit. Atque hoc initium fuit impuri illius Severi, qui *c* anno 513 Antiochenam ſedem, è qua Flavianus ob conſtantiam Catholicæ profeſſionis ſuperiore anno deturbatus fuerat, per vim occupavit, & Orientales omnes Chalcedonenſis ad Synodi damnationem tentavit adducere. reſiſtentes verò Catholicos Epiſcopos ſedibus ejecit ſuis: imprimis Eliam Hieroſolymitanum. *d* Macedonius porro jam ex anno 511 exauctoratus erat.

A. 491. Chriſti ad 527.

*Schiſma Romæ ſub Symmacho Papa.*

*a* Tom. 2. Conc. in Synodis tempore Symmachi

*Ennodius Ticinenſis.*

*b* Theoph.

*Severi hæretici primordia.*

*c* Marcell. Evag. 3. c. 32.

*d* Marcell.

*e* Symmacho Papa anno 514 ex hac vita ſubtracto, qui ſuffectus ei eſt Hormiſda, totus in repræſentandam Eccleſiæ utriuſque communionem incubuit, præſertim annitente Vitalia-

*e* Anaſt. Biblioth.



Digitized by Google

A. 491. Chriſti ad 527.

no duce; qui ejus rei cauſſa contra Anaſtaſium arma ſumpſerat. Sed hic ve[illegible]iis artibus ambobus illuſit. *a* Eo mortuo, [illegible]ante Juſtino religioſiſſimo principe, q[illegible]antopere ſtudebat Hormiſda conſecutus eſt anno 519. legatis Conſtantinopolim miſſis; inter quos Germanus Capuanus Epiſcopus fuit, vir ſanctiſſimus. Horum igitur opera damnata eſt cum hæreticis omnibus Acacii, Euphemii, Macedoniique memoria: nec non Zenonis, & Anaſtaſii Imperatorum; pleneque cum Romana ſede Orientalium redintegrata pax. *b* quam dum per urbes Græciæ Hormiſdæ legati circumferunt, unus ex his Joannes Epiſcopus Dorothei Theſſalonicenſis Epiſcopi factione ab hujus urbis populo crudeliter, ignominioſeque eſt habitus. quam ob cauſſam citatus ab Juſtino Dorotheus, corruptis judicibus, levi pœna defunctus eſt. Diſſidium illud Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ annos ferè 40 tenuit, ut *c* Facundus ſcribit, hoc eſt, ut exactè putemus, annos 36, qui ab 484 Chriſti numerati, quo ab Felice Papa anathema dictum eſt in Acacium, ad 519, ſextum Hormiſdæ pertinent.

*a* Hormiſdæ ep. Tom. 2. Concil. *Pax Eccleſiæ à Conſtantino reddita.*

*b* Suggeſtio legatorum ad Hormiſdam. Tom. 2. Conc.

*c* Lib. cont. Mocian. p. 565.

*d* Juſtinus porrò hæreticos variis edictis, pœniſque conſtrinxit, & Catholicos Epiſcopos reſtituit. Severo, qui Antiochenam ſedem per latrocinium occuparat, linguam juſſit excidi. qui cum Juliano Halicarnaſſenſi fugit in Ægyptum *e* anno 1 Juſtini, Septembri menſe; eſque provinciæ contagionem ſui erroris aſperſit. *f* adeò ut Alexandriæ ſub idem tempus varia ſectæ illius divortia facta ſint: dum alii corruptibile Chriſti corpus aſſererent, ut Severus: alii incorruptum facerent, ut Julianus Halicarnaſſenſis. Timotheus Alexandrinus Severum ſequebatur: Julianum Themiſtius ejus Diaconus. qui ſe à Timotheo ſejungens, novam Agnoëtarum condidit hæreſim. Exinde Corrupticolarum & incorruptibilium, ſive Phantaſtarum, orta ſunt diſcrimina.

*d* Evag.

*e* Evag. 4. c. 4. *Severus Ægyptum inficit.*

*f* Liberatus c. 19. Leont. de Sectis Act. 5. & 10. Vict. Tun. *Themiſtius Agnoeta.*

*g* Quin & otioſa Conſtantinopoli commota quæſtio eſt à Scythis Monachis, utrum unum de Trinitate paſſum dici oporteret. de qua Ca-

*g* Epiſt. Hormiſ. Tom. 2. Conc.

Digitized by Google

tholici inter ſe ipſi non leviter altercati ſunt. *a* Ex iſtorum monachorum numero fuit Maxentius; qui contra Hormiſdæ Pontificis epiſtolam, qua notatus cum ſuis erat, apologeticum edidit.

A. 491. Chriſti ad 527.
*a* Tom. 4 Bibl. PP.

*b* Cùm autem hæreticos, ac præſertim Arianos, Juſtinus in Oriente vexaret, & horum Eccleſias Catholicis adjudicaret, graviter id ferens Arianus princeps Theodoricus Joannem Papam, qui Hormiſdæ anno 523 ſucceſſerat, legatum miſit ad Juſtinum, ut ab Arianis injuriam abſtineret; minitans ſe, niſi id faceret, in Catholicos viciſſim tota Italia ſæviturum. Imperator perhonorificè Pontificem excepit. *c* ab eóque primus Imperatorum omnium imperii cepit inſignia. Ejus precibus Juſtinus adductus ab Arianis inſequendis deſtitit, ſi Miſcellæ Diaconi creditur. Sed Joannes ipſe in epiſtola 2. alia omnia ſignificat. tùm quòd reverſus in Italiam à Theodorico conjectus eſt in vincula, ubi confectus ærumnis obiit Ravennæ 12 Cal. Junii, ait Anaſtaſius, anno 526. quo in Boëtium ac Symmachum idem poſtea gladio Theodoricus animadvertit qui ab Joannis morte nonageſimo nono die decedens, ad inferos præcipitari viſus eſt monacho cuidam. *d* quod in Dialogis S. Gregorius retulit.

*b* Marcell. Theoph. Diac. 35. Greg. Papa l. Dialog. Niceph. 17. c. 9.
*c* Anaſt. Bibl.
*Theodorici crudelitas.*
*d* Greg. 4. Dial.

## *De viris præſtantibus ſanctitate ac doctrina, qui ætatem illam exornarunt.*

CAPUT IV.

SAnctitatis palmam literis excultæ ea ætate tulit S. Fulgentius. *e* qui Romam adiit eo anno, quo Theodoricus eandem ingreſſus ponitur à Caſſiodoro, hoc eſt 500. Anno vero 504 Ruſpenſis factus Epiſcopus, à Thraſamundo Rege cum aliis relegatus eſt in Sardiniam. ac denique poſt Thraſamundi obitum *f* anno 522; reſtituta Africanis Eccleſiis ab Hilderico Hunerici filio pace, reverſus eſt. Hujus diſcipulus fuit Ferrandus Diaconus, ſcriptor ætatis illius inſignis.

*e* Vita Fulg. apud Sur. Jan. 1.
*S. Fulgentius.*
*f* Iſid. chron.

In Gallia S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus



Digitized by Google

A. 491. Chriſti ad 527. *S. Caſarius.* enituit: *a* qui Concilio Agathenſi anno 506 ſubſcriptus legitur: & ad Vigilii tempus uſque pervenit, à quo anno 538 epiſtolam accepit.

*a* Tom. 1. Conc. Gall.

Avitus quoque Viennenſis Epiſcopus: à quo Burgundiones Catholicam fidem acceperunt.

*b* Flodoar. l. 2. c. 21. & 13. *S. Remigius.*

*b* Item S. Remigius Remorum Epiſcopus, ac Francorum Apoſtolus meritò nominandus. Hic anno Chriſti 471 ſedem illam adiit, natu annos 22, ut Hincmarus, & Flodoardus aſſerunt. Nam in *c* epiſtola, quam ad Epiſcopos tres ſcripſit anno Chriſti 523 data, teſtatur ſe jam annis 53 Epiſcopatum obiiſſe. Idem porro ad cœlum tranſiit ante annum 535. ſiquidem hoc ipſo anno Concilio Arvernenſi ſubſcriptus legitur Flavius Remorum Epiſcopus. Falsò itaque Hincmarus, & Flodoardus annos ſediſſe illum referunt 74, vixiſſe 96.

*c* Tom. 1. Conc. Gall. p. 204.

In Italia Ticinenſis Epiſcopus Eunodius: cujus ſub Papa Symmacho contra ſchiſmaticos permagni operam fuiſſe ſuperiùs oſtendimus. Vixit & S. Claudius Veſontionenſis Epiſcopus qui *d* Epaonenſi Synodo anno 517 ſubſcripſit.

*d* Tom. 1 Conc. Gall.

*e* In Hibernia S. Patricius primus Epiſcopus obiit anno 491, natus annos 82. ut ex Mariani calculo conficitur; cùm tamen 92 ipſe eidem attribuat. Alii 123 annos, vel 122, uti Sigebertus: nonnulli 134 vixiſſe produnt. quorum 60 in inſula iſta Chriſtum prædicavit.

*e* Marianus Scotus. Meſſingh. in SS. Hiber.

*S. Sabbas.* *f* Cyrill. in vita S. Sabbæ.

In Oriente *f* S. Sabbas Monachus mirifica ſanctitate Palæſtinam illuſtravit; ac fidem Catholicam per id tempus Anaſtaſii impietate labefactatam ſuſtinuit. Hujus diſcipulus fuit S. Ioannes Silentiarius ex Epiſcopo Colonienſi in Armenia monachus.

*g* Niceph. 17. c. 4. & 5. Evag. 4. c. 6.

*g* Zoſimæ quoque duo celebrantur: alter ſolitarius in Phœnicia: alter in quodam Palæſtinæ cœnobio: qui Antiochenam illam calamitatem, quæ Juſtini tempore contigit, divinitùs præſenſerunt.

*h* Aimo. 1. c. 17. *i* Id. & Sigeb. A. 495.

In Gallia monaſticum vitæ genus exornarunt, Anaſtaſio imperante, *h* Launomarus Carnotenſis, *i* Maximinus Aurelianenſis Miciacenſis fundator ad eam urbem cœnobii, ac nepos S. Euſpicii. quos ambos Chlodoveus Aurelianos ve-

Digitized by Google

niens ſecum eò deduxit: ut ſcribit Aimoinus. Hunc Sigebertus Maximum, cœnobium ipſum Miriacenſe vocat: Aimoinus Initiacenſe, quod eſt Miciacenſe, & hodiéque nomen retinet. Item Avitus, atque Carileſus Maximini diſcipuli. *a* Tum Severinus Abbas, qui Chlodoveum regem gravi apud Lutetiam à morbo recreavit anno 508. Agaunenſis, hunc abbatem cœnobii vocat Aimoinus. Sed nondum id videtur fuiſſe conditum: quippe quòd poſtea ab Sigiſmundo rege Burgundionum, auctore S. Avito, extructum fuerit: quod ſcribit Ado Viennenſis. *b* S. Equitius in Italia eodem tempore floruit.

A. 491. Conſti ad 527.

*a* Sur. 11. Febr. Aimo. 1. c. 24

*b* Greg. P. 1 Dial. li. 1.

Caſſiodorus verò, ac Boëtius ad integritatis ac virtutis laudem excellentis doctrinæ decus aſſecuti ſunt ſub Italiæ rege Theodorico. *c* Poſſeſſor Africanus epiſcopus ſcripſit ad Hormiſdam Papam de libris Fauſti Regienſis. Joannes quoque Maxentius unus ex Scythis illis Monachis, quorum ſuprà memini, *d* contra Hormiſdam ſcribere eſt auſus, qui Eutychiana fuligine aſperſus videtur.

*c* Epiſt. Horm.

*d* Extat in Bibl. Pat.

*e* Sanctiſſima virgo Genovefa, Pariſienſium, imò Francorum omnium patrona, mortua ponitur à Sigeberto, eo anno, quo prima Synodus Aurelianis eſt habita: qui fuit ultimus Chlodovei regis, Chriſti 511, cùm eſſet octogenaria. Hoc modo ortus illius congruet in annum 431 circiter: ac probabilius erit, quod de SS. Germani ac Lupi in Britanniam profectione Beda, & idem Sigebertus memoriæ prodiderunt, eam contigiſſe anno 446: non, ut Proſper poſuit, 429. *f* Aimoinus verò ad tempora uſque Clotharii, & Childeberti perveniſſe ſcribit.

*e* Vita S. Geno. apud Sur. 1. n 3 *S. Genovefa.*

*f* Lib. 1. c 4.

A. 527. Chriſti ad 565.

## *De Iuſtiniano Imperatore, & iis rebus, quæ illo imperante geſta ſunt in Orientali imperio. ubi de Vandalorum in Africa extincto dominatu, déque Gothico bello.*

## A 527 Chriſti ad 565.

CAPUT V. a Marcell. Vict. Tun. Chr. Alex.

MAvortio Conſule, *a* quòd omnium conſenſu Annalium eſt receptum, hoc eſt anno Chriſti 527, Juſtinianus ex a. d. Cal. Apr. ſuperſtite avunculo Juſtino: ex Cal. Auguſt. poſt ejus mortem, imperium moderatus eſt, ætate jam maturus, hoc eſt natus annos *b* vel 45, *c* vel uno minus. *d* etſi Procopius multo juniorem fuiſſe indicat, dum ait imperante Juſtino κομιδῆ νέον ad rempubl. gerendam acceſſiſſe. Varìis princeps moribus fuit, atque ex virtutibus, vitiiſque temperatus. Nam & acres ad pietatem, ac religionem habuit impetus: quod innumerabilibus edictis teſtatum reliquit, quibus Catholicæ fidei, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſuluit. & idem poſtremò in Eutychianum impegit errorem. tum in omni vita, rapacitatis, avaritiæ, ac perfidiæ deformatus maculis: pluribus etiam & horrendis inuſtus *e* à Procopio opere in illo, quod Ἀνέκδοτον, quaſi *ſuppreſſum* dixeris, inſcribitur; quòd vivente Juſtiniano id in vulgus non eſſet auſus edere. In quo de Juſtiniano, Theodora, & Beliſario quædam ſtupenda; neque vulgo vel nota, vel credita declarat. De Theodora Juſtiniani conjuge (nam Theophanes falſus eſt, qui Juſtino eam nupſiſſe tradit) nemo diſſentit, impotentem, avaram, libidinoſam, & hæreticam fuiſſe feminam: ut pote ab ſcenicis artibus, & meretricio quæſtu ad legitimum matrimonium abductam ob formæ commendationem. cui plus addictus æquo Juſtinianus in rempublicam pariter, & Eccleſiam multa commiſit. Sed ea, quæ privatim ad mores attinent, accuratiùs perſequi non eſt conſilii.

*b* Zona. *c* Onufrius. *d* Procop. Ἀνέκδ. p. 29.

*Iuſtiniani mores.*

*e* Procop. in Ἀνέκδ. p. 57.

*Theodora.*

*Iuſtiniani uxor.*

Digitized by Google

Multa, Magnáque Imperatore iſto bella ſunt geſta. *a* Imprimis Perſicum; quod in gentis Lazicæ (ii ſunt Colchi) gratiam, à Juſtiniano ſumptum initio eſt Imperii; cùm rex illorum Tzathus Romanorum cum religione fœdus adiiſſet. A. 527. Chriſti ad 565. *a* Procop. 1. Perſ.

*b* Ad id bellum dux eſt miſſus Beliſarius anno 529. qui re ancipiti geſta exitu, ad Vandalicum inde à Juſtiniano revocatus eſt anno 531. ac ſequenti anno, *c* Indictione 11, pax cum Perſis facta eſt, *d* anno Juſtiniani ſexto: ea tamen lege, ut in Lazica invicem utrique bellum facerent. Eodem anno Conſtantinopoli incredibilis adversùs Imperatorem commota ſeditio eſt; cui ab teſſera à populari *Νίκα* nomen eſt inditum. *e* Per hanc Hypatius Patricius Imperator acclamatus eſt, cum Pompeio & Probo conſobrinis; qui omnes Anaſtaſii Imperat. nepotes erant. Juſtinianus cùm de arripienda fuga dubitaſſet, hortatu Theodoræ palatium muniit, ac brevi Beliſarii, & Narſetis opera factioſos repreſſit: occiſa *f* uno die Januarii 19, feria 2, hominum 35000: vel, ut Procopius habet, 30000. *g* Complures tunc Eccleſiæ ſubverſæ; quas Juſtinianus refecit: imprimis verò S. Sophiæ templum, quod anno imperii ſui 10 infinitis ſumptibus inſtaurare eſt orſus. *b* Theoph. *c* Marcell. *d* Procop. 1. Perſ. *e* Marcell. Theoph. Chr. Alex. Procop. 1. Perſ. *Seditio vehemens contra Iuſtin.* *f* Theoph. *g* Procop. 1. de æd. Iuſt.

*h* In illa ſeditione contra duos præſertim Imperatori cariſſimos popularis exarſit furor Joannem Cappadocem, Præfectum Prætorio, & Tribonianum Quæſtorem. quorum ille literarum rudis; ſed callidus, ac pecuniæ prætermodum avidus; tum vitiis omnibus, flagitiiſque contaminatus. hic oriundus Pamphylia, omnium ætate ſua longè doctiſſimus erat, ac juris maximè ſcientia inclytus: ſed avaritiæ, perinde ut alter, ſordibus infamis; cujus gratia leges aut novas quotidie condere, aut jam latas abrogare conſueverat. Utrumque multitudinis conſenſione territus Juſtinianus exauctoravit. ſed paullo pòſt in gradum priſtinum reſtituit. *i* Ac Tribonianus quidem in eodem magiſtratu annis exactis pluribus, morbo eſt extinctus. Joannes bonis omnibus everſus decimo pòſt anno, qui Chriſti videtur 542, in presbyterum *h* Procop. l. 1. Perſic. p. 39. & ſeq. *Tribonianus, & Ioannes Cappadox.* *i* Procop. ibid. p. 42.

Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.

attonſus, primùm in ſuburbana Cyzici Eccleſia reſedit: inde in Ægyptum abreptus miſerrimam ibi vitam egit ad obitum uſque Theodoræ, hoc eſt annum Chriſti 548, *a* quando ab Juſtiniano revocatus eſt Conſtantinopolim. ubi & in Sacerdotio perſeveravit; cùm quidem falſis viſis in ſpem adductus eſſet Auguſtæ potiundæ dignitatis. quorum ludicra ſpecie tum fidem impleſſe viſus eſt, cùm per illud tempus, quo Conſtantinopoli detonſus eſt in presbyterum, & hujus ordinis veſtes coactus ſumere, quia nullas proprias habebat; Sacerdotis cujuſdam, cui nomen erat Auguſtus, penula, tunicâque eſt indutus.

*a* Procop. in fine l. 2. Perſic.

*c* Vandalicum exinde bellum eodem duce Beliſario anno 533 inchoatum in Africa, ſequenti terminatum eſt. Gilimer, occiſo Hilderico Hunerici, & Eudoxiæ Valentiniano tertio genitæ filio, Vandalis regnabat. Beliſarius Carthaginem exitu illius anni cœpit. Sequente verò, Gilimerem tota obſeſſum hieme in poteſtatem recepit, & Conſtantinopolim adduxit ad Juſtinianum *c* quarto ejus Conſulatu. quo facto cùm ſparſam de ſe affectatæ in Africa tyrannidis calumniam abſterſit; tum ingens decus eſt conſecutus, repræſentata longo intervallo veterum triumphorum ſpecie. quorum ille ritu, & apparatu; niſi quod pedes ambulabat; captivis ante ſe traductis, iiſque his Gilimere ipſo ad Juſtinianum in Hippodromum perrexit: quem adorare coactus eſt Gilimer, cùm illud identidem clamaret: *Vanitas vanitatum*, &c. qui ſecundum triumphum agro in Cappadocia donatus eſt; neque, quòd Arianam ejurare nollet hæreſim, Patricius eſt factus. Extinctum eſt Vandalorum regnum anno 96 poſt occupatam Carthaginem: poſt ingreſſum in Africam, 108. ex quo Victor Tunnunenſis caſtigandus eſt, qui anno 97 ingreſſionis Vandalorum, captum Gilimerem, & Africam eſſe liberatam aſſerit.

*b* Procop. in Vand

*Vandalicum bellum.*

*c* Marcell.

*Beliſarii Triumphus.*

*Vandali in Africa extincti.*

*d* Recepta à Vandalis Africa, deinceps bella cum finitimis barbaris, præſertim Mauris aſſidua fuêre. donec miſſus eò Salomon ſpado rei militaris peritus, compreſſis hoſtibus pacem

*d* Procop. Vand. 2. Theoph.

Digitized by Google

provinciæ reddidit, *a* ſub annum Juſtiniani 13, Chriſti 539. *b* Sed biennio poſtea deſtitutus à ſuis in conflictu cecidit: ac barbari reſſumptis animis, Romanorum irritati crudelitate ac perfidia, multis eos cladibus affecerunt. Quinetiam tyranni per idem tempus orti complures; *c* è quibus Guntharis Salomonis antea ſatelles, Areobindam Imperatoris affinem, & ad regendam Africam miſſum occidit *d* anno Juſtiniani 19. ipſeque mox ſexto & triceſimo tyrannidis die ab Artabane Perſa interfectus eſt.

A. 527. Chriſti ad 565.
*a* Procop. l. 2. p. 151. v. 7.
*b* Procop. ib. p. 154.
*c* Id. Marc.
*d* Id. p. 163. ver. 28.

Gothicum bellum *e* nono Juſtiniani anno cœptum eſt ineunte vere; ut ex Procopio colligitur; cujus ea ſeries habetur.

*e* Procop. 1. Goth. p. 76. Marcell. Theoph. Miſc. Zon. Cedren.

Theodorico rege anno, ut dictum eſt, 526 mortuo, Gothis regnavit Athalaricus, Amalaſunthæ Theodorico genitæ, & Eutharici ex Amalorum ſtirpe filius, ſub matris tutela, *f* annos natus 8. qui *g* octavo regni anno deceſſit, Chriſti 534. Amalaſuntha Gothos verita, ſceptrum in Theodatum tranſtulit Amalaphridæ Theodorici ſororis filium. quò præter ſpem evectus homo pecuniæ appetens, & ignavus, benè de ſe meritam & egregiam feminam occidit. Quod agente Theodora Juſtiniani conjuge perpetratum eſſe, teſtis eſt *h* Procopius; cùm ne Juſtinianus eam ſibi anteferret illa vereretur.

*f* Procop. ib. p. 167.
*g* Id. p. 69 Iornand. de rebus Get. c. 59
*Bellum Gothicum*
*h* In Arcaǹ.

Hujus nece graviter commotus Imperator, & ad recuperandam alioquin Italiam Africanæ succeſſu expeditionis admonitus, victorem exercitum, *i* ac ducem Beliſarium contra Gothos immittit anno Chriſti 535, *k* Indictione 13. Initium bellandi ab Sicilia factum, quam anno eodem occupavit; & *l* Syracuſas ultimo Conſulatus ſui die eſt ingreſſus. Sequenti anno Vitigis rex à Gothis electus, occiſo Theodato, Romanis fortiter reſiſtit. Romam Beliſarius capit anno ipſo 536: & à Vitige obſeſſam *m* annum unum, ac dies novem circa æquinoctium vernum liberat anni 538. Inde Ravenna cum Vitige ipſo, ejúſque conjuge, redactis in poteſtatem, ac delato ſibi in Gothis repudiato regno, Beliſarius anno 540, *n* quin-

*i* Procop. Goth.
*k* Marcell.
*l* Procop. p. 272. Goth.
*m* Procop. Goth. p. 126. Græc.
*n* Proc. l. 3.

Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.
*Vitiges captus.*
*Totilas.*
a Proc. 3. p. 260. & 261. Græc. comparatis cum p. 265. v. 23.

to belli deſinente, revocatur ad bellum Perſicum, ac Vitigem ad Juſtinianum adducit Ildibaldus rex à Gothis creatus: ac poſt eum Eraricus: cum *a* anno 541, Totilas Ildibaldi conſobrinus, vir acer, ac prudens, & multis principe dignis ornatus virtutibus. Hic collapſam in Italia rem gothicam non minus æquitate, ac moderatione, quàm fortitudine bellica reſtituit. Fuſis ſæpius Romanis, Romam ipſam anno 546 recepit. quam ſequente, Beliſarius iterum ex Oriente miſſus in Italiam, occupat: eadémque biennio pòſt à Totila recuperata.

*b* Proc. 4. p. 263. & ſeq.
*c* Proc. p. 270. verſ. 42.
*d* Procop. in fine l. 4. Goth.
*e* Procop. Perſ. p. 52. ver. 50.
*f* Procop. init. l. 2. Perſic. & Got. 2.
*g* Proc. 2. Got. p. 244. ver. 5.
*h* Colligitur ex Proc. in fine 2. Perſic. p. 90. v. 30.
*i* Proc. 4. Got. p. 343.

Anno porrò *b* belli 18, Chriſti 552, Narſes ſpado, genere Perſa, dux egregius, Totilam acie vicit, qui è prælio fugiens obtruncatus eſt, *c* cum annos regnaſſet 11. Poſt hunc Tejas gothis præfuit. quo brevi pòſt in prælio cæſo, *d* anno belli exeunte 18, Chriſti 553, cum Gothis debellatum eſt. Flagrante gothico bello, Perſicum in Oriente repetitum eſt *e* anno Juſtiniani exeunte 13, Chriſti 540. cum ad pacem violandam ſatis ſuapte ſponte concitatum Choſroen, & Africanis, atque Italicis Romanorum ſucceſſibus invidentem perpuliſſet *f* Vitigis gothorum rex, miſſis ad eum Liguribus duobus ſacerdotibus, *g* anno belli gothici deſinente quarto, qui incidit in annum Chriſti 539. Sequente igitur anno vaſtata Syria Antiochiam cepit, incendítque Choſroes, latéque populationem circuntulit; nullis, ut per pacis tempus, præſidiis firmato Romano limite. Tandem quinquennales induciæ *h* anno circiter Chriſti 545, Juſtiniani 19, inſtauratæ ſunt, ita ut bellum interim in Colchide nihilo ſegnius geſtum ſit. *i* Tum finitis prioribus, quinquennales rurſus aliæ factæ ſunt anno 551, majore Romanorum ignominia, quòd tributum Perſis pendere ſunt coacti.

k Agat. l. 3. p. 60. Gr.

k Regnabat tum in Lazica (ea Colchis eſt) Gubazes Romanis fidiſſimus. qui Beſſa, Martino ac Ruſtico Juſtiniani ducibus inviſus, quòd eorum ignaviam apud Imperatorem accuſaſſet, falſóque delatus, ac per inſidias interemptus eſt.

Digitized by Google

Quæ res Colchorum alienavit animos, & ad Perſas adjunxit ſub annum, ut ex *a* Agathia colligitur, Chriſti 555. *b* Novo exinde Lazis ab Juſtiniano dato rege Tzathe, Perſæ magno conflictu ſuperati ſunt, in quo cæſa ſunt eorum millia decem. Nachoragan Perſarum dux revocatus ab Choſroe, cute detracta malè geſtæ rei pœnas dedit.

A. 527. Chriſti ad 565.
*a* Lib. 2. p. 62.
*b* Agath. l. 3. p. 85. Id. p. 100.

*c* Secundùm victoriam de Gubazis nece habita eſt ab Romanis quæſtio: & in ejus auctores animadverſum. *d* Choſroes denuò cum Romanis de Colchide pepigit: ut quod in ea quiſque tum haberet, interim obtineret, dum plenior inter eos ſancita pax eſſet, *e* quæ in annos deinde ſeptemdecim convenit anno 562.

*c* Agath. l. 4. p. 128.
*d* Agath. ib. p. 137.
*e* Theoph.

*f* Medio tempore Hunni in Thraciam frequenter excurrere, & ad Urbem propiùs poſitis caſtris, latè prædas egere, præſertim *g* ſub annum 558; cum jam ſenio feſſus Imperator perinde langueret animo, ac rei militaris omiſſa cura totum ſe moliendis ædificiis, ac pacis artibus tradidiſſet. *h* Tandem Beliſarii, qui ætate & ipſe confectus erat, conſilio ac virtute repreſſi barbari, clade mox accepta, dilapſi ſunt quos & civile domi bellum excepit, quod ultimum genti illi exitium attulit.

*f* Agath. l. 5. p. 150. & ſeq.
*g* Theoph.
*h* Agath. ib. 159.

*i* Belli Gothici anno 14, Chriſti 548, Theodora Imperatrix obiit, Juſtiniani 22, menſe Junio, Indict. 11, ait Theophanes. Juſtinianus autem extrema jam ætate moritur anno 565: cum jam in eam impegiſſet hæreſim, *k* quæ Chriſti carnem etiam ante reſurrectionem negabat pati aliquid, aut corrumpi potuiſſe: & *l* Eutychium Patriarcham virum ſanctiſſimum, quòd ei aſſentiri nollet, ſede ſua dejeciſſet. Imperavit annos 38, menſes 8, ait Evagrius. *m* Exceſſit enim Novemb. 14 die, Indict. 14.

*i* Proc. 3. p. 299. *Mors Theodoræ, cum Juſtiniani.*
*k* Evag. 4. c. 39
*l* Vita S. Eutych. Apr. 6.
*m* Chron. Alexand. Theop.

Hujus Imperatoris jam mortui fidem ac pietatem multum prædicat Agatho Papa in epiſtola, *n* quam ſexta Synodus recitat: nec non Romana eodem Pontifice collecta.

*n* Act. 4. p. 45.

Eo imperante ſerici conficiendi rationem Monachi quidam ex India profecti Conſtantinopolitanos docuerunt, ovis inde tranſlatis; cum

Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.

*Serici conficiendi ratio.*

a Procop. Goth. p. 345. Zonar. b Theoph.

hactenus nonniſi factum ſericum è Perſide Romani negotiatores adveherent. *a* quod circa annum Juſtiniani 25 ſcribit eveniſſe Procopius.

Beliſarius *b* eodem, quo Juſtinianus, obiit anno, Indictione 13, Martij 13, hoc eſt anno 565, cùm biennio antè conſpirationis in eundem ſuſpectus, ac domo vetitus egredi, paullo pòſt reconciliatus eſſet, omnibus, quæ adempta erant, bonis cum honore reſtitutis.

## *Quæ Iuſtiniano Imperatore alibi, quàm in Romano orbe, memoria digna contigerunt, déque Francorum regibus ac geſtis.*

CAP. VI.

c Greg. l. 3. c. 6. Proc. 1. Goth. p. 186. Aimo. l. 2. c. 3. & ſeq. Geſta Franc. c. 34. & ſeq. Sige.

*Sigiſmundi Burgundi hiſtoria.*

GOthicis rebus in Italia laborantibus, ac demum Græcorum virtute ſubverſis, Francorum regnum majus in dies incrementum habuit. Ab his primùm Burgundionum in Galliis dominatus extinctus eſt. *c* Sigiſmundus Gundebaldi filius, ejus reliquias è Francorum ereptas manibus ægrè tuebatur: ut eo laudandus, quòd hortatu S. Aviti ad Catholicam fidem ab Ariana tranſierat hæreſi; ſic innocentia filij cæde culpandus, quem è Theodorici filia ſusceptum poſteriori inſtigante conjuge peremerat. quod tamen ſcelus in Agaunenſi à ſe condito monaſterio haud paucorum dierum jejuniis, lacrymíſque diluit.

Huic bellum Chlotildis hortatu matris Chlodomirus indixit, qui Aurelianis regnabat, & prælio victum anno 527 cum uxore ac liberis abduxit. Interim Gundomarus Sigiſmundi frater occupatum à Francis recipit regnum: quod impotentius ferens Chlodomirus, Sigiſmundo cum ſuis in puteum projecto, anno 528. novam in Burgundos expeditionem facit. In ea dum fuſis hoſtibus confertum in globum audacius infertur, conto transfixus occubuit. Franci, ſi *d* Agathiæ creditur, cæde regis territi, æquas victis pacis leges dederunt. Noſtri verò cupidate ulciſcendi ſic illos exarſiſſe ferunt, ut in fugam præcipites agerent. *e* Quadriennio pòſt, fraternam ne-

d Agath. 1.

e Greg. 3. c. 11. Aim. 2. c. 7. Geſta Franc. 37.

Digitized by Google

cem ulti ſunt Childebertus, & Chlotarius: qui puiſo Godomaro, Burgundiæ regnum Francici juris fecerunt anno 532.

*A. 527. Chriſti ad 565.*
*Burgundia à Francis devicta.*

In Hiſpania poſt tutoris Theodorici Oſtrogothorum regis *a* obitum, qui contigit anno 526, ut ſuprà diximus, Amalaricus Vviſegothorum ſceptrum tenuit annis 5, Francis regibus affinitate junctus: quorum ſororem duxerat Chlotildem. Eam dum ob Catholicæ conſtantiam fidei Arianus princeps indignis vexat modis, Childebertus bello hanc injuriam perſequi ſtatuit, *b* Amalaricus prælio ſuperatus, & ad fugam ſe comparans, Narbonæ à ſuis in foro jugulatur anno 531. Childebertus cum ingenti præda, abducta ſorore ſua, revertitur, quæ in itinere decedens, Pariſiis eſt ſepulta.

*a* Iſidor. Chr. Greg. 3. c. 10.

*b* Iſidor. Chr. Greg. 3. c. 10. Aim. 2. c. 8.
*Gothi ſuperati.*

Ante hoc tempus triennio circiter, *c* Theodoricus, qui in Metenſibus regiam habebat, accito fratre Chlothario, in Thoringos bellum cepit: victóque Hermenefrido rege, *d* cui Amalaberga neptis Theodorici regis Oſtrogothorum nupſerat, Thoringiam ſuis rebus adjecit. Chlotharius in prædæ partem captivos inter Radegundem accepit, Bertharii Hermenefridi fratris ab eóque cæſi filiam, quàm & matrimonio ſibi junxit, &, ut liberiùs illa Deo frueretur, Monacham poſtea fieri permiſit.

*c* Greg. 3. c. 4. v. 5. Aimo. 2. c. 9. Sigeb.

*d* Iorn. de reb. Get.

*Radegundis.*

Ut hæc cum exteris bella decora iis erant, à quibus gerebantur: ita quæ identidem faciebant invicem, invidiam apud poſteros habuerunt. *e* Sed imprimis deteſtandum Chlotharii parricidium, quod cum fratre Childeberto conſtitutum ſuapte ipſe perfecit manu. Nam Chlodomiris utriuſque germani bello occiſi Burgundico filios duos, Theodovaldum, & Guntharium cultro confodit: tertius Chlodovaldus fuga elapſus, in Clericorum primùm, tum ob raram ſanctitatem, in cælitum eſt relatus numerum. & hodiéque Novigenti ad Urbem colitur: quod oppidum de ejus nomine deinceps appellatum eſt. Hoc ad annum Chriſti 531 Sigebertus adnotavit.

*Chlodowi filiorum bella.*

*e* Greg. 1. c. 18. Sig. Aimo. 2. c. 12. Geſta Franc. 38.

*f* Poſt amborum regum mutuum in odium ſocietate verſa: Childebertus cum Theodeber-

*f* Greg. 3. c. 18. Aimo. 2. c. 18.

A. 527. Chriſti ad 563.

to Theodorici fratris filio in Chlotharii conſpiravit perniciem. ac dum caſtris oppoſitis utrimque ſe ad pugnam inſtruunt, orta ſubitò tempeſtas grandine miſtis imbribus, ac tonitribus ambas diremit acies. Ita Chlotildis illorum matris precibus obſecundante Deo, civilis eſt prohibitus cruor. Eò reſpexiſſe putem *a* Agathiam hiſtoricum, qui Francos ideo laudat, quòd in plura regna diſtributi, ſi quid inter eos diſſenſionis ortum fuerit, ubi ad arma venitur, mutuis in ipſo procinctu colloquiis potiùs, quam cædibus terminare ſoleant. *b* Subinde porro, fœdere inter ſe repetito, Childebertus, & Chlotharius in Hiſpaniam irruperunt, cujus maximam partem eos acquiſiſſe ſcribit Gregorius. *c* Iidem Cæſaraugustam obſidione tentarunt, à qua ſe, data Childeberto S. Vincentii ſtola, oppidani redemerunt. Hujus in honorem martyris rex ille ſuburbanam baſilicam ædificavit, quæ hodie S. Germani dicitur. de qua *d* diploma legitur anno ejus regni 48 editum. qui eſt annus Chriſti 559. Hiſpanienſis autem expeditio confertur *e* à Sigeberto in ann. 542.

*a* Agath. l. 2.

*b* Greg. Tur. 3. c 29. Aim. 2. c. 19. Sigeb.

*Expeditio Francorum in Hiſpania.*

*c* Aim. 2. c. 19.

*d* Aim. 2. c. 20.

*e* Aim. 2. c. 21.

*Expeditio Francorum in Italia.*

*f* Per idem tempus, quo in Hiſpania Francorum arma volitabant: trans Alpes eorum illatus eſt furor. *g* Theodebertus Theodorici filius, Gothis regnante Totila, & Romano implicato bello, Liguriam, Alpes Cottias, ac Venetiæ pleraque ſibi ſubjecit. atque inde digrediens Buccellinum ibi reliquit: quem totam Italiam percurſaſſe, & Siciliam ſubegiſſe, annales noſtri memorant: Procopius verò Theodebertum ait extremo Vitigidis anno, qui Chriſti 539 putatur, cùm is Ravennæ obſideretur à Beliſario, in Italiam irrupiſſe cum centum millibus armatorum, atque ab Romanis fuſum, graſſante inſuper morbo, receſſiſſe.

*f* Procop. l. 4. p. 358. Vide & l. 3. p. 304. Gre. 3. c. 32. Aim. 2. c. 21.

*g* Lib. 2.

*h* Eo mortuo Theodebaldus ejus filius ſub belli Gothici finem, annúmque Chriſti 554, Francos, & Alemannos ſuos, ducibus Leuthari, & Bucellino, in Italiam expeditionem permiſit facere. *i* qui nequaquam obſiſtente Narſete in Samnium uſque progreſſi, anno 555 copias dividunt. Butilinus, (ita hunc Agathias

*h* Agath. l. 1.

*i* Agath. l. 2. p. 31.

Digitized by Google

vocat ) ſecundum Tyrrhena litora progreſſus, ad fretum Siculum uſque pervenit. Leutharis Apuliam, Calabriámque percurrit. Erant in eorum exercitu Franci pariter, & Alemanni quorum illi, qui pari cum Romanis religione cenſebantur, inter prædandum ſacris abſtinebant. iſti, ut erant gentiles, ſacra eodem ac profana loco habebant. *a* Parta ingenti præda Leutharis, æſtate appropiquante, ſe in Venetiam ultra Padum recepit: Bucellinus, quòd, & Gothis fidem dederat, & in regni apud illos obtinendi ſpem venerat, cum millibus triginta ſubſtitit: atque ad Caſilinum fluvium, haud procul Capua, ab Romanorum millibus octodecim duce Narſete fuſus eſt: occiſis cum Bucellino ipſo, præter quinque, omnibus. cùm jam Leutharis magna copiarum amiſſa prædæque parte, in furorem, ex eâque in mortem incidiſſet. Clades hæc evenit anno ipſo Chriſti 555, altero ab obitu Theobaldi; quem anno 554 deceſſiſſe *b* monſtravimus. ídque *c* Agathias memorat.

A. 527. Chri. ad 565.

*a* Agath. ib. p. 34. & ſeq.

*b* In par. 2. l. 4. c. 13.

*c* Lib. 2. c. 47.

Cæterùm Theodatum Gothorum regem ſub initium Gothici belli, ad conciliandos ſibi Francos, ea Galliæ parte, quam Gothi tenuerant, iis ceſſiſſe ſcribit *d* Procopius, ídque ratum habuiſſe anno ſequenti Vitigem, deductis inde Gothorum præſidiis. *e* Ad hæc anno 548 Juſtinianum eoſdem demereri Francos cupientem, Provinciæ poſſeſſionem ſuo iis decreto confirmaſſe; & ex eo tempore Arelate certamen equeſtre celebraſſe, ac ſolidos aureos ex Gallicanis metallis, non, ut gentes cæteræ, etiam Perſæ, Romani Imperatoris effigie, ſed ſuapte, ſignaſſe.

*Franci obtinent quicquid in Galliis Gothi poſſederant.*

*d* Procop. l. 1. Got. Sig. A. 530.

*e* Procl. l. 3. Goth. p. 30.

Ut ad Chlodovei poſteros revertar; fratribus tribus, eorûmque liberis ſuperſtes Chlotharius Francorum principatum ſolus biennio amplius geſſit. qui poſtremo regni anno *f* Chramnum, quem ex concubina ſuſceperat, contumacem, ac rebellantem ſæpius, cum uxore, ac liberis, injecto in tuguriolum, in quod incluſi erant omnes, igne combuſſit. Vivere poſtea deſiit anno regni 51: ac ſub mortem memoria

*Chlotharius ſolus regnat.*

*f* Gregor. l. 4. c. 13. 16. 17. & 20. Aimo. 2. c. 30. Appen. Marcell.

Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.
a Greg. l. 4. c. 21. Aimo. l. 2. c. 37. Greg. ibid. c. 22.

dignam hanc vocem edidit: *Vah! qualis, putas, rex eſt ille cœleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit!* a Hujus filii quatuor totidem in partes diſtributum Francorum imperium ſortiti ſunt, Chariberto regnum Childeberti, ſedéſque Lutetiæ Pariſiorum obtigit: Gunthramno regnum Chlodomiris; cujus ſedes Aurelianis fuit: Chilperico regnum Chlotarii patris; ſedes apud Sueſſiones: Sigiberto regnum ceſſit Theodorici; cujus caput Remi fuêre.

Procopius Theodeberti mentionem facit in quarto Gothicorum, ejúſque ſororem nupſiſſe ſcribit Hermenigiſclo Varnorum principi; quos à Francis interfluente Rheno dividi aſſerit. ac poſt illius mortem Rhadaſin privignum eam de partis voluntate duxiſſe, cui ſoror regis Angilorum antè deſponſa fuerat. at hanc fraternis inſtructam copiis in Varnos impreſſionem feciſſe; iiſque fuſis, captum Rhadaſin ad ſuum conjugium, noverca repudiata, coëgiſſe.

## *Eccleſiaſtica res utrinſque imperii Juſtiniano rerum potiente, ac de tribus capitulis.*

CAP. VII.
b Tom. Concil. Gallic.

ARauſicana b Synodus 2. in Galliis habita eſt anno 529. Decio Juniore Coſ. cui Cæſarius Arelatenſis præfuit. In ea contra Pelagium, & ejus reliquias Chriſti commendata gratia eſt.

c Liberatus c. 20.
d Marcell. Append.
e Liberatus c. 21.
f Conc. ſub Menna. tom. 2. Con.
*Synodus Conſtantinop. ſub Menna.*

Conſtantinopoli verò, Epiphanio epiſcopo mortuo, c Anthimus Trapezuntinus epiſcopus in ejus locum ſuffectus eſt; id agente Theodora Imperatrice Eutychianis partibus addicta: quarum princeps erat Anthimus. Quem Agapetus Papa d ad Juſtinianum miſſus à Theodato rege Gothorum, e dejectum ex illa ſede, ſacerdotio omni, & Chriſtiana communione privavit, ejúſque loco Mennam conſtituit anno 536. Hic eodem anno Agapeto vita defuncto, f Synodum celebravit 6 Non. Maias: in qua cum Anthimo Severus, aliíque damnati ſunt hæretici qui omnes Juſtiniani edicto relegati: incendio addictis eorum libris.

a Agapeti

*a* Agapeti audita morte, Romæ creatus eſt Silverius Hormiſdæ Papæ filius. At Theodora cum Vigilio Romano Diacono clam pacta de Anthimo reſtituendo, aliíſque fovendis hæreticis, Silverium à Beliſario in exilium mitti, ac pro eo Vigilium fieri Romanum curavit Epiſcopum, *b* anno 538. Biennio poſt Silverio in inſula Palmaria ærumnis & *c* inedia necato, Vigilius legitimis comitiis Pontificatum recepit.

A. 527. Chriſti ad 565.
*a* Libera. 22. Anaſtaſ.
*b* Marcell.
*c* Liber.

Hoc Pontifice celebris illa de tribus Capitulis exorta controverſia eſt; ob quam quinta Conſtantinopoli generalis eſt peracta Synodus. cujus ordinem rei breviter exponam.

*d* Damnato Neſtorio, ejus fautores Theodori Mopſueſtiæ quondam epiſcopi libros in vulgus ſparſerunt, quibus ita naturas in Chriſto duas aſſerebat, ut Neſtoriano errori ſuffragari videretur. De his libris altercati ſunt inter ſe Catholici paullo poſt Epheſinam Synodum: hinc Armenis Monachis Theodorum oppugnantibus, cum aliis pleriſque, & inter hos Rabula Edeſſeno epiſcopo: inde Joanne Antiocheno, aliíſque pro illo ſtantibus, nec non Theodoſio ipſo Imperatore.

*d* Liberatus c. 10. vide Facun. Her.
*Hiſtoria trium Capitulorum, quorum 1. de Theodori Mopſueſtiæ ſcriptis.*

*e* Ad hæc Ibas Edeſſenus Epiſcopus, Rabulæ ſucceſſor epiſtolam ſcripſit ad Marim Perſam, in qua Cyrillum perinde ac Neſtorium redarguit, ut & Rabulam. Theodorum verò magnoperè collaudat. *f* Secutum eſt Calchedonenſe Concilium; in quo Ibas à nonnullis judicio poſtulatus, & in Berytenſi abſolutus Synodo anno 448, denuo eſt receptus, poſtquam Neſtorio, & Eutychi anathema dixit. ac tum lecta illius eſt epiſtola; & eatenus tolerata, quòd hæreticum in ea dogma nullum eſſet. quamvis enim Cyrillum perſtringeret; idipſum tamen recenti adhuc Orientales inter, & Ægyptios diſſidio condonari viſum eſt oportere. In eodem Concilio Theodoretus, qui in Epheſino Latrocinio à Dioſcoro depoſitus erat, in conſeſſum eſt admiſſus. qui quidem flagrante illa, quam dixi, Joannis Antiocheni, & Cyrilli ſimultate, contra hujus Anathematiſmos duodecim aculeatum commentarium ediderat.

*e* Conc. Calched. 2. *de Iba epiſtola.*
*f* Conc. Calch. acta 10. Syno. 5. Collat. 6. Facun. 6. c. 3.
3. *De Theodoreti ſcriptis contra Neſtorium.*

A. 527. Chriſti ad 565.
a Liberatus c. 23.

a Secundùm hæc, Palæſtinis quibuſdam Monachis inſtantibus, unâque cum his Pelagio Romanæ ſedis diacono, & apocriſiario; Origines Juſtiniani decreto damnatus eſt. cui Mennas Conſtantinopolitanus, ac Pelagius ſubſcripſit: tum Vigilius ipſe Romanus Pontifex, ac cæteri Patriarchæ. Quæ res Theodorum Cæſareenſem epiſcopum, Origenis, & Acephalorum patronum, quo cum Pelagius ſimultatem habebat, vehementer offendit. Hic pro ea, qua apud Imperatores valebat, gratia, auctor fuit, ut ad conciliandos cum Catholicis Acephalos Theodorus Mopſueſtenus in Ibæ laudatus epiſtola damnaretur, unà cum epiſtola ipſa, & Theodoreti libris contra Cyrillum. quod cùm Juſtiniano redintegrandæ ſpe concordiæ valde placuiſſet, Catholici complures interceſsêre, rati tribus illis condemnatis labefactari Synodi Calchedonenſis auctoritatem; in qua & Ibas cum epiſtola ſua, ac Theodori commendatione probatus erat; & Theodoretus ſedi ſuæ reſtitutus. Pervicit tamen Imperator, & anno 546 librum edidit, quo tria illa damnavit capitula, eíque Mennam, ac cæteros Patriarchas coëgit ſubſcribere. b Vigilium verò Rom. Pont. excivit Conſtantinopolim, ac diu tergiverſantem in ſuam pertraxit ſententiam. Nam ſequente anno decretum edidit, quod *Iudicatum* dicitur: in quo ſalva Synodi Calchedonenſis reverentia, tria iſta capitula damnavit. Inſtante porrò Juſtiniano, ut abſolutè, ac ſine ulla Synodi mentione damnationem conciperet, Vigilius abnuit, & adversùs minas omnes, & contumelias invicto animo perſtitit.

b Meminit. Proc. l. 3. p. 279.
*Vigilius 3. capitula agrè condemnat.*

c Juſtinianus, ut ei controverſiæ modum poneret, generale Concilium indixit, quod quintum ordine celebratum eſt Conſtantinopoli anno 553, reclamante Vigilio: qui trium Capitulorum patrocinium adversùs Imperatorem reſumpſit. Eadem nihilominus ab quinta Synodo damnata ſunt: d & Origenes inſuper anathemati ſubjectus unà cum Dydimo & Evagrio. Vigilius, quòd illius decreto ſubſcribere nollet, in exilium ejectus eſt. ac

c Quinta Sin. to. 3. Conc.
*Quinta Synodus.*

d Cyril. in S. Sabba apud Sur. 5. Dec.

Digitized by Google

pleriſque alii eâdem ex cauſsâ vexati; *a* præſertim Afri & Illyriciani; qui in trium Capitulorum profeſſione pertinaciùs hæſerunt. *b* Synodus verò Romanæ tandem ſedis aſſenſione firmata ſuum inter Oecumenicas locum obtinuit. Vigilius Narſetis opera revocatus ab exilio, dum Romam revertitur, in Sicilia calculi morbo periit poſt C. Baſilii 13, ait Appendix Marcellini: vel 17, ut habet Victor. quorum ille annus eſt Chriſti 554, hic 558.

A. 527. Chriſti ad 565.
*a* Victor Tun. Facun. Her.
*b* Greg. Papa 1. ep. 24. & in aliis paſſim.
*Mors Vigilii.*

*c* Hunc Pelagius excepit: qui necis allatæ Vigilio ſuſpicionem publico ſuper Evangeliis, & cruce jurejurando diſcuſſit.

*c* Anaſtaſ. Sigeb.

## *Eruditi, ac ſancti viri, quos Iuſtiniani ætas tulit, nec non gentiles, qui doctrina inſignes extiterunt.*

CAP. VIII.

CLaruerunt Juſtiniano rerum potiente, doctrina, morúmque ſanctimonia *d* Caſſiodorus Senator, qui Theodorico rege mortuo Claſſenſis cœnobii monachus factus eſt.

*d* Sigeb. A. 528.

*e* Dionyſius Exiguus Abbas, qui cyclum ſuum anno 526 condidit.

*e* Vide 12. de Doct. Temp. c. 3. & Appen.

*f* Facundus Hermianenſis epiſcopus, propugnator Capitulorum trium.

*f* Facun. in lib. ſuis.

*g* Liberatus Eccleſiæ Carthaginenſis Archidiaconus ex eadem ſecta.

*g* Liber. in Breviar. Tom. 18. Conc.

*h* Victor Capuanus epiſcopus, qui Victorium Cycli annorum 532 conditorem refellit.

*h* Sigeb. Beda.

Victor Tununenſis epiſcopus in Africa Chronici ſcriptor.

Arator poëta, qui Vigilio Papæ librum ſuum dicavit.

*i* Sanctitate celebres extitêre in Galliis epiſcopi; Gildardus Rothomagenſis, & ejus frater Medardus Sueſſionenſis epiſcopi: Agericus Virdunenſis. In Oriente S. Sabbas, in Occidente Benedictus, Abbates. k Hunc certum eſt ſub Juſtino & Juſtinano vixiſſe. mortis annus incertus eſt. *l* Illuſtravit & Gallias ſanctitate mirabili Radegundis, quæ Chlotharii regis nuptiis

*i* Sigeb. A. 535
*S. Benedictus.*
k Greg. 2. Dial.
*l* Greg. Turon. 3. hiſt. c. 7.
*S. Radegundis.*



Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.

Chriſti paupertatem prætulit; eíque in Pictavienſi cœnobio ſeipſam conſecravit.

Eodem Juſtiniano regnante, Procopius, & Agathias; tum Marcellinus Comes, hiſtorici floruerunt. *a* Philoſophi Damaſcius Syrus, Simplicius Cilix, Eulamius Phrix, Priſcianus Lydus, Hermias, & Diogenes Phœnices; Iſidorus Gazæus, gentiles omnes, qui Perſarum & Choſrois exciti fama, ad eos viſendos in Orientem profecti ſunt, ac ſpe ſua decepti: cùm illic publicè privatímque corruptiores, quàm apud ſuos, mores & inſtituta vidiſſent; domum redière. ut ſcribit Agathias: *b* qui & Choſroen falſa commendatione doctrinæ celebrem tunc fuiſſe prodit.

*a* Agath. 2. p. 65.

*b* Ib. p. 62.

## *De Iuſtino juniore, Tiberio, ac Mauricio; & quæ in Orientali imperio ſub illis acciderunt hiſtoriâ dignâ.*

### Ab anno Chriſti 565 ad 600.

CAP. IX. Vide Par. 2. l. 2. c. 14. *c* Evag. 5. Theoph. Zon. Ced. Paul. Dia. l. 16. *Juſtinus junior.* *d* Victor Tunun. *e* Cedr. p. 319.

Vigilantia *c* Juſtiniani ſorore, & Dulciſſimo patre natus Juſtinus, ex Curopalata Imperator coronatus eſt eo, quo Juſtinianus exceſſit, anno 565, unà cum Sophia conjuge, Theodoræ uxoris Juſtiniani *d* nepte. Facili, ac prompto in officia pietatis animo fuit; ſed à bellicis rebus alieno: legum amans, ac juſtitiæ: quam principum impotentia collapſam inſigni ſeveritatis exemplo reſtituit; cujus *e* Cedrenus meminit. & eſt omnino dignum, quod hîc quoque legatur.

*Juſtini factum egregium.*

Cùm ad Juſtinum, quoties è palatio publicè prodiret, de potentiorum injuriis queſtum undique cives accurrerent; ac de ea re ille ſæpe fruſtrà ad Senatum retuliſſet; quidam ex eo ordine conſurgens, recepit ſe, ſi Præfectus Urbis fieret, & adeundi, quoties vellet, Imperatoris copia fieret; pérque eumdem poteſtate ſua liceret uti, citra menſem effecturum, nihil ut injuriarum,

Digitized by Google

ac querelarum in urbe reliquum foret. quòd ſi ulla cujuſpiam extaret, quam ad ſe perlatam ultus ipſe non eſſet, pœna ſe præſtare capitis velle. Conditione accepta paullo pòſt plebeia mulier primarii cujuſdam viri nomen detulit, qui ſe bonis omnibus per fraudem, & calumniam everterat. Is Præfecti juſſu ſecundò citatus, cùm nec ſtitiſſet ſe, & eâdem die ab Imperatore invitatus iiſſet ad convivium; è veſtigiò Præfectus in regiam irrumpens, accumbentem Imperatorem pacti admonet. qui cùm nihil ſe, quo minùs quicquid vellet ex lege faceret, prohibere dixiſſet; extemplo duci hominem imperat; & pro tribunali productum, ac convictum, verberibus affici: tum detonſo capite, vectum aſino, per urbem traduci: ejúſque fortunas omnes addici mulieri. Hoc cum ſimiliter & in aliis inſtituiſſet, tantum ómnibus terrorem fecit, ut ab injuriis deinceps abſtineretur. Tum Imperatorem adiens ille; Ego, inquit, quod promiſeram, effeci: tu ſi lubet periculum facito. Procedente mox Juſtino, cùm quieta latè eſſent omnia, neque quiſquam amplius obſtreperet, multum collaudato homini Patriciam dignitatem, ac Præfecturam Urbanam in omnem vitam contulit. A. 565. Christi ad 600.

Idem pacem cum Avaribus pactam haud tempeſtivè ſatis, annua negata penſione ſolvit anno 566. Perſicam item longè majore reipublicæ damno. *a* Nam bellum honeſta de cauſa ſuſceptum anno 572 imprudenter, ignavéque geſſit.

*b* Anno 574, Indictione 8 jam à Septemb. cœpta, ejúſque die 7, Tiberium Comitem Excubitorum renuntiavit Cæſarem: à quo deinceps adminiſtrata reſpublica eſt. Nam Juſtinus accepta in Oriente clade conſternatus in phrenitin incipit: *c* qua commotus Choſroes petenti Sophiæ triennales conceſſit inducias; ita ut in Armenia tantum interim certarent. Ibi ergo circa annum 576, redintegrato bello, Choſroes à *d* Juſtiniano duce ſuperatus, & caſtris exutus eſt. ac tantum ea clade terroris accepit, ut lege perpetua ſanxerit; ne deinceps contra Romanos exercitum rex ipſe duceret. Eam victoriam

*a* Evag. 5. c. 7. Theoph. Paul. Diac. 16.

*b* Chron. Alex. Theoph. Simoc. 3. c. 11.

*c* Evag. c. 12. *Cum Perſis bellatum.*

*d* Simoc. 3. c. 13. & 14. Evag. 5. c. 14. Theoph. Paul. Dia. 17.



Digitized by Google

A. 565. Christi ad 600.

a Theoph. Paul. Dia.

a nonnulli mortuo Juſtino contigiſſe volunt. ſed eo ſuperſtite, auctore tamen, qui tum gubernabat omnia, Tiberio, partam eſſe ſcribit Simocatta, Evagrius, & Joannes Biclarienſis.

b Chron. Alex. Theoph. Paul. Dia.

*Tiberius Imp.*

Juſtinus ingraveſcente morbo, b Indict. 12, Septemb. 26. die (hic eſt annus 578) Tiberium ex Cæſare creavit Auguſtum: & Octobri ſequente, die 4 exceſſit è vivis, cùm annos 13 uno menſe minus imperaſſet.

c Evag. 5. Theop. Paul. Dia. Zon. Ced.

d Theoph. Ioan. Biclar.

e Chron. Alex. Vita S. Eutychi.

c Tiberius ergo genere Thrax ſolus imperare cœpit anno 578. Quem hiſtorici omnes ab lenitate, juſtitia, munificentia, pietate, cæteriſque Imperatore dignis virtutibus enixè prædicant. Initio imperii, Sophiam occultè ſibi parantem inſidias privatam ad ſortem redegit, d Perſas Romanam pacem ſuperbè reſpuentes duce Mauricio cecidit, & quæ Juſtiniano imperatore ab illis erant occupata, recepit anno imperij quarto. Narſetis theſauros ab eo repertos ſcribit Diaconus. Imperavit poſt obitum Juſtini annos 3, menſeſque circiter 10. Quippe anno 582, e Indict. 15, Auguſti menſis die 14, ex morbo periit: cùm pridie Mauricio Conſtantinam filiam conjugem dediſſet, ac ſucceſſorem ſibi deſignaſſet, coronatis ambobus.

f Evag. 5. c. 19. Simoccatta.

*Mauricius.*

Mauricius f è Cappadocia oriundus oppido Arabiſſo, fit anno Chriſti 582 Romanorum Imperator, virtute ac rei militaris ſcientia commendatus. Sed utrumque decus fœda labes avaritiæ deformavit: quæ & poſtremò in ejus vertit exitium. Bellum cum Perſis Juſtino Imperatore ſuſceptum, per Philippicum ducem, alióſque feliciter adminiſtravit.

g Simoc. 5. c. 6. Theopha. Paul. Dia. lib. 17.

*Choſroes patrem necat.*

g Præcipua Romano duce parta victoria eſt anno 8 Mauricij, Indict. 7, adeóque anno Chriſti 589. Ob quam iratus Hormiſdas Baramo duci muliebrem ſtolam per ludibrium miſit. qui ab illo exercitu defecit. Interim ab Vindoc comprehenſus Hormiſdas, & paullo pòſt à Choſroë filio excæcatus; ac demum, quòd nullum imprecandi finem faceret, fuſtuario necatus eſt. Choſroës ob parricidium inviſus ſuis, ac Baramo in eum inſurgente, ad Mauricium confugit. à quo adoptatus in filium, & Narſetis opera victo Ba-

Digitized by Google

ramo reſtitutus eſt in regnum, Ita Perſico bello anno eodem 589 finis eſt impoſitus;quod viginti annos duraſſe haud ſatis accuratè *a* Simocatta ſcripſit. Cœptum eſt enim anno 572, ac duodevinginti perſeveravit annos. A. 565. Chriſti ad 600. *a* Simoc. 3. c. 9.

Perſico bello ſucceſſit Avaricum, imminente Chagano Avarum rege; cum & Sclavini interim, & Bulgari Romanos laceſſerent. *Avaricum bellum.*

Avarico bello dux Comentiolus *b* ſeditioſorum aliquot millia levius armata juſſu Mauricii barbaris objecit. quibus partim cæſis, partim captis, Chaganus perexigua in captivorum pretium taxatâ pecuniâ, quòd eos redimere Imperator nollet, jugulavit omnes anno Chriſti 600, *c* Indictione 3 Senſit ob tantam immanitatem infenſum ſibi numen eſſe Mauricius. Itaque, ut erat religioſus ac pius, miſſis per monaſteria, ſacraque loca omnia literis, orari Deum juſſit, ut admiſſi illius delicti vivus potius, quàm mortuus, pœnas perſolveret. quod illi ex voto Deus indulſit.

*b* Theop. Paul. Dia. 17. c. 29. Chron. Alex. Zon.
*Mauricij avaritia.*
*c* Theop. Simoc. 8. c. 11.

Annò quippe 602, *d* Indict. 6, Novembri menſe, Phocas quidam centurio, lingua promptus, ob idque vulgo militum acceptus, concitata in Mauricium exercitu, ſalutatus eſt Imperator. ac 27 die menſis ejuſdem, feria 3, Mauricius, trucidatis in conſpectu ejus filiis, ad Calchedonem capite plectitur. Conſtantina verò ejus uxor triennio pòſt, *e* Indictione 8 perimitur, unâque tres ejus filiæ,

*d* Chron. Alex.
*Mauricii miſerandus obitus.*
*e* Chron. Alex.

*f* Non alius Imperator aut acerbiorem fortunam expertus eſt, aut toleravit conſtantiùs. Una vox in tanta ſuorum carnificina illius eſt excepta: *Iuſtus es Domine, & rectum judicium tuum.* Quinetiam unum ex ejus filiis infantem adhuc occultante nutrice, ac ſuum pro illo ad necem objiciente filium,fraudem ultro Mauricius detexit, nec alienum eſt paſſus occidi. Imperavit annos 20, menſes tres, ac dies aliquot.

*f* Simoc. l. 8. c. 11. Theop. Paul. Diac. 17. c. 52. Zon. Ced.

P iiij

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

## *Quæ in Occidente Imperatoribus Juſtino II, Tiberio, ac Mauricio geſta ſunt. Ac primùm Langobardorum in Italia regnum; déque Narſetibus tribus. tum de Exarchis Ravennatibus.*

CAP. X.

Langobardi *a* à prolixa barba nominati, cùm Vvinili antea dicerentur, *b* è Scandinavia, indidem, unde & Gothi, Vandali, Rugi, Heruli, Turcilingi, profecti ſunt. Illic *c* Iborea & Aione ducibus, Coſſ. Auſonio & Olybrio, hoc eſt anno Chriſti 379, devictis Vandalis, varias ſedes occuparunt. ac demum Audoino rege, qui nonus à *d* Paulo numeratur, Pannoniam invaſerunt *e* anno Chriſti 526. Fœdere cum Romanis inito, eorum adjuti opibus, contra Gepidas ſecunda prælia fecerunt anno, ut ſcribit *f* Procopius, belli Gothici 14, & 17, Chriſti 548, & 551. ac viciſſim Romanis & ipſi bello eodem Gothico ſubſidio venerunt. *g* quo tempore Narſes in Italiam miſſus cum Gothis debellavit, occiſo eorum rege Totila, anno, ut ſuprà memoravi, 552. Sed cùm belluarum ritu tota Italia graſſarentur; ac ferro flammíſque cuncta vaſtantes, ſacras ipſas ædes ſtupris polluerent; Narſes eos à ſe quamprimùm dimiſit in Pannoniam. Regnabat tunc Langobardis Audoinus, cujus filius Alboinus primus in Italiam Juſtino II imperante pervenit anno Chriſti 568, Indictione 1. quo anno Paſcha Calendis Aprilis celebratum eſt. Ita *h* Paulus Vvarnefridus. Sequente anno, Indictione 3 ineunte, Liguriam penè omnem, præter maritimas urbes, expugnavit. Mediolanum ingreſſus, Ticinum obſedit triennio toto, quo demum oppido potitus eſt anno 572. ac deinceps reliquam pervagatus Italiam, *i* præter Romam, & Ravennam cuncta propemodum occupavit. k Hic affinitate Chlothario junctus eſt Chlodovei filio; cujus Chlothoſindam filiam in matrimonio habuit. Ea mortua, Roſemundam duxit Cuniemundi Gepidarum

*a* Paulus Vvarnef. l. 1. c. 9.
*b* Id. c. 1.
*c* Proſp.
*d* Paulus Vvarnef. l. 1. c. 22.
*e* Idem l. 2. c. 7.
*f* Procop. p. 307. & p. 360.
*g* Procop. p. 361. Vvarnef. 2. c. 1.
*Langobardorum in Italiam adventus.*
*h* Vvarnef. 2. c. 7. & 25. & Pau. Dia. in Miſc. 16. c. 35.
*i* Vvarnef. 2. c. 26.
*k* Greg. Turon. c. 35. Paul. Vvarnef. l. 1. ſub finem. & l. 2. c. 28.

Digitized by Google

regis, quem ſuapte manu peremerat, filiam, cujus inſidiis occiſus eſt, cum annos tres, & ſex menſes in Italia regnaſſet; ſive ab ejus ingreſſu ſeptimum attigiſſet; ut *a* Gregorius noſter prodidit. Itaque periit anno 572. *b* Roſemunda cum theſauris Alboini, & adultero ſuo Hermige, ad Longinum Exarchum Ravennam fugiens, ejus ſuaſu venenum illi propinavit: cujus hauſta parte, reliquum eam Hermigis ſtricto gladio coëgit bibere. Sic adulteri ambo nefarii parricidii pœnas dederunt.

A. 565. Chriſti ad 600.

*a* Greg. Turon. 4. c. 35.
*b* Vvarnef.

Hujus Langobardicæ irruptionis auctorem fuiſſe Narſetem Patricium ſpadonem, à quo Gothicum in Italia deletum eſt regnum, aſſerit *c* Anaſtaſius, & Vvarnefridus. Cùm enim ab Romanis apud Juſtinum in crimen adductus, Imperatricis Sophiæ contumelioſis literis ad lanarum penſa, ut eunuchum decebat, redire juſſus eſſet, talem ſe illi telam ordiri reſpondit, quam nec ipſa, neque vir ejus unquam retexerent. atque ita Langobardos ad invadendam excivit Italiam. Hæc Vvarnefridus. Quæ ab nonnullis eos refelli putantur, quod Narſes Conſtantinopoli tum degeret, ut Corippus affirmat, quódque idem deinceps in ea urbe reſederit, Imperatoribus longè cariſſimus: donec à Phoca anno 605 vivus concrematus eſt, ut ſcribit Theophanes. Verùm plures ejuſdem nominis hiſtoria temporum illorum exhibet. Juſtiniano quippe Imperatore Narſetes duos fuiſſe meminit *d* Procopius; quorum alter ſpado, & ærarii Quæſtor jam erat anno 4. Juſtiniani, Chriſti 530; à quo Gothorum res everſæ ſunt in Italia, occiſo Totila anno 553, ut ſuprà demonſtravi. *e* atque hic genere fuit Perſarmenus. Alter indidem oriundus, cum fratre Aratio, & matre ſua deſeciт ad Romanos anno eodem 4 Juſtiniani, & à priori Narſete eſt exceptus. Ex his priorem illum anno Chriſti 572 mortuum eſſe narrat Anaſtaſius; poſtquam Langobardos evocavit. De poſterioris obitu non memini legere Corippus de Juſtini 2 Conſulatu agens, ejus armigerum nominat Narſetem, qui, ut ibidem canit.

*c* Anaſtaſ. in Ioan. 3 Vvarnefr. c. 25.
*Narſetis hiſtoria.*

*d* Procop. 1. Perſ. p. 25. & 2. Got. p. 280.
*Narſetes duo iidem.*

*e* Procop. 1. Perſ. p. 25.



Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

*Comptus caſarie, formaque inſignis, & ore, Aureus omnis erat.*

Non poteſt hic eſſe ſpado ille; qui tum vetulus erat, & deformis. Sed nec Aratii poſterior ille germanus; niſi tunc, cùm ad Romanos tranſiit, penè fuiſſe puerum velimus. Hujus ergo filium fuiſſe haud abſurda ſuſpicio eſt, ad quem *a* S. Gregorius epiſtolam dedit: niſi mavis ad ipſum hujus pertinere patrem. Eumdemq; porrò Narſetem poſterioris filium arbitror à Phoca vivum eſſe combuſtum. quem qui putant eunuchum illum longè celeberrimum fuiſſe, vehementer errant. ut inter alios Conſtantinus Manaſſes.

*a* Greg. l. 1. ep. 6

Ut ad Langobardos redeam, hi paullatim Italiam obtinuerunt, Roma, uti dictum eſt, Ravennâque exceptis: ab iiſque tractum Langobardiæ nomen penes amplam Italiæ provinciam hodiéque reſidet. Regnatum ab illis eſt annis 206. *b* Poſtremus enim rex Deſiderius à Carolo Magno Francorum rege victus anno 773, & incluſus Ticino, ſequenti anno, urbe capta, in Gallias eſt abductus. Ejus filius Adalgiſus Conſtantinopolim fugit. ubi à Conſtantino Copronymo Patriciatus honorem eſt adeptus. quod annales noſtri teſtantur: nec non Paulus Vvarnefridus.

*b* Paulus Vvarnef. l. 6. c. ult.

*Exarchi Ravenn.*

Eodem porro tempore, quo Langobardi in Italia dominabantur, Ravennam Exarchi tenuerunt. Græci erant Præfecti, qui Conſtantinopoli ab Imperatore mitti conſueverant: & utcumque Langobardis reſiſtentes, reliquias illic imperii tutabantur. ſed per impotentiam, & avaritiam majora, quàm hoſtes ipſi, damna ſuis afferebant.

Ergo ſub annum 568 *c* Longinus Patricius primus Ravennæ Exarchus mittitur, amoto Narſete, Juſtino imperante Juniore. Poſtremus Eutychius fuit, ſub quo Aiſtulphus Langobardorum rex Ravennam armis occupavit *d* circa annum 752. Hac ratione annos circiter 185 Exarchi Græci Ravennæ præfuerunt.

*c* Rubeus l. 3. & 4. Vvarnef. l. 2. c. 29.

Rubeus l. 4. *d* p. 221.

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

## *Quæ in Francia, & Hiſpania interim geſta ab anno circiter 565 ad 600. ubi de Chlotharii filiis 4. Chariberto, Chilperico, Sigeberto, Guntramno, ac Sigeberti poſteris. tum de Leuvigildo Hiſpaniæ rege, Hermenigildo, ac Ricaredo.*

CAP. XI.

CHlotharii filiis quatuor totidem in partes diviſa Gallia parebat: uti *a* ſuprà memoravimus. Horum peſſimi fuêre Charibertus, & Chilpericus: in quibus præter libidinum impunitatem, ac licentiam, regium nihil agnoſceres. *b* Horum ut indecora conjugia exemplo ſuo reprehenderet, Athanagildi Vviſegothorum in Hiſpania regis affinitatem Sigebertus expetiit, ducta Brunechilde illius filia. *c* quem Chilpericus imitatus, ſororem ejus Gaſuntham paullo pòſt aſcivit, Fredegunde rejecta pellice. cujus deinde blanditiis irretitus, innocentem feminam vita privavit; ejúſque loco pellicem accepit. Ob id regno pulſum à fratribus fuiſſe Gregorius narrat, quod tamen ſubinde recepit.

Has amborum fratrum nuptias Chronicon Sigeberti in annum rejicere videtur 569. Verùm Athanagildus, quo auctore ambæ iſtæ nupſerunt, ut ait Gregorius, ante annum illum obiit, *d* videlicet Juſtini 2, adeóque anno Chriſti 567, quo Liuba ſucceſſit.

*Charibertus excommunicatus, & moritur.*

Charibertus ob legitimam repudiatam conjugem Ingobertam, ac Meroſledis, ejúſque deinceps ſororis iterata conjugia, à S. Germano Pariſiorum epiſcopo ſacris interdictus apud Blaviam in Santonibus obiit *e* regni anno nono; proinde Chriſti circirer 570. *f* cujus regnum fratres ejus inter ſe partiti ſunt.

Chilpericus ac Sigebertus perpetui invicem hoſtes frequentiora ſecum, quàm cum exteris bella geſſerunt. *g* Hic dum Hunnos armis perſequitur, Chilpericus abſentis aliquot invadit

*a* Vide Par. 2. l. 4. c. 15. à cap. 6.
*b* Greg. 4. c. 25. Aimo. 3. c. 4.
*c* Greg. l. 4. c. 28. Aimo. 3. c. 5.
*d* Ioan. Biclar. Iſidor. in Chron
*e* Sigeb. in Chron.
*f* Greg. 4. c. 26. Aimo. 3. c. 2.
*g* Greg. 4. c. 23.

A. 565. Chriſti ad 600.

urbes. Neque tamen hac diu victoria gavisus eſt. Reverſus enim Sigebertus, Sueſſionum oppidum, ínque eo Theodebertum Chilperici ex Audovera filium capit: quem, exacto prius jurejurando, ne contra ſe deinceps arma caperet, vertente anno remiſit. *a* Id paullo ante Brunichildis nuptias evenit.

*a* Greg. Sigeb. & Aimo.

Civile alterum bellum poſt Chariberti mortem à Chilperico eſt ortum. *b* qui Turonos, Pictavóſque, quos ex fraterni partitione regni Sigebertus ſortito ceperat, hoſtiliter invaſit. ſed Sigebertus, conjunctis cum Guntramno viribus per Eunium cognomento Mummolum fortiſſimum ea tempeſtate ducem cuncta recuperavit, ſub annum, quo Charibertus obiit, Chriſti 570. Quinto poſt anno, poſt Alboini cædem, ut *c* Vvarnefridus ſignificat, Chriſti 574, vel ſequenti *d* Langobardorum reguli aliquot ex decem illis, qui Alboini ſucceſſerunt, in Gallias eruperunt, & Burgundiones cædibus, ac populationibus infeſtarunt. Sed eos Mummolus ad Ebredunum concidit. nec multo poſtea *e* Saxones, qui ſe Langobardis adjunxerant, non minori ſtrage compreſſit.

*b* Greg. 4. c. 40.

*c* Lib. 2. c. 32. & l. 35. c. 1.

*d* Greg. 4. c. 36. & ſeq. Vvarnef. l. 3. c. 16. & ſeq.

*e* Aimo. 5. c. 7. Vvarnef. l. 3. c. 5.

*f* Tertium civile bellum movit idem Chilpericus, occupatis hoſtilitérque vaſtatis per Theodebertum filium Turonis, Pictavis, Lemovicinis, Cadurcinis, aliíſque Sigeberti provinciis. Quibus ille permotus, Trans-rhenanis ad auxilium excitis populis, Chilpericum Guntramni licèt auxilio fretum ira perterruit, pacem, ut ultro reſtitutis omnibus peteret. Sed ea poſt annum unum ab eodem rupta Chilperico eſt; qui in belli ſocietatem Guntramnum iterum adduxit. Verum eo facilè reconciliato, Sigebertus Chilpericum fugavit; omnibúſque latè Pariſios, ac Rothomagum uſque redactis in poteſtatem, à Francis ſolemni ritu impoſitus clypeo, rex Chilperici in locum acclamatus eſt. Hinc ad Tornacum in Nerviis obſidendum præmiſſis copiis, qua ſe urbe Chilpericus cum uxore, liberíſque ſepſerat; à ſicariis duobus, quos Fredegundis ſubmiſerat, tinctis veneno cultris confoſſus eſt, *g* anno regni 14, ætatis 40, Chriſti 575. Erat

*f* Greg. 4. c. 42. & ſeq. Aimo. 3. c. 14.

Sigeberti nex.

*g* Greg. fine l. 4.

tum Lutetiæ Brunechildis; cujus filius Childebertus *a* quinquennis puer à Gundobaldo duce furtim paternum ad Auſtraſiæ regnum abducitur. Brunechildis omnibus à Chilperico ſpoliata Rothomagum relegatur. *b* Cujus captus amore Meroveus Chilperici filius eam patre inſcio ducit uxorem. ac poſtremò miſſus ad illum comprehendendum militibus, ne in patris poteſtatem veniret, cuidam familiari ſuo trucidandum ſe præbuit anno Chriſti 577, ut ex annis Childeberti conſtat *c* à Gregorio numeratis: necnon è Paſchate, *d* quod anno iſto celebratum ait in Galliis 14. Cal. Maias: in Hiſpania 12. Cal. Apr.

A. 565. Chriſti ad 600.
*a* Greg. 5. c. 1.
*b* Greg. 5. c. 2. 14. 19 Aimo. 3. c. 14. & 15.
*c* Greg. 5. c. 6. & 26.
*d* Cap. 17.

Interim Childebertus ſub matris tutela Brunechildis in Auſtraſia regnabat: qui cum patruis identidem bella ſuſcepit. *e* Chilpericus cùm natum ſibi è Fredegunde Chlotharium vidiſſet, quarto pòſt menſe ſub noctem à ſicariis è venatione rediens occiditur anno Chriſti 584. nempe nono Childeberti anno, ut *f* Gregorius narrat. cujus hodiéque ſepulchrum in Baſilica S. Vincentii ad Urbem cernitur. *g* Dicitur ea cædes ab Landerico Fredegundis adultero ejus eſſe conſilio facta: quod Gregorius tacuit. *h* qui hoc unum ſcribit, illam à Childeberto poſtulatam ad cauſſam dicendam fuiſſe, & quò minus id fieret, interceſſiſſe Guntramnum. *i* Hunc verò accitum à Fredegunde Luteriam, Chariberti, & Chilperici regna cepiſſe. Tutelam quippe Clotharii II, Chilperici filii ſuſcepit. qui eodem, quo pater interfectus eſt, anno natus, k Rex ætatis quarto menſe renuntiatur.

*Childebertus Sigeberti filius.*
*e* Greg. 6. c. 40.
*f* Greg. 6. c. 33.
*g* Aimo. 3. c. 56.
*h* Greg. 7. c. 6.
*i* Idem 7. c. 16.
k Idem l. 7. c. 7.

Secundùm hæc *l* Childebertus contra Langobardos auctoratus à Mauricio, metu illos ad deditionem impulit. Sed cùm anno *m* regni ſui 13 rurſus in eos miſiſſet exercitum, penè univerſus profligatus eſt. *n* Nihilo ſecundiore contra Gothos uſus eſt fortuna Guntramnus, qui in Septimaniam, quæ tum Gothicæ ditionis erat, copias miſit. Eæ, quacumque iter habuerunt, ſacra profanáque omnia hoſtili more populatæ, ſcelus hoc magnis ſuis cladibus expiarunt *o* anno Childeberti 10, Chriſti 586.

*l* Idem 6. c. 42. Vvarneſ. 3. c. 16
*m* Greg. 9. c. 25. & 26. Vvarneſ. l. 3. c. 28.
*n* Greg. 8. c. 30.
*o* Patet ex Greg. l. 7. c. 24. & 8. c. 38.

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.
a Greg. 9. c. 31. Ioan. Biclar. Iſid. Chron.

a Tum anno pòſt quarto, Chriſti 589, tentata iterum Septimania, Guntramni exercitus majori ſtrage conciſus eſt. Dux erat Gothorum Claudius; quem cum trecentis haud amplius viris ſexaginta Francorum fudiſſe millia, auctor eſt Joannes Biclarienſis. quod non eſt ſimile vero.

b Fredeg. in Chro. c. 14. Aimo. 3. c. 81.
c Martyr. Rom.
d Aimo. 3. c. 82.

b Guntramnus anno Chriſti 593, vel 594 moritur 5. Cal. Apr. illuſtri pietatis, ac virtutum cæterarum relicta memoria: quæ c Eccleſiaſticis commendata tabulis, 28 Martii quotannis repetitur. Ejus regnum ad Childebertum pervenit. Hic adversùs Clotharium, ejúſque matrem Fredegundem, veteres perſecutus inimicitias validum inſtruxit exercitum. d Fredegundis ſupra muliebrem indolem audax femina, regem, quem in ulnis geſtabat, oſtentans Chlotharium, tantum illis fecit animorum, ut ex improviſo impetu in hoſtes facto, ingenti eorum cæde victoriam pepererint. Erat tum Chlotharius annos natus ſaltem novem, ut qui anno Chriſti ſit ortus 584, ut ſuprà docuimus.

e Aimo. 3. c. 84. Fredeg. c. 16.
f Aimo. 3. c. 86. Fredeg. c. 17.

e Childebertus anno quarto ab Guntramni obitu Chriſti 596, cum uxore veneno tollitur. cui Theodebertus ac Theodoricus ejus filii ſucceſſere, ſub Brunechildis aviæ tutela. f Fredegundis verò, Lutetia capta, cum finitimis aliis oppidis, amborum fratrum in Clotharii filii perniciem conjunctos fudit exercitus; ac ſequenti anno vita functa ad urbem Lutetiam in S. Vincentii æde ſepelitur.

g Fredeg. c. 20. Aimo. 3. c. 87.

g Childeberti filii, inſtigante avia, Clotharium oppugnant; & acie victum maximâ parte regni cogunt cedere.

h Ioan Biclar. Iſid. Roder. Toler. 3. c. 14.
*Leovigildus.*
i Ioan. Vaſeus in Chron.

At in Hiſpania Leovigildus à Liuba patre in regni conſortium acceptus h anno Juſtini tertio, Chriſti 568 Goſvintham Athanagildi conjugem duxit. cùm jam ex Theodoſia Severiani ducis Carthaginenſis filia, i SS. Leandri & Iſidori ſorore, liberos haberet duos, Hermenigildum, & Ricaredum. Atque is Gothorum in Hiſpania res plurimùm virtute bellica, & victoriis amplificavit. Sed Ariano imbutus veneno Ca-

Digitized by Google

tholicos crudeliter inſecutus eſt: adeo ut Hermenigildum eam ob cauſſam morte damnaverit. Huic *a* Ingundis Sigeberti Metenſium Regis filia nupſerat: cujus hortatu Catholica pietate Arianam mutavit hæreſim: ac patris offenſionem, inſidiáſque veritus, ab eo defecit; & ab Romanis ſubſidium petiit; atque ad Tiberium Imperatorem legatum miſit S. Leandrum. Sed cunctantibus illis, Leovigildus interim Hermenigildum bello perſecutus in poteſtatem redegit, ac Valentiam relegavit *b* anno 2 Mauricii Imperatoris, Chriſti 584. & ſequente anno, ipſa nocte Paſchatis, quod Aprilis 15 anno 585 contigit, cum Arianis communicare detrectantem vita privavit. Cujus mortem plurimis illuſtratam miraculis *c* Gregorius Papa teſtatur. Martyrii porrò neque Biclarienſis, neque Turonenſis Gregorius meminêre.

A. 565. Chriſti ad 600.

*a* Greg. Turon. 5 c. 39. & l. 8. c. 28.

*Hermenigildus a patre necatur.*

*b* Ioan Biclar. Greg. Tur. 8 c. 28. Vvarnefr. 3. de geſt. Lang. c. 21.

*c* Greg. P. 3. Dial. c. 31.

Leovigildus *d* quarto Mauricii anno, Chriſti 585, Toleti moritur; ejúſque loco regnavit Ricaredus. *e* cui moriens mandaſſe pater dicitur, Catholicam ut fidem amplecteretur. quod ſtatim, auctore Leandro, tanto ardore perfecit, ut regnum omne paullatim ad Eccleſiæ Catholicæ communionem adjunxerit. Idem bello inclytus Gothorum firmavit atque auxit imperium. Pace ab Rege Guntramno fruſtra petita, illatum ab eo bellum fortiter repulit, uti ſuprà demonſtravimus.

*d* Biclar. Iſid. in Chron.

*e* Turon. 8. c 46 *Ricaredi pietas.*

## *Eccleſiaſticarum rerum præcipua quæque, tum illuſtres aliquot ſanctitate doctrináque viri ab anno 565 ad 600.*

CAPVT. XII.

Ultimo Juſtiniani anno, Chriſti 565, *f* Eutychius Conſtantinopolitanus Epiſcopus vir ſanctus, quòd Imperatoris damnaret hæreſin, ſede ſua ejectus eſt Januarii 22, & Amaſeam deportatus, ac poſt annos 13 à Juſtino reſtitutus, Octobris 3, *g* Indict. 11, Chriſti 577, Tiberii extremo anno moritur, Chriſti 582. Hic ille eſt Eutychius, quem de reſurrectione haud

*f* Euſt. in ejus vita apud Sur. Apr. 6.

*S. Eutychius.*

*g* Theoph. Cedren.

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

rectè ſentientem *a* dedocuit Gregorius Pelagii tum Pontificis Apocriſiarius, *b* Pontifex & ipſe pòſt factus anno 590. Qui cùm illam dignitatem quibus poterat rationibus incaſſum vitaſſet, tantas in ea res geſſit, ut meritò Magni cognomen tributum illi fuerit.

*a* Ioan. Diac. in vita Greg.
*b* Greg. Turon. l. 10. c. 1.

*c* In Galliis Sagittarius & Salonius, ille Ebredunenſis, hic Vapingenſis Epiſcopi, ob ſcelera ſua; tum quòd armati militum more prœliarentur; in Lugdunenſi 2 ſynodo Epiſcopatus honore privati ſunt *d* anno Guntramni 6, qui eſt Chriſti 567. ſed ad Joannem provocantes, ejus juſſu reſtituti: ad extremum, quod in flagitiis perſeverarent, in Cabillonenſi Concilio rurſus omni dignitate ſpoliati ſunt, anno, ut ait *e* Gregorius, Childeberti quarto, Guntramni, & Chilperici 18. qui fuit Chriſti 579.

*c* Greg. Turon. 5. c. 21. *Sagittarius & Salonius.*
*d* Conc. Lugd. 2. Tom. 1. Conc. Gall. p. 325.
*e* Greg. Turon. 5. c. 28.

Auguſtoriti Pictonum obiit *f* S. Radegundis 14 Auguſti, feria 4 ut ejus acta nos docent, anno Chriſti 587 *g* nempe 12 Childeberti. Cujùs in monaſterio nonnullæ ſtirpe regiâ ortæ virgines erant: quæ poſt illius obitum adversùs cœnobii præſidem Leuboveram datæ ſuperbia, primùm ab ea diſceſſerunt, tum immiſſis in monaſterium ſatellitibus, ac direptis omnibus, Leuboveram inde per vim abſtraxerunt. Tandem Childeberti juſſu in Pictavis Epiſcoporum collecto Concilio, à communione rejectæ ſunt; & Leubovera priſtinum in locum reſtituta. *h* Id anno 14 Childeberti, Chriſti 589 cœptum, ſequente terminatum videtur.

*f* Greg. Tur. 9. c. 2.
*g* Greg. 8. c. 43. *Turbæ in S. Radegundis monaſterio.*
*h* Patet ex Greg. 9. c. 26. 39. & ſeq. & l. 10. c. 15. & 16.

In Britania inſula, Chriſtiana religio multùm propagata eſt Columbani viri ſanctiſſimi labore ac ſtudio: qui profectus ex Hibernia Septentrionales Pictos ad eam tranſtulit *i* anno 585. Anglo-ſaxones verò, qui Auſtralem inſulæ partem olim occuparant, S. Gregorius Pontifex Romanus *k* eandem convertit ad fidem, miſſo illuc Auguſtino, aliiſque monachis anno Mauricii 14. Chriſti 596.

*D. Columbanus.*
*i* Beda l. 3. Hiſt. Angl. c. 4.
*k* Beda l 1. c. 13. & ſeq. Ioan. Diac. in vita S. Greg. l. 2. c. 34. Greg. Papa Ep. 5. Ep. 52. & ſeq.

Præter hos eximiè ſancti ætate illâ floruerunt, Gregorius alter in Gallia Turonenſis Epiſcopus, Germanus Pariſienſis: *l* qui anno primo Childeberti, Chriſti 576 obiit; *m* Salvius Albigenſis

*l* Greg. Turon. l. 5. c. 6. & 8.
*m* Greg. l. 7. 1.

eodem quo Chilpericus anno mortuus, Chriſti 584. *a* Domnolus Cenomanenſis. *b* Sulpitius Bituricenſis. Hi omnes Epiſcopi fuerunt. Præter hos eaſdem illuſtravêre Gallias Hoſpitius Nicææ *c* incluſam vitam agens Eparchius Ingoliſmæ pari inſtituto vitæ mirabilis; aliíque complures. A. 565. Chriſti ad 600. *a* Greg. c. 9. *b* Id. l. 6. c. 39. *c* Id. c. 6.

In Oriente *d* S. Anaſtaſius Sinaita Antiochenus Epiſcopus; *e* Eulogius Alexandrinus, ambo Gregorio magno familiares. In Hiſpaniis Leander Hiſpalenſis Epiſcopus. *f* S. Martinus Gallecienſis; qui anno 580 obiit, cum 30 annos ſedem illam tenuiſſet, indidem unde & magnus ille Turonenſis antiſtes, è Pannonia ſcilicet oriundus, doctrináque præſtans. *d* Evagr. 5. c. 5. *e* Niceph. Chron. *f* Greg. 5. c. 38.

## *De rebus Orientalis imperij ab anno 600 ad 641, ſub Imperatoribus Phoca, & Heraclio: déque Muhammede Arabum ſectæ conditore; & Monotheliтarum origine.*

CAP. XIII. *Phocas.*

PHocas occiſo Mauricio eâdem, qua ſibi quæſierat, immanitate adminiſtravit imperium annis ferè octo. Cœpit enim Chriſti 602, *g* Indictione 6, Novembris die 23, feria 6. qua illum Cyriacus Patriarcha coronavit: & ab Heraclio captus, interfectúſque anno 610, Indictione 14. *g* Chron. Alex. Theopha. Paul. Diac. l. 17. Zon. Cedren.

*h* Eo regnante Choſroës Perſarum Rex, tanquam Mauricij necem, quo cum magnis ejus in ſe meritis pacem fecerat, in auctores vindicaret; Romanos populatus eſt fines; ac torrentis inſtar cuncta rapiens, Calchedonem uſque in Bithyniam pervaſit. cum Phocas interea rerum omnium ſecurus, ac domi ſedens obſcenis ſe libidinibus, ac principum cruore ſatiaret. Hoc cum ferre diutius non poſſet, *i* Heraclius Heraclij F. Præfectus Africæ, anno, uti diximus, 610, Octobri menſe, inde ſolvens, Conſtantinopolim obtinet, comprehenſóque Phoca, de eo ſupplicium ſumit. Graſſabatur inter hæc Perſicum illud in- *h* Iidem Auctores. *i* Vide Auctores eodem, & l. 4. part 2. c. 24. Niceph. Breviar. & Notas ad idem. *Heraclius, & Perſarum irruptio.*

Digitized by Google

A. 600. Chriſti ad 641.

cendium, quod Orientem, Aſiámque momento corripuit. *a* Anno porro 614, menſe Junio, Indictione 2, capta ſunt à Perſis Hieroſolyma; & Clericis, monachíſque ſexus utriuſque mactatis pluribus, veneranda Crux in Perſidem aſportata eſt. Sequenti anno 615, Saës Choſrois dux Calchedonem obſedit; hoc eſt, Καλχηδόνα, non Καρχηδόνα, ut perperam Cedrenes habet; & *b* Paulus Diaconus, qui Carthaginem vertit. Inde propagatus in Annales error eſt, Choſroën Carthaginem uſque penetraſſe. quod ſecus habuit. Nunquam enim Africam Perſæ tenuerunt. Eodem anno Ægypto, Alexandria, Libyâque potiti ſunt Perſæ. *c* Quibus perculſus calamitatibus Heraclius, pacem ſupplex à Choſroë petiit, at ille conditionem nullam fore pacis, ſuperbè reſpondit; niſi crucifixum abnegarent Deum, ac Solem adorarent.

*a* Chron. Alex. Theoph.

*b* Paul. Diac. l. 18. c. 6.

*c* Theoph. Paul. Diac. l. 18.

Quinetiam, ut ne mali ſpecies abeſſet ulla, per idem tempus Avares in Thraciam impreſſionem fecerunt. Quibus ægrè placatis, totus in Perſicum bellum incubuit, cujus, aſpirante numine, voto potior omni ſucceſſus extitit. *d* Tranſportatis anno Chriſti 621 in Aſiam copiis, cum Choſrois ducibus ſæpius acie dimicavit: ac magnis eorum deletis exercitibus, in Perſidem irrupit anno 627. Choſroes deſperatis omnibus, in fuga Merdaſen juniorem filium ſucceſſorem ſibi deſtinat. Quod ægrè ferens Siroës major natu cum Perſarum primoribus in patrem conſpirans, eum ludibrio prius habitum, & jugulatos coram filios omnes coactum cernere, ſagittis objici juſſit. Pacem extemplo cum Heraclio pepigit; captivis liberatis, ac redditis, quæ Romanis erant ademptæ, provinciis omnibus nec non ſacroſanctâ cruce reſtitutâ, anno Chriſti 628, quam in ſequenti vere Hieroſolymam Heraclius ſumma veneratione tranſtulit.

*d* Niceph. Brev. Theoph. Paul. Diac. Zon. Cedre.

*Choſrois clades & mors.*

*e* Hoc imperante Muhammedes Arabum princeps exitialem condidit ſectam; quam & armis longiùs extendit. Hic de camelorum paſtore locupletis heræ conjux factus in Palæſtinam abiit: ubi, cum Chriſtianis, Judeíſque colloquens, adjutore Sergio monacho, qui ob hæ-

*e* Theoph. Paul. Diac. Zon. Ced. &c.

*Mahometis tempus.*

reſin ejectus ab Eccleſia fuerat, ex omnium colluvione ſectarum novum illud fabricatus eſt monſtrum: cui ſtolido mendacio auctoritatem addidit. Cùm enim à dæmone, & comitiali morbo jactatus identidem corrueret, mœrenti ob id uxori perſuaſit, Gabrielis ſe Angeli conſpectu, & alloquio conſternatum ſic affici. Id confirmante Sergio, mulierculæ operâ latius diſſipatum, ac vulgò creditum eſt. Scribit Theophanes decem annis occultam hæreſin illum habuiſſe: ac novemdecim poſteà vi ferróque propagatam aſſerviſſe. *a* Illud conſtat, anno Chriſti 622, Julij die 16, feria 6, fugam eum arripuiſſe, cum ob erroris novitatem de vita periclitaretur. Ab hac fuga, quam *Hegyram* vocant Arabes, id eſt *διωξιν* · *perſecutionem*, nova illorum epocha proficiſcitur. A. 600. Chriſti ad 641. *a* Par. 2. L. 1. c. 14.

Hic anno Chriſti 628 ex Æthribo Felicis Arabiæ regione cum Saracenis ſuis ad Heraclium accedens, agrum impetravit ad habitandum. ac poſteà *b* anno 631 obiit. Quo ex tempore ſucceſſores illius Saraceni paullatim Palæſtinam, Syriam, Ægyptum, Heraclio regnante, ſibi ſubjecerunt. Quin & Perſidem anno 640, fugato Rege Hormiſda, ceperunt. *b* Theoph. Miſcel. 18. c. 58.

Tot imperij calamitatibus originem Heraclius dedit, provocatâ in ſe numinis ira, dum Monothelitarum hæreſim temerè ſuſceptam pertinacius tuetur. *c* Ea ſumpſit initium anno Chriſti 630; quo, cum Hierapoli eſſet Heraclius, ab Athanaſio Jacobitarum Patriarcha interrogatus, duæne eſſent in Chriſto voluntates, & actiones, an una tantum; ab hoc eodem, & Sergio Contantinopolitano, & Cyro Alexandrino Epiſcopis unicam profiteri didicit. *d* quam & edicto, ſive, ut appellant, *ecthesi*, publicè propoſuit anno 639. *e* Moritur demum Heraclius Martij 11 die, anno ætatis 66, cum imperaſſet annos 20, menſes 4, dies 6, Chriſti 641, ex aqua intercute, aliiſque morbis, quibus inceſtas cum Martina fratris filia nuptias luiſſe creditur. *c* Theop. Diaco. *Monothelitarum origo.* *d* Synod. Later. ſub Mart. Secret. 1. & 3. *e* Niceph. Brev. p. 83. Theop. Diac. Zona. Cedren.

Digitized by Google

A. 600. Chriſti ad 641.

## *De rebus Occidentalis imperij per idem tempus, ac præcipuè Francicis, tum de viris illuſtribus.*

CAP. XIV.

*a* Fredeg. in App. c. 20. Aimo. 3. c. 87. *b* Fred. c. 26. *Error Fredegarij.*

IN Galliis Childeberti filij duo, Theodebertus, ac Theodoricus, avia id agente Brunichilde, ſecum invicem, & cum Chlothario perpetuâ regnavêre diſcordiâ. Victus ab iis primum eſt Chlotharius *a* anno à Childeberti patris obitu 5, qui eſt Chriſti 600. tum rurſus *b* poſt annos 4, à Theodorico ſuperatur; cum adverſus hunc Chlotharij præeſſet exercitui Merovæus ejus filius; ut ait Fredegarius. quod abſurdum videtur. nam Chlotharius anno Chriſti natus eſt 584. Itaque anno 604 viceſimum ad ſummum ætatis exceſſerat.

*c* Fred. c. 38. *d* Aimo. 3. c. 98. *e* Frede. 40. & 41. *f* Sigeb. *Clothariu Brunichildem necat.*

Poſt iidem inter ſe fratres mutuis exarsêre odiis. Theodebertus à fratre prælio victus *c* anno regni eorum 17, Chriſti 612, *d* apud Coloniam à ſuis interimitur. Theodoricus ſequente moritur anno, ſpuriis 5 relictis filiis; quod legitima uxore caruiſſet, id avia moliente, quo nepotem magis ſibi haberet obnoxium. *e* Quæ ſubinde flagitiorum, ob quæ Francis erat inviſa, pœnas Chlothario dedit. *f* qui eodem Chriſti anno 613 toto Francorum regno potitus, Brunichildem in camelo circumductam indomitis equis illigavit, ac diſcerpſit. Quietæ poſthæc, & florentes hoc, & Dagoberto Rege ejus filio res Francorum fuêre.

*g* Fredeg. *h* Aimo. 4. c. 8.

*g* quem anno 622 in regni conſortium adſcitum Auſtraſiæ præfecit. *h* Eundem bello contra Saxones malè ab iis acceptum, & capite ſauciatum magna ſtrage hoſtium eſt ultus: cum quidem eorum neminem qui ſuo gladio major eſſet, ſuperſtitem reliquit.

*i* Fred. c. 56. & ſeq. *Dagobertus.* Vide Par. 2. l. 4. c. 16.

*i* Moritur Chlotharius anno 628, principatus 45; cujus regnum Dagobertus in ſolidum accepit; fruſtrà obnitente Chariberto fratre, ex Sichilde poſteriori conjuge ſuſcepto: cum Berthrude natus eſſet Dagobertus. qui fratris demum miſertus, maximam ei partem Aquitaniæ conceſſit. Atque hic Toloſæ regni ſede conſtitu-

Digitized by Google

ta, totam ſibi Vaſconiam ſubjecit. Dagobertus S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi; tum Pipini Auſtraſii uſus conſiliis, ſummâ regnum æquitate ac prudentiâ gubernavit. *a* Poſt illuxum reſolutus, uxores tres, prætérque concubinas plures eodem habuiſſe tempore dicitur. Prolixus tamen in egenos, & pietati deditus fuit. S. Dionyſium Pariſiorum Epiſcopum præcipuè veneratus eſt: cui templum haud procul Urbe condidit; quod aliorum locupletavit ſpoliis. *b* Judæos quoque, hortatu Imperatoris Heraclii Chriſtiana ſacra coëgit ſuſcipere. quod ipſum & Heraclius in Oriente fecerat.

A. 600. Chriſt ad 641.

*a* Frede. 60.

*b* Frede. 65.

Phocâ regnante *c* S. Greg. Papa mortuus eſt anno Chriſti 604, Inditione 7. Heraclio verò Imperatore S. Joannes Alexandrinus antiſtes cognomento Eleemon floruit. cujus in annis conſtituendis magna labes eſt Annalium, *d* quam alibi correximus. Illud certum eſt, Perſas anno 6. Heraclii, Chriſti 616 Alexandriam cepiſſe. Unde ſi ab Heraclio factus eſt Epiſcopus, citra ſextum dignitatis annum extinctus ſit, oportet. *e* Anaſtaſius Perſa Monachus, & Martyr circa annum 622, Heraclii 12, pro Chriſto paſſus eſt.

*c* Ioan. Diac. in vita Greg. *S. Ioannes Eleemon.*

*d* In Notis ad Niceph. Brev. & 11. de Doct. Temp. c. 49.

*e* Vide eadem loca.

Æqualis horum fuit *f* S. Antiochus monachus, & Abbas Lauræ S. Sabbæ, qui cladem Hieroſolymæ, ac Perſicum illum turbinem lugubri ſtilo proſequitur in Homilia 107, & in Exomologeſi. Idémque luctuoſum cujuſdam monachi deſcribit exitum. qui poſt annos complures in ſolitudine per omnia virtutum decora tranſactos, diabolus per viſum objecit hinc Apoſtolos, Martyres, Chriſtianóſque omnes luridos, ac turpi ſqualentíque habitu: inde Moſem cum Prophetis, Judæorúmque turba, nitidos & ſplendentes, eóque perpulit, ut Chriſtiana religione damnata, Judæum ſe faceret, ac circunciſus uxorem duceret. Quo in ſcelere triennio antequam iſta ſcriberet, verminante toto corpore, peſſimo ſuo fato conſumptum illum refert Homilia 84.

*f* To. 1. Bibl. PP. Græco-lat.

In Galliis præclarum ſanctimoniæ nomen adepti ſunt *g* S. Amandus Trajectenſis Epiſco-

*g* Sigeb.

A. 600. Chriſti ad 641.
a Sig. anno 625.
b Sig. ſtylo.

pus ſub Dagoberto Rege: a S. Arnulphus Metenſis, Arnoldi filius, Ansberti nepos; cui Blithildis Chlotharii primi filia nupſerat: Auſtregiſillus Bituricenſis: Lupus Senonenſis Epiſcopi. b Præterea S. Bavo ex prædone converſus ab Amando. Columbanus item à Brunichilde plurimùm vexatus ſub Chlothario vixit; ejúſque diſcipulus S. Gallus. In Hiſpania S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.



Digitized by Google

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ

## LIBER OCTAVUS.

### Tempora continens ab anno Chriſti 641. ad 1200.

### *Orientalis imperii res ſub Heraclii poſteris ab anno 641 ad 685. de ſexta Synodo contra Monothelitas.*

CAPUT I.

CONSTANTINUS Heraclii ex priori conjuge filius *a* poſt hunc imperavit anno Chriſti 641. & quarto menſe à noverca Martina veneno tollitur.

*b* Heracleonas cum Martina matre ſenis haud amplius menſibus regnat. quibus exactis, nares illi Senatus decreto, matri lingua præciditur: & fit Imperator.

*Conſtans Imper.* Conſtans Conſtantini filius, Heraclii nepos: qui religionis cultu avi, quàm patris ſimilis eſſe maluit. fuit enim Monothelita; cùm pater ejus catholicus fuiſſet.

Hac inſtinctus hæreſi Martinum Papam virum ſanctiſſimum, quòd Heraclii typo ſubſcribere juſſus, eum *c* cùm Monothelitarum errore damnaſſet in Synodo anno 649, per Theodorum Calliopam Exarchum Conſtantinopolim abripuit anno *d* 653, quo ſcilicet 13 Cal. Jul. erat feria 4. indéque Cherſonam relegavit; ubi

*a* Niceph. Brev. Theopha. Miſcel. in fine l. 18.

*b* Theoph. Zon. Ced. Diac. in Miſcel. 18.

*c* Anaſt. Collect. & in Martino. Theoph. Miſcel. 16.

*d* Exilii S. Mart. hiſtoria in Collect. p. 79.

Digitized by Google

A. 641. Chriſti ad 685.

a Anaſt. Colle. p. 104.

b Ead. p. 196. & 264. Theopha. &c.

is anno 655 moritur, Indictione 14, Septembris 16. ut eſt in *a* Collectaneis Anaſtaſii. *b* Maximum quoque Monachum egregium fidei Catholicæ propugnatorem lingua, manúque truncatum in exilium deportavit.

*c* Theoph. Miſc.

*d* Paul. Vvar. 5. de geſ. Lang. c. 10.

Quibus offenſus ſceleribus Deus Saracenorum armis lacerari Romanum permiſit imperium. *c* Contra quos anno 654 infeliciſſimè navali prælio certavit. *d* Pertæſus inde Conſtantinopolis in Italiam trajecit: ubi cum Langobardis nihilo ſecundiori Marte pugnavit. Ea clade irritatus, furore barbarico Romam expilavit; & in Siciliam tranſmiſit. ubi cùm ſex annis hæſiſſet, Syracuſis in balneo à ſuis interfectus eſt anno 668, *e* poſtquam imperavit annos 27.

*e* Theoph. Zona. &c.

*Conſtantinus Imp.*

*f* Theoph. Miſc. &c.

*f* Conſtantinus hujus filius eodem imperare aggreſſus anno, Catholicum cultum reſtituit. Scribit Theophanes, ex eóque Paulus Diaconus, ambobus fratribus Tiberio, & Heraclio nares juſſu ejus amputatas initio regni. At iidem anno ejus imperii 14, Chriſti 681, ejectos ab imperio eoſdem illos referunt, & Conſtantinum ſolum cum Juſtiniano filio rempublicam geſſiſſe. quæ minimè conſentanea ſunt.

*g* Niceph. Brev. p. 99. & ſeq. Theoph. Paul. Diac. 19. Cedr.

*Bellum cum Saracenis proſperum.*

*g* Saraceni vincendo longiùs progreſſi Conſtantinopolim ſeptem annis obſederunt. Sed cùm & Mardaitæ Libani incolæ eos domeſtico bello diſtinerent; & beatæ Virginis auxilio tuti Romani, fortiter reſiſterent; pacem denique in annos triginta his conditionibus fecerunt; ut quotannis 365 aureorum millia penderent Romanis, ac virorum capita 50, equos nobiles 50. Saracenorum claſſis in reditu tempeſtate disjecta naufragio tota periit, quod pace data poſterius eveniſſe Theophanes, aliíque ſcribunt. Nicephorus poſteriorem pacem, & hujus cladis occaſione petitam à barbaris affirmat. Anno quinto Conſtantini oppugnare Saracenos cœpiſſe Conſtantinopolim prodit Theophanes, ex eóque Cedrenus, & Paulus Diaconus: nono verò pacem initam fuiſſe. Hoc modo falſum erit annis ſeptem obſeſſam eſſe; quos tam iſti quàm Nicephorus in Breviario numerant. Per

idem

Digitized by Google

idem tempus ignis ille, qui vulgò Græcus dicitur, à Callinico quodam excogitatus eſt: cujus ea vis eſt, ut in aquis ipſis ardeat. Saracenorum exemplum ſecuti *a* Avares, aliíque barbari pacem ab Romanis impetrarunt. *b* quam biennio pòſt à Bulgaris, qui tum primùm, hoc eſt anno Chriſti 677, in Romanos fines impetum fecerunt, tributi annui pactione coactus eſt redimere.

A. 641. Chriſti ad 685.
*Ignis Græcus repertus.*
*a* Niceph. Brev.
*b* Theoph. Diac.

Conſtituta reipublicæ tranquillitate, ad pacandam Eccleſiam Imperator conſilia ſua tranſtulit. *c* Quam in rem generale ſextum Concilium indixit, Agathone Romano Pontifice. *d* quod anno 680, Indictione 9, Novembri menſe cœptum, ſequenti anno terminatum eſt. In eo Concilio quinque probatis œcumenicis ſynodis, decretum eſt, duas in Chriſto voluntates, ac totidem actiones eſſe, quot in eo ſunt naturæ: & qui ſecus docuerant, pro hæreticis damnati, Sergius, Pyrrhus, Cyrus, Paulus, aliíque. quibus & Honorius in Actis adjungitur Romanus Pontifex, qui Heraclio imperante ſederat. Verùm hanc ab illo calumniam depellit *e* Joannes IV. qui tertius ab eodem Pontificatum tenuit. ubi Honorium docet Sergio de una in Chriſto voluntate ſubdolè interroganti, reſpondiſſe duas non fuiſſe repugnantes, & contrarias, cujuſmodi in nobis experimur: cæterùm naturas in illo duas, ac voluntates totidem ab eo agnitas fuiſſe. *f* Obiit Conſtantius anno 685, cùm imperaſſet annis 17.

*c* Niceph. Brev. p. 109.
*d* Anaſtaſ. in Agath. Theoph. Diac. 19. Zon. Ced.
*Sexta Synodus.*
*Honorius Papa defenditur.*
*e* Ioan. Ep. ad Conſtant. in Collectaneis Anaſt.
*f* Niceph. pag. 109. Theoph. Diac. Zon. Cedren.

## *Occidentalis orbis hiſtoria ad ſuperius intervallum pertinens: maximè Francorum. tum qui viri pietate ac doctrinâ illuſtres habiti.*

CAP. II.

IN Francia Dagobertus mortuus eſt *g* anno regni 16, Chriſti 644, Januarii 19, cui ex Nanthilde *h* monacha natus eſt Chlodoveus: *i* cùm antè Sigebertum ex Ragintruda pellice genuiſſet anno 629, hoc eſt ſeptimo poſt prius exordium regni, Sigebertus Auſtraſiæ Rex puer

*g* Fred. 79.
*h* Idem c. 58. Aimo. 4. c. 59.
*i* Fred. 59. Aimo. 4. c. 20.



Digitized by Google

A. 641. Chriſti ad 685.
a Frede. 76. Aimo. 4. c. 27.
b Fred. 80.
c Idem 76.

adhuc à patre factus erat anno 632. Chlodoveo relicta cætera, a hoc eſt Neuſtriæ, Burgundiæque regna, ſub Nanthildis matris tutela; b addito & Æga Palatii magiſtro viro laudatiſſimo. Natus erat Chlodoveus annos 12. ortus eſt enim c anno Dagoberti 12. à priore, ut apparet, exordio; Chriſti 633.

d Idem 83. & ſeq. Aimo. 4. c. 37. & ſeq.

d Æga mortuo anno 646, Erchenvaldus Major domus in Neuſtriæ regno; Flaochatus in Burgundia, creantur. Pipino verò anno eodem extincto, Grimoaldus ejus filius in Auſtraſia Sigeberti regno ſimili dignitate functus eſt.

e Appen. Aimo. Sig.
f Trithem.

e Sigebertus deſperatâ prole Hildebertum Grimoaldi filium adoptat, ſucceſſorémque deſtinat f anno regni ſeptimo, Chriſti 651. Sed cùm præter ſpem Dagobertum genuiſſet, eo in fidem Grimoaldi tradito, moritur anno Chlodovei Regis 11, Chriſti 554. Grimoaldus attonſum Dagobertum miſit in Scotiam, & Hildebertum filium ad regnum extulit. Quâ offenſi perfidiâ Franci comprehenſum Grimoaldum Chlodovei judicio ſiſtunt: qui eo carcere damnato, ſubmotóque Hildeberto, ſuum ipſe filium Hildericum Regem Auſtraſiis dedit: g quem ex Bathilde Saxonica cum aliis duobus, Chlothario, & Theodorico ſuſceperat.

g Fredeg. 91. Aimo. 4. c. 43.

*Chlodovei pietas.*
h Aimo. 4. c. 41.

Chlodovei porrò laudatur in Annalibus ſingularis erga pauperes benignitas: h quibus ut in ſumma annonæ penuria ſucurreret, aurum & argentum omne, quo ſanctorum Dionyſii & ſociorum Martyrum ſepulchra pater illius ornarat, abradi juſſit, & in illos dividi. Id anno ejus regni 14 Aimoinus imputat. qui in Chriſti cadit 657.

i Aimo. ib. Antiq. Monaſt. S. Dion. l. 3. c. 4.
*S. Dionyſii cœnobio immunitas data.*

i Atque ut hanc qualemcumque ſacri loci compenſaret injuriam, biennio pòſt, celeberrimo Epiſcoporum conventu habito, ſancti Dionyſii cœnobium, quod ad Urbem pater illius exſtruxerat, ab Epiſcoporum omnium juriſdictione immune eſſe ſtatuit; Landerico Pariſiorum aſſentiente Præſule: qua de re edita ſanctio legitur 10 Cal. Jul. anno 16 Chlodovei.

k Par. 2. l. 4. c 16.

k Obiit Chlodoveus anno 660, regni 17. eodémque tempore Erchenvaldo palatii præfecto

Digitized by Google

mortuo, Franci Ebruinum ſubſtituunt crudelitate ac perfidiâ famoſum hominem. *a* Quo ex tempore ſolutis in luxum & inertiam Francorum Regibus, ad palatii præfectos paullatim rerum ſumma pervenit: cùm per eos adminiſtrarentur omnia, reges verò ſolo contenti nomine, regiâ ſe continerent; nec niſi ſemel quotannis Calendis Maiis in conſpectum populi venirent. Quod *b* & Græcorum in Annalibus legitur, cum hac ineptiſſima fabula: Francorum Reges, porcorum inſtar, ſetoſum tergum habuiſſe, appellatóſque ideo *trichorachatos*.

A. 641. Chriſti ad 685. *Ebroinus.*

*a* Sig. A. 662.

*b* Theoph. ad annum 1. Leonis Iſaur. Miſcel. l. 22.

*c* Chlotharius, qui Chlodoveo patri ſucceſſerat, poſt annos regni 4 extincto, circa annum Chriſti 664. Theodoricus ejus frater brevi ſpatio præfuit. Hujus enim pertæſi citò Franci Childericum, qui Auſtraſiæ regnabat, Regem eligunt: Theodoricum cum Ebroino detonſos in monaſterium includunt; illum in S. Dionyſii ad Lutetiam: hunc in Luxovienſe. Childericus annis in regno tribus decurſus, Chriſti 667, à Bodilone nobili Franco, quem ad ſtipitem alligatum virgis affici juſſerat, cum uxore gravida interfectus eſt poſt Paſcha. cujus filius Chilpericus *d* in quodam diplomate Corbeienſi ſubſcriptus legitur anno 1 regni ſui: cujus nulla uſquam fit mentio. ſtatímque *e* Theodoricus ad regnum vocatur: cui Leudeſius prætorii magiſter attribuitur Erchenvaldi filius.

*c* Fredeg. 93. 94. Aimo. 4. c. 44. Sigeb.

*Childericus regnat.*

*d* Meminit P. Sirmon. in Not. ad To. 1. Con. p. 620.

*e* Vita S. Leodeg.

*f* At Ebroinus è Monaſterii latebris erumpens, Præfecturam palatii rurſus invadit, occiſo Leudeſio, necnon *g* S. Leodegario Auguſtodunenſi præſule: quem diris tormentis excarnificatum, & in Epiſcoporum concilio dignitate ſpoliatum gladio plecti juſſit. Id anno 685 Sigebertus retulit. *h* quo reverâ celebratum legitur Concilium illud in Villa regia. Ut errare neceſſe ſit eos, qui ſancti Leodegarii necem in annum conferunt 672. *i* cùm anno ſeptimo Theodorici, Indictione 2, hoc eſt anno Chriſti 674, ſubſcriptus legatur Vindiciani literis.

*f* Fredeg. 96. Sig. Aim. 4. c. 44.

*Ebroini crudelitas in S. Leodeg. & alios.*

*g* Vrſinus in vita S. Leodeg. 2. Octob. apud Sur. Sig. Fredeg. Aimo.

*h* Tom. 1. Conc. Gallic. p. 510.

*i* Balderic. l. 1. Chron. Camerac. c. 25. Vide Sir. Not. ad 1. To. Con. Gal. p. 610.

Multi per illa tempora ſanctitate florentes extitêre viri; præſertim in Galliis. Inter quos SS. Eligius, & Audoënus inſignes memoran-

*Viri SS. in Galliis.*



Digitized by Google

A. 641. Christi ad 685.
a Audo. in vita S. Elig. Lib. 2. c. 2.
b Audo. ib. c. 32.
c Vita S. Audo. Aug. 24.
d Sigeb.
e Sigeb. A. 658.
f Sigeb. A. 662.
g Beda l. 3. cap. 6. & 9. Hiſt. Ang.
h Ruder. Tolet. l. 3. c. 1.
i Ruder. 2. cap. 12.

tur Epiſcopi; ille Noviomenſis; hic Rothomagenſis, eodem facti die, a anno 3 Chlodovei, Chriſti 646. nempe die 14 menſis tertii, qui eſt Maius; quæ Dominica fuit ante Litanias majores. b Obiit Eligius anno ætatis 70, ſub initium Chlotharii. c Audoënus porrò nonagenarius moritur, cùm annum Epiſcopatus 44 ageret. Præter hos Epiſcopi ſanctiſſimi Chlodoveo rege, d Remaclus Trajectenſis, Autbertus Cameracenſis, Theodardus Trajectenſis martyr; cui Lambertus ſucceſſit: qui & ipſe poſtea martyrium obiit anno 2 Childeberti, hoc eſt Chriſti 696. e Audomarus Tarvanenſis: qui, dum S. Vedaſti reliquiæ transferrentur, viſu; quem præ ſenio perdiderat, ſibi reſtituto, eodem rurſus ut careret, obtinuit, potiorem ratus oculorum incolumitate mentis aciem. Privati quoque Gallias exquiſita ſanctimonia decorarunt; Furſeus, Foillanus, Ultanus: qui ex Hibernia profecti cœnobia condiderunt. Jodocus Britonum regis filius, qui ſpretis opibus ſolitariæ ſe vitæ dedidit. f Illuſtris fuit & S. Bathildis Chlodovei uxor; quæ Corbeienſe, & Calenſe monaſteria condidit: necnon Itta Pipini vidua, quæ cum Gertrude filia Deo ſe conſecravit.

In Britanniis haud pauci eodem ſanctitatis ornamento claruerunt. g ſed præ cæteris ſanctus Oſvvaldus, qui contra Gentiles pro patria dimicans in prælio cecidit.

In Hiſpania laudatur Bambæ Regis pietas. qui æra 714, ut ait h Rudericus, hoc eſt anno Chriſti 676. ut autem Vaſæus in Chronico ſcribit, anno 672, regnum, quod ſibi conſenſu omnium delatum fuerat, vi coactus eſt capere. quod poſtquam ad annum uſque decimum geſſit, eo abdicato, monachum ſe fecit, ut ad cæleſtem in terris capeſſendam vitam eſſet expeditior. i Item ſanctus Ildephonſus Toletanus Epiſcopus: qui ob ſuſceptum adversùs hæreticos B. Virginis patrocinium allatâ cœlitus ab ea veſte donatus eſt.

Digitized by Google

A. 685. Chriſti ad 717.

## *Quæ ſub Iuſtiniano II, Leontio, Tiberio, Philippico, Artemio, ac Theodoſio in Oriente contigerunt ab anno 685 ad 717. ac de appendice Synodi ſextæ in Trullo.*

CAP. III.

IUſtinianus ſecundus, *a* ab præciſis, ut poſtea dicetur, naribus cognomento *Rhinotmetus*, Conſtantino patri ſucceſſit anno Chriſti 685, *b* anno natus 16. Qui puerili levitate, & impotentiâ publicam rem peſſumdedit. Mardaitas Libani incolas, unicum Saracenici terrorem nominis, ac robur imperij, de Libano detraxit. Poſt *c* anno imperij 7, pacem cum iiſdem Saracenis initam pari ſtoliditate diſſolvit, Sclavorum fretus auxiliis. à quibus deſtitutus partam jam victoriam turpi corrupit fuga. Quo ex tempore Muhammed Arabum princeps Romanos fines impunè vaſtavit. Ad eam bellicis in rebus, conſiliiſque temeritatem; cùm domi quoque crudelitatem, ac rapacitatem adderet, in populare incurrit odium. Itaque duorum hortatu monachorum, Pauli, & Gregorij, *d* Leontius Patricius ad regendam Helladem ab Juſtiniano miſſus è carcere, hunc ipſum comprehendit, naſóque mutilatum in Cherſonam relegavit anno 695. ſícque promiſſum ſibi jamdudum iiſdem à monachis ex ſiderum peritia principatum adeptus eſt; quem triennio geſſit.

*a* Theoph. Paul. Diac. l. 19. Zona. Cedre.
*b* Nice. Brev.
*c* Theoph. Miſcel. 19.
*d* Niceph.

*e* Leontio imperante Carthago ab Saracenis expugnata anno 698. Ad hanc recuperandam navalis ab Leontio miſſus exercitus malè geſta re offenſionem illius veritus, Apſimarum quendam ad imperium provexit. eúmque Tiberium appellavit.

*e* Niceph. Brev. Theoph. Dia Zona. Cedre.
*Leontius Imper.*

*f* Tiberius Apſimarus anno eodem 698 Leontium pari, ac Juſtinianum hic effecerat, clade naſi deformem redditum monaſterio ſepſit. Sub hoc, Saracenorum ducenta millia ab Romanis in Syria conciſa proditum eſt *g* à Theophane anno Tiberij tertio. Imperavit annos 7.

*f* Niceph. Theoph. Miſcel. iid.
*Tiberius Apſimarus.*
*g* & Miſc. lib. 20.



Digitized by Google

A. 685. Chriſti ad 677.
a Theoph. Miſcel. Niceph. Brev. Anaſt. in Ioan 7. Zon. Cedr.
*Juſtinianus denuo regnat.*

a Etenim Juſtinianus ad Chaganum Regem Abarum à Cherſona fugiens, ejus ſororem, ac filiam, duxit in matrimonium. cujus indicio paratis à ſocero compertis inſidiis, ad Bulgaros tranſiit. quorum ope reſtitutus poſt decem annorum exilium, anno 705 novum imperandi habuit exordium. Primùm omnium Apſimaro ac Leontio diu traductis per Hippodromum, & illuſis cervices incîdit. Pace deinde, quam cum Bulgaris pepigerat, temerè violatâ, ingrati in eos, à quibus erat adjutus, animi pœnas clade ſuorum, & ignominia perſolvit anno imperij 4. Ad extremum Cherſonitis offenſus, quò ab iis inſidias ſibi factas eſſe meminerat, valida in eos claſſe miſſa, pene omnes mactari fecit. Quam Octobri menſe redeuntem claſſem immanis tempeſtas naufragio demerſit, quo tria & ſeptuaginta hominum millia perierunt. Juſtinianus cladis tantæ ſecurus, cùm id unum ferret ægrè; quòd in illa Cherſonitarum ſtrage parvulorum ab cæde miles abſtinuiſſet, novam ad illos jugulandos claſſem eò duxerit. Verùm tam efferatæ crudelitatis odio commoti principes Bardanem Philippicum Imperatorem renuntiant anno 711, cùm ſextum ab recuperato imperio Juſtinianus ageret annum. qui juſſu Philippici cum filio ſuo Tiberio jugulatus eſt. Refert Anaſtaſius in vita Conſtantini Papæ, hunc ipſum ab Juſtiniano Conſtantinopolim excitum Roma profectum eſſe Octobris 5, Indict. 9. (eſt hic annus 710) & illic ſummo exceptum honore Romam rediiſſe Octobr. 24, Indict. 10. (qui eſt annus 711) ac poſt menſes tres nuntium allatum eſſe Romam de Juſtiniani nece. Quare ſub finem anni 711, vel ineunte 712, Juſtinianus interfectus eſt.

*Juſtiniani crudelitas.*

*Philippicus imperat.*

b Theoph. Miſcel. 20. Zona.

b Barbarum hujus principis & immitem animum teſtatur nefaria vox ex ore illius excerpta, cum periculoſa exorta tempeſtate, monenti cuidam, uti votum Deo faceret, ſe ſi ex illa incolumis exiret, inimicis omnibus parciturum; *Immo, miſerè hic peream, ſi vel uni pepercero.*

c Niceph. Brev. Theoph. Paul. Diac. Zon. Ced.

Philippicus c partum per ſcelus imperium

A. 685. Chriſti ad 717.

ſtolidè ac negligenter adminiſtravit, atque ab Juſtiniano collectas opes nimiis, nec utilibus profudit impenſis. Pulſo Cyro, Conſtantinopolitanam ad ſedem Joannem extulit, impurum & hæreticum hominem. quo adjutore, per factionis ejuſdem Epiſcopus ſextam abrogavit ſynodum anno 712, ac Monothelitarum redintegravit hæreſim. Cujus impietatis ultorem ſubinde Deum expertus eſt. *a* Poſtquam enim biennium, ac menſes aliquot imperavit, cùm equeſtri dato certamine poſt prandium in receſſu meridiaretur, à conjuratis arreptus, oculíſque privatus eſt pridie Pentecoſtes: quæ Junij 4 anno iſto 713 incidit. *b* Quam in Pentecoſtes vigiliam natalem Conſtantinopolis diem conveniſſe falsò Nicephorus, ac Theophanes aſſeverant.

*Sextam Synodum abrogat Philippicus.*

*a* Theop. Niceph. Miſc. &c.

*b* Vide Notas ad Breviar. Niceph. p. 198.

*Anaſtaſius. Imp.*

*c* Artemius, qui à ſecretis erat Philippico, mutato nomine dictus Anaſtaſius, eodem Chriſti 713 imperavit anno, quod *d* Acta publica liberatæ à dæmonio virginis Indictione 12, Octobri menſe, imperante Anaſtaſio, teſtantur.

*c* Niceph. Theoph. D. Zon. Cedr.

*d* Baron. ad A. 713.

Magnam iſte contra Saracenos claſſem inſtituit, qui ad Rhodum inſulam cædendæ materiæ cauſâ naves appulerant. Sed orta in exercitu ſeditione, occiſóque duce, milites Adramytti Theodoſium quendam tributorum exactorem, hominem quietum, ad capeſſendum imperium invitum, ac latitantem adigunt. Anaſtaſius rebus ſuis diffiſus; accepta fide, & imperii poſitis inſignibus, monachum ſe fecit. ac Theſſalonicam tranſlatus eſt, anno Chriſti 715, cum imperaſſet annos duos. Fuit hic apprimè literis excultus, & Catholicarum fautor partium. Itaque Joanne hæretico rejecto, S. Germanum Epiſcopoum Cyzico Conſtantinopolim tranſtulit Indictione 15, ut ſcribit Theophanes, hoc eſt anno 715.

*e* Theodoſius Adramyttenus quaſi per ludicrum factus Imperator, annos circiter duos regnavit, uſque ad annum 717; quo Leoni Iſaurico militaribus ſuffragiis evecto ſponte ceſſit imperio; & cum filio ſuo in Clericum detonſus, quod reliquum habuit ætatis in otio tranſegit. Mortuus eſt Epheſi; ait Cedrenus: & hanc vocem tumulo ſuo juſſit inſcribi, Ὑγίεια id eſt,

*e* Niceph. Breviar. Theoph. Dacon. Zona. Ced.

*Theodoſius.*

A. 685. Chriſti ad 717.

*Sanitas* Quinetiam poſt obitum fama eſt ipſum miraculis inclaruiſſe.

*a* Niceph. Breviar. Theoph.

*a* Eo regnante Muſalmas Saracenorum princeps Conſtantinopolim aggreſſurus in Aſiam excurrit, & Cappadociam occupavit.

*b* Theoph. ad annum vet. Pogonati Extat ſynod. cum Com. Zona. & Balſam. Vide Par. 2. l. 4. c. 14.

*b* Juſtiniano rerum potiente, annóque Chriſti 707. Conſtantinopoli in Trullo (ita Palatium nominant) conventus Græcorum Præſulum habitus eſt, à quo canones conditi ſunt 105. Quam ſynodum πενθέκτην id eſt *Quiniſextam* vocarunt, velut ad ſupplendas 5, & 6 œcumenicas ſynodos, in quibus nulli erant canones editi.

*c* Anaſt. in Serig. Beda de sex. ætat.

*c* Sed iſti canones ineptè, ac præter jus omne perſcripti, Romanorum decreto Pontificum auctoritate caruerunt.

## *Occidentalis orbis res, præſertim in Gallia, & Hiſpania, eodem illo ſpatio. De poſtremis Francorum Regibus è Merovei ſtirpe; ac de Saracenis Hiſpaniam invadentibus. de viris item ſanctitate vita conſpicuis.*

CAP. IV.

IN Galliis Theodorico Occidentalis Franciæ regnum, quod Neuſtriam vocabant, nomine tenus obtinente, Palatij præfectus Ebroinus immani tyrannide ſæviebat. Auſtraſiæ regnum Præfectis itidem palatii parebat. Vulfoaldo mortuo Pipinus Anſegiſi filius eam dignitatem cepit, *d* anno Chriſti 687. Qui initio cum Theodorico, & Ebroino congreſſus acie vincitur: ejúſque collega Martinus contra datam fidem ab Ebroino perimitur. Ebroinus ipſe anno, ut apparet, 688, hoc *e* eſt tertio poſt S. Leodegarii necem, ab Hermenfrido confoſſus eſt. Tum verò Pipinus Theodorico ſuperato, utriuſque regni magiſterium tenuit *f* anno 691, ſummus vir, & Francorum imperio digniſſimus; niſi quòd hujus memoriam labes una libidinis obſcurat. Habuit enim præter Plectrudem nobilem conjugem, Elpaidem pellicem; è qua ſatus eſt Carolus Martellus: quo uno poſtea Franci...

*d* Fredeg. Chr. Sigeb.
*Pipinus maior domus.*
*Ebroini mors.*
*e* Urſinus in S. Leodeg. 2. Oct. ap. Sur.
*f* Brevia. Franc. Reg. Fredeg.

Digitized by Google

nominis dignitas ſtetit. *a* Hanc illius intemperantiam caſtigare auſus Lambertus Epiſcopus Leodienſis, à Dodone fratre Elpaidis obtruncatus eſt. cui ſanctus Hubertus ſuffectus eſt. quod anno 698 Sigebertus retulit. A. 685. Christi ad 717. *a* Sigeb. S. *Lambertus.*

*b* Pipinus domitis Friſonibus, eorúmque duce Rathobodo, ac Franciæ regno ſeptem & viginti annis ſumma æquitate geſto, moritur *c* anno 714. cui Carolus ſucceſſit, ex Elpaide ſuſceptus; de quo poſtea. Nunc cæteros ad Pipinum uſque Caroli Filium Franciæ Reges exequar: qui ſolo nomine cenſentur, cùm poteſtas omnis penes Palatii Præfectos, quos *Majores* nominant, deinceps fuerit. *b* Frede. 102. *c* Annal. Pith. Sig.

*d* Theodoricus Chlodovei ſecundi filius circa annum Chriſti 690 obiens, Chlodoveo filio ejus nominis tertio vacuam reliquit nominis Regii poſſeſſionem: quam ille quatuor annis obtinuit, ac mortuus anno 694, Childeberto fratri tradidit. Childebertus annum numeravit regni *e* 17 mortuúſque *f* eſt anno 711. *d* Vide Par. 2. l. 4. c. 16. *e* Geſta Franc. Epit. c. 15. *f* Frag. Col. Nazar.

*g* Dagobertus ejus filius regnavit annos 5. quem an. 715 obiiſſe Annales Pithœani referunt. *g* Geſta Franc. c. 52. Aimo. 4. c. 51. Ivo.

*h* Huic Franci Danielem quendam Clericum ſubſtituunt, regiæ, ſed haud ſatis compertæ familiæ; quem nomine mutato Chilpericum vocant. *h* Id.

*i* Huic Raginfredus Palatii præfectus adjungitur. Uterque ab Carolo Martello ſuperatus ad Eudonem Vaſconum regulum profugit. Sed eo quoque fracto, & in fugam conjecto, Chilpericus Carolo deditus anno regni 5 moritur, *k* Chriſti 720. Eodem anno Carolus Theodoricum Regem conſtituit. qui *l* annos 15 regnavit. Itaque deceſſit anno circiter 735. *i* Annal. Pith. Sigeb. *k* Annal. Pith. *l* Sigeb.

Poſt hunc *m* interregnum fuit annorum circiter 7, quibus vertentibus, poſtremus Merovei poſterorum Childericus III anno 742 iniit. qui ad annum uſque 752 imaginem habuit regni. Siquidem hoc ipſo anno Pipinus Hilderícho in monaſterium incluſo, ac detonſo, Francorum Rex appellari cœpit; qui annus ab exordio regni Francorum, id eſt ab anno Chriſti 420, numeratur 333. *m* Probat. Sirm. in Not. ad Tom. 2. Concil. Gall. p. 621.



Digitized by Google

A. 685. Chriſti ad 717. *Saraceni Hiſpaniam invadunt.*

At in Hiſpania effuſi ex Africa Saraceni, Ruderico regnante, Gothos oppreſſerunt, à Juliano acciſi comite: cujus filiam, an uxorem, Rudericus Rex ſtupro violarat. Initium cladis iſtius *a* anno Hegiræ 91, æræ Hiſpanicæ 750, notat Rudericus. Eſt hic annus Chriſti 712. *b* Biennio pòſt Rudericus Rex magno commiſſo prælio proditus à ſuis, ac deſtitutus occùbuit. *c* Sic Hiſpania Saracenorum in poteſtatem venit. Gothorum reliquiæ in Aſturibus, & Cantabris receptum habuerunt: ibſque, propulſatis fortiter barbaris, veteris regni poſſeſſionem utcunque tenuerunt, duce Pelagio: qui primus Aſturibus regnavit.

*a* Ruder. Tol. 3. c. 18.
*b* Ibid. c. 19.
*c* Ruber. Tolet. 4. c. 1.

*Sancti viri.*

Sanctitatem ſuam haud pauci intervallo iſto probarunt: in Anglia Cuthbertus: quem circa annum 685 Epiſcopum factum *d* Beda teſtatur. *e* Indidem & Vvillebrordus cum duodecim profectus ſociis, & in Friſiam à Pipino miſſus, barbaris Evangelii lucem intulit, ſedémque Trajecti conſtituit anno, ut habet Sigebertus, 697. quo ſanctum Kilianum martyrium obiiſſe prodit. Britanniam quoque ſuam non minùs pietate, atque doctrina, quàm hiſtoria, celebravit Beda, qui ad annum uſque 735 Chriſtianas illius gentis origines pertexuit. Gallias eodem tempore Monachi ſanctiſſimi decorarunt, Vandregiſillus Fiſcanenſis, & Fontinellenſis monaſteriorum conditor, cujus anno 692 Sigebertus meminit. *f* Urſmarus Lobienſis fundator cœnobii: Bertinus Abbas Sithienſis: *g* S. Ægidius qui è Græcia veniens Provinciam illuſtravit. Childeberto regnante, anno 709 Sigebertus idem ſcribit, Archangeli Michaëlis indicio rupem eam, quæ in Abrincathenſi diœceſi illius nomine, ac religone colitur, conſecratam fuiſſe ab Autberto Epiſcopo.

*d* 4. Hiſt. c. 6. & ſeq.
*e* Sigeb. anno 692. & 697.

*Beda.*

*f* Sigeb. 698.

*S. Ægidius.*
*g* Id. 715.

*S. Michaëlis templum in Galliis.*

A. 717. Christi ad 741.

*De Leone Iſaurico, Iconoclaſtarum hæreſi, ac cæteris rebus Orientis ab anno 717 ad 741. Tum de occidentalibus, déque Carolo Martello, & Saracenis ab eo deletis.*

CAP. V. *Leo Iſauric.*

OBſcuro in Iſauria genere natus Leo, qui prius Conon appellabatur, imperium adiit anno 717, Indictione 15, Martii 25 die, ut ſcribit *a* Theophanes. *b* Saracenos, vaſtata Aſia, & expugnata Pergamo, Byzantium obſidentes magna eorum clade repulit, ſub ipſum imperii primordium. Tiberium in Sicilia tyrannum per duces ſuos oppreſſit, & Occidentem pacavit anno 719. Demum conceptam olim in animo contra ſacras imagines impietatem, Judæo uſus auctore, protulit anno 726: *c* quo per ſatellites ſuos Salvatoris dejecit imaginem. Quibus à populo cæſis, ardens iracundia princeps crudeliſſimè cædem illorum eſt perſecutus; atque in doctorum præſertim collegium ſæviit, ex omnium profeſſoribus artium collectum; cùm eos incaſſum ad perfidiæ communionem incitaſſet. *d* Quam illius improbitatem Helladis, & Cycladum defectio, ac ſecundus in ea opprimenda ſucceſſus acriorem fecit anno 727. Itaque triennio pòſt contra venerandas imagines edictum ferale propoſuit, *e* Indict. 13, Januarii 7, feria 7, hoc eſt anno Chriſti 730. Germanus Epiſcopus nequicquam ſe furori illius interponens, ſponte ſe abdicavit, eíque ſubſtitutus eſt Januarii 22 die Anaſtaſius impietatis particeps, cùm centeſimum ferè ætatis ageret annum Germanus: quippe quem anno 726 quinque & nonaginta annos habuiſſe Gregorius II aſſeverat in Epiſtola 2, quæ eſt in 7 ſynodo. Complures antiquæ tenaces fidei variis à tyranno cruciatibus, ac pœnis affecti, glorioſos exitus habuerunt. *f* Hanc Leonis inſaniam Gregorius ſecundus Romanus Pontifex cùm per literas cohibere non potuiſſet, de Concilii Romani ſententia, Imperatorem, ejuſque contactos

*a* Theoph. ad annum ultimum Leonis Paul. Dia. 23. c. 2. Niceph. Brev. *b* Theoph. Paul. Diac. 21. Cedren. Zonar.

*c* Theoph. Paul. Diac. 21. Cedren.

*d* Theoph. Niceph. Brev. Diac. Cedren.

*e* Theoph. Dia. Niceph.

*f* Theoph. Dia. Anaſt.

A. 717. Chriſti ad 741.
a Zonar.
*Roma, & Italia à Græcorum imperio abſtracta.*

hæreſi *a* ſubjecit anathemati: ac Romam, & quicquid Italiæ reliquum erat, à Græcorum abſtraxit imperio, tributáque pendere iis ultrà prohibuit.

b Theoph. Cedren.
c Anaſt. in Greg.

Ob hæc ardens irâ Leo contra rebelles Italos claſſem adornavit. *b* quæ in Adriatico tempeſtate periit anno 732. Paullo antè per Exarchos Ravennates, ac Longobardorum Regem Luitprandum *c* Romam cum Pontifice ipſo conatus eſt opprimere. Sed invicti animi Pontifex imminentem urbi Longobardum adiit ultrò, eúmque conſtantiâ, & oratione ſua ſic inflexit, ut ad ejus pedes accidens, quicquid rogatus erat, prolixè faceret.

d Niceph. Breviar. Theoph. Dia.: Zon. Cedren.

*d* Vehemens anno Leonis ultimo terræ motus, extitit, Indictione, ait Theophanes, 9. Octobris 26, feria 4, hora 8 ( ut hic annus Chriſti fuerit 740 ) quo Thraciæ Bithyniáque quaſſata; ac præſertim Conſtantinopoli, Nicomediæ, ac Nicææ ingens ſtrages accidit. Nicææ præter unum templa omnia corruerunt. Ea calamitas Imperatori novi quæſtus occaſionem præbuit. Nam ad muros reficiendos tributorum auxit modum: quod deinceps perſeveravit. *e* Moritur ex intercute, ſive inteſtinorum dolore, anno Imperii exacto 24, ſupérque menſibus 3, Junii 18, Indict. 9, Chriſti 741.

e Iidem.

*Carolus Martellus.*

Qui idem annus 11 Calend. Novemb. Carolo cognomento *Martello*, ſive *Tuditi* ultimus fuit cùm jam annum octavum & viceſimum Franciam adminiſtraſſet fortitudine princeps bellica, rebúſque geſtis inclytus. *f* Pipino patre mortuo anno 714, in cuſtodiam conjectus à noverca Plectrude, indéque dilapſus inſequenti anno Raginfridum majorem, ut tum dici mos erat, domus electum laceſſere auſus, ab eóque primo victus, poſteà ſuperior fuit *g* anno 717, duodecimo Calend, Apr. *h* Dominico die. Eundem Aquitaniæ ducis Eudonis auxilio fretum iteratâ fudit acie anno 718. Saxones exinde, Alemannos, Bajoarios, Noricos, &, Eudone fugato, Aquitanos ſubegit. Eudo rebus ſuis diffiſus Saracenos ex Hiſpaniis cum eorum Rege Abdiramma in ſubſidium excivit anno 725. quibus ſacra

f Ann. Pith. Fredeg. 104 & ſeq.
g Fred. 106.
h Geſta Franc. Epit. l. 1. c. 3.

Digitized by Google

profanáque latè populantibus occurrit Carolus eóſque internecione concidit. Cæſa ſunt uno die ad trecenta ſeptuaginta quinque millia: tum ex Francis 1500 haud amplius deſiderati ſunt; ut ſcribit *a* Anaſtaſius. Mox Burgundia, Lugdunóque potitus anno 727; inſequenti, Eudone vita functo, Aquitaniam invaſit. Saracenos iterum, ad ulciſcendam ſuorum ſtragem, Galliam incurſantes magno numero proſtravit anno 731; & Avenionem ab illis captam recepit. Tum Narbonenſem, quam ii cum Hiſpania, cui contributa erat, occupatam tenebant, aggreſſus, caput ejus Narbonam, ac reliqua deinceps expugnavit oppida; cæſis, qui ad opem ferendam ſæpius accurrerant, Saracenis. *b* Poſtremò Luitprandum Longobardorum regem Romanæ infeſtum Eccleſiæ, à Gregorio III imploratus, minis abſterruit. Hæc Francorum Annales veteres à Pithœo editi, Fredegarius, Sigebertus, Aimoinus.

A. 717. Chriſti ad 741.

*Mira ſtrages Saracenorum.*

*a* Anaſt. in Greg. 2. p. 97.

*b* Tom. 1. Conc. Gal. Epiſt. Gr. 3.

Leone imperante claruit in Syria S. Joannes Damaſcenus; qui pro ſacrarum imaginum cultu ſtilo decertavit. In Germania S. Bonifacius provinciæ hujus Apoſtolus Romæ conſecratus Epiſcopus *c* Decembri menſe, Indict. 6, anno 722, Chriſtianam ibi religionem longo tempore propagavit. Sequenti verò anno S. Eucherium Aurelianenſem in exilio deceſſiſſe, in quod actus erat à Carolo, auctor eſt Sigebertus.

*S. Ioannes Damaſcenus.*

*c* Tom. 1. Conc. Gal. p. 512.

## *De Orientalis imperii rebus ſub Copronymo, Leone, Conſtantino, & Irene, ab anno* 741 *ad* 800.

CAPUT VI.

HÆretico patri, ac nefario ſucceſſit teterrima longè ſoboles Conſtantinus: qui ab ſtercore, quod baptiſmo infans admotus in aquam eliſerat, *Copronymi* cognomen meruit. *d* ex quo S. Germanus Patriarcha, qui eum baptizabat, haud vanum impietatis illius omen accepit. Id accidit *e* anno Leonis 3, Chriſti 719.

*Copronymus.*

*d* Theoph. Diac. Ced. Zonar.

*e* Theoph. Diac. 21. c. 14.

A. 741. Chriſti ad 800.

Octobr. 25. Proinde regnare cœpit anno ætatis labente 22, Chriſti nempe 741. Huic Irene Chagani regis Avarum filia nupſerat *a* anno 732. quæ Chriſtianis initiata ritibus ſinceram pietatem conſtanter tenuit.

*a* Niceph. Breviar. Theoph. Diac. l. 22.

*Artabaſdus.*

Conſtantinus Artabaſdum Annæ ſororis virum initiò æmulum habuit imperii, invíſus ipſe vulgo, ob hæreſin, & peſſimam indolem haud obſcuris indiciis compertam. Excluſus itaque Conſtantinopoli profugit, Artabaſdo Imperatore ſalutato: qui Catholicum cultum illicò reſtituit. Verùm anno 743, *b* Indict. 12, Septembri menſe, à Conſtantino captus cum filio, excæcatúſque eſt.

*b* Theoph. Miſc. 22.

*c* Dira hoc imperatore peſtis ab anno 747 ad triennium producta, ac Siciliam, Calabriam, & Orientem pervagata; præcipuè Conſtantinopoli adeò ſæviit, ut & locus ſepeliendis cadaveribus; & qui ea ſepelirent, propè deficerent. Super hoc Saracenorum, Sclavorum, & Bulgarorum bellis appetitus; ab iis etiam præliis ſuperatus aliquot; cùm adversùs eoſdem exercitum duceret, lethali & ignota medicis ægritudine correptus, & in navigium impoſitus miſerandam efflavit animam, *d* Septemb. 14 die, Indict. 14, Chriſti 775; cùm imperaſſet annos 34, menſéſque propemodum 3. *e* Moriens *ſe ob dehoneſtatam B. Virginem Dei genitricem æterno damnatum incendio* teſtatus eſt; eíque deinceps venerationem juſſit tribui. Hic exitus perfidi, & crudeliſſimi principis fuit. *f* qui ſacroſanctam Virginem Dei matrem eſſe: Chriſtum ipſum negabat Deum: ſanctis honorem haberi vetabat; ſacras imagines everterat. *g* quas etiam conciliabulo Conſtantinopoli epiſcoporum 338 coacto damnandas curavit Indict. 7, anno 754. Monachis potiſſimùm infenſus quorum ille magnum numerum, ut & aliorum ordinum, quos ab impietate abhorrere ſua cognorat, variis ſuppliciis affecit.

*c* Niceph. Brev. Theoph. Cedr. Diac. Zona.

*d* Theoph. Paul. Diac.

*e* Cedren. Theoph. Zona.

*Copronymi deſperata vox.*

*f* Theoph. ad annum ejus 1. Paul. Diac. 22. c. 3.

*g* Niceph. p. 103. Theoph. Miſc. 22. c. 24.

Ejus anno 20 Solis defectio contigit Auguſti 15, (ut ait Theophanes) feria 6, hora 10; qui eſt annus Chriſti 760. Unde Conſtantini initium adſtruitur.

Huic Leo ſucceſſit filius, paternæ impietatis

heres, annum agens 26. *a* Natus enim eſt anno 750, Januarii 25, Indict. 3. Qui catholicum ſe principiò ſimulans, poſtquam ſibi largitione popularem quæſivit gratiam, in apertam hæreſis profeſſionem erupit: quam & ſacrilegio cumulavit. *b* Gemmarum enim cupidus, lapillis radiantem coronam, quam in majori Eccleſia dedicarat olim Mauricius, detractam inde, ſuo capiti impoſuit. quod ſcelus pœna ſtatim divinitus eſt ſecuta; erumpentibus ex eodem capite carbunculis: ex quibus ardens exorta febris brevi hominem extinxit, Septembris 8. Chriſti *c* anno 780, cùm imperaſſet annos ferè 5. Cœpit enim anno 775, Septemb. 14. Reliquit heredem Conſtantinum ſub Irenes tutela matris, quam Athenis oriundam *d* anno 769 duxerat. Natus eſt porro Conſtantinus anno 771, Januarii 14. Itaque decimo ætatis anno imperium iniit.

A. 741. Chriſti ad 800.
*Leo Conſtantini F.*
*a* Theoph. Diac. 22. c. 22.
*b* Iid.
*c* Theoph. Paul. Diac. Cedre.
*d* Theoph. *Conſtantinus cum Irene.*

Conſtantinus igitur cum Irene matre annos circiter imperavit decem. quo tempore Stauracii patricii conſilia omnia gerebantur. Ab his priſtina cum imaginum cultu revocata eſt pietas; *e* Taraſio viro ſanctiſſimo Patriarcha facto, ipſo die Chriſti Natali anni 784; cùm prius de œcumenica cogenda Synodo ſtipulatus eſſet. de qua Imperatores *f* jam ad Hadrianum Papam ſcripſerant eodem anno, Indict. 7. Poſtquam igitur Roma, & ex Oriente Legati omnes Patriarchalium ſedium Conſtantinopolim advenêre, coëuntibus in concilium epiſcopis ab hæreticis præſulibus incitati milites ſeditionem fecerunt, *g* anno Chriſti 786, Calendis Auguſti. Itaque in annum dilata res eſt, uſque ad 787 Chriſti. Indictionémque 11, qua Nicæam tranſlati, octavo Calendas Octobres Synodum auſpicati ſunt, quæ Octobri menſe deſiit; tertio Eidus. *h* Convenêre 250 Patres; præſentibus legatis Romani Pontificis Petris duobus, altero Archipresbytero, altero Presbytero, & ἡγουμένῳ S. Sabbæ, cum Taraſio, aliiſque Patriarcharum cæterorum vicariis. *i* In eo Concilio, quod ſeptimum œcumenicum appellatur, Iconoclaſtarum proſcripta hæreſi, ſacrarum imaginum reſtitutus eſt cultus. Quem annum inſignem reddidit Solis

*e* Theoph. Paul. Diac. 23. c. 14. & ſeq. Zon. Cedr.
*f* Extat. Ep. in 7. Synod.
*g* Synod. 7. Act. 1. p. 377.
*h* Act. 7. p. 654.
*Septima Synodus.*
*i* Theoph Diac. 23. cap. 22.

A° 741. Chriſti ad 800.

defectio: quæ anno 8 Conſtantini, & Irenes contigit, ut ſcribit Theophnes, die Dominico, Septembri 16.

*a* Theoph. Diac. 23. c. 22. Vita. Caro. M.

Secundùm hæc Irene Conſtantinum filium, *a* cui Caroli Francorum regis filiam Rotrudim anno 782 deſponderat, Mariam quandam oriundam Armenia coëgit ducere Novembri menſe anni 788. A quibus ille nuptiis abhorrens: nec non infinitæ Stauracii potentiæ pertæſus, matrem denique anno 790 redegit in ordinem, ac ſolus imperavit annos octo. Qua poteſtate juveniliter, immodicéque uſus, *b* Nicephorum patruum, & Alexium ducem privavit oculis: linguam aliis excidit Auguſto menſe, Indict. 15. Chriſti 792. Triennio pòſt. Maria conjuge repudiata, & in Monaſterium detruſa, Theodotam cubiculariam duxit: jungente nuptias iſtas Joſepho quodam Abbate: connivente verò Taraſio, metu ne, quod minabatur, libidine ardens juvenis Idolorum templa patefaceret. Quæ res Orientalem Eccleſiam tumultibus, ac diſſidiis implevit. *c* Duo quippe ætatis hujus viri ſanctiſſimi, Plato, & Theodorus Studita, à Taraſii communione receſſerunt. *d* Tandem anno imperii 18, Chriſti 797, Irenes matris, & Stauracii dolo comprehenſus, & immaniter excæcatus eſt Auguſto menſe, Sabbato, quo die quinquennio antè patruum luminibus orbarat. Effoſſis oculis Conſtantinus paullo pòſt expiraſſe dicitur. *e* Quod parricidium in Irenes laudem traxêre Græculi quidam, ſed quàm inviſum Deo fuerit ſeptemdecim dierum horrenda caligo teſtata eſt, quæ mortem illius eſt conſecuta. Irene quoque anno pòſt ſexto, Chriſti 802, Indict. 11, Octobris 31, feria 2; ab Nicephoro imperio, fortuníſque omnibus exuta, & in Leſbon deportata, nondum anno vertente obiit.

*Conſtantinus matrem redigit in ordinem.*

*b* Theoph. Paul. Diac. 31. c. 32. Cedr.

*Repudiata coniuge, Theodotam ducit.*

*c* Theoph. Miſcell. 23. c. 36.

*d* Iid. Zon. Cedr.

*Mors Conſtantini.*

*e* Theoph. Diac. Cedre.

A. 741. Christi ad 800.

*De rebus Occidentis, déque Pipino, & Carolo M. ab anno 741 ad 800.*

CAP. VII.

CArolo Martello Francorum principi duo filii ſuccedunt, *a* Carlomannus, & Pipinus. Illi Orientalis Franciæ pars, cum Suevis, ſive Alemannia, & Thuringia: Pipino Burgundia, Provincia, Neuſtriáque ceſſit. *b* Frater amborum Gripho; nam maximus Odilonis Bajoariorum ducis filia genitus, excluſum ſe videns, Laudunum occupat: ubi obſeſſus à fratribus, deditione facta, à Carlomanno in cuſtodiam datur. *c* Hunaldo dehinc Aquitaniæ duce; cum Odilone Bajoario, & Alemannis ab utroque domitis; Carlomannus anno 744 cœleſtis amore vitæ Monaſticum inſtitutum in Soracte primùm; deinde apud Caſſinum ignotus amplectitur. Gripho ſolutus carcere, contra Pipinum rebellat; ab eóque captus, demum in Italiam fuga elapſus, in Alpibus obtruncatur anno 753, cùm jam ſuperiore.

*a* Fredeg. 210.

*b* Adelmus.

*c* Annal. Pith. Adelmus. Sigeb.

*Carlomannus fit monachus.*

*Pipinus fit rex Franciæ.*

Pipinus, Zachariæ Pontificis auctoritate, ac Francorum conſenſu procerum, regiam ad poteſtatem, quam olim obtinebat; novum Franciçi titulum regis adjeciſſet. *d* Hoc enim anno, qui Chriſti numeratur 752, Hildrico Merovingorum poſtremo rege ob inertiam exauctorato, & in monaſterium detruſo, Francorum regnum novam in familiam tranſiit. Prima Pipino cura fuit, oppreſſum ab Longobardis Romanum ſublevare Pontificem. *e* Rachiſio gentis illius regi, qui ab obſidione Peruſiæ Zachariæ Papæ oratione commotus, abdicato regno, monaſticum ad genus vitæ deſciverat anno 750: Aiſtulphus frater ejus ſucceſſerat. *f* Quem Romanis infeſtum Stephanus III Papa fugiens ad Pipinum venit in Galliam: à quo incredibili exceptus honore, eum ut Longobardis bellum inferret adduxit. Anno itaque 754, tranſcenſis Alpibus, incluſum Papia Pipinus Aiſtulphum jurare compulit, cuncta ſe, quæ Romanæ ditionis erant, redditurum. iterúmque promiſſa-

*d* Annal. Pith.

*e* Anaſt. in Zachar. Paul. Vvarnef. 6. c. 9.

*f* Anaſt. in Steph. To. 2. Conc. Gall.

*Longobardos domat.*

A. 741. Chriſti 880.

facere detrectantem, ſed & Urbis imminentem mœnibus, tranſgreſſus in Italiam ad pactorum revocavit fidem *a* anno 756. At tum *b* per Fulradum Abbatem, Exarchatum Ravennæ, quam Romaniam vocant, & Pentapolim, hoc eſt Anconam cum 4 Piceni oppidis, aliáque, Romano Pontifici tradidit. *c* quæ ab Aiſtulpho Græcis Imperatoribus erepta Conſtantinus Copronymus à Pipino per legatos fruſtra repetebat. Eodem tuendæ Eccleſiæ ſtudio Pipinus *d* Vaipharium Aquitaniæ ducem res ſacras deprædantem, ac rebellantem devicit ſeptima in Aquitaniam expeditione; quæ anno 768 cum Vaipharii nece finem habuit. Quo interfecto, & Aquitania omni ſubacta, Pariſiis, 8 Cal. Octo. diem Pipinus obiit, regni ſui decimo ſeptimo.

*a* Annal. Pith. *b* Anaſt. in Steph. 3. *c* Anaſt. *d* Annal. Pith. Adeſ. Ado. Vita Carol. M. Sigeb.

*e* Anno ergo Chriſti 768 Carolus cum fratre Carlomanno paternum regnum partitus eſt. Sed, hoc anno 771 extincto, ſolus regnavit Carolus princeps ſine controverſia maximus. Nam & armis invictus; & doctrinarum excultus ſtudiis earum fautor acerrimus fuit: & Catholicam religionem, ejúſque caput Pontificem Romanum unicè coluit. *f* Hujus adductus precibus (Adrianus is erat, qui Stephano anno 772 ſubrogatus eſt) contra Deſiderium Longobardorum regem Romanæ ſedis hoſtem bellum ſuſcepit anno 773. ac Ticini obſeſſum, & in poteſtatem redactum adduxit in Galliam anno 774. Romano verò Pontifici cùm omnia, quæ à Pipino patre donata erant, rata eſſe voluit; tum adjecit alia quamplurima; Sabinenſe territorium, Spoletinum Ducatum, & Beneventanum, quæ ab *g* Anaſtaſio referuntur; iíſque Venetiarum & Hiſtriæ adſcribuntur provinciæ. Saxones poſt hæc longiſſimo bello, ac propè continuo annorum *h* trium & tringinta perdomuit. Cœptum id eſt anno 772; & 804 terminatum: quando Tranſalbianos omnes cum familiis ſuis tranſportavit in Galliam, Sclavos item: nec non Bajoarios cum duce ſuo Taſſilone rebellantes ad obſequium reduxit. *i* Bellum quoque cum Avaribus, ſive Hunnis anno 791 ſuſceptum, magna illorum ſtrage confecit, eóque tantum

*e* Egin. Vita Caroli. Ann. Pith. Aimo. &c. *Caroli M. initium.* *f* Annal. Pith. Anaſt. in Adrian. *Longobardorum regnum evertit Carolus.* *g* Anaſt. in Adria. *h* Egin. Annal. Pith. Vita Car. M. incerti auctoris. *i* Annal. Car. M. Eginh. Sig. &c.

prædæ partum; quantum nullio ex alio bello, ſcribit Eginhartus. A. 741. Chriſti ad 800.

a Saracenis inſuper in Hiſpania debellatis, partem ejus haud modicam Franciċis ſubjecit armis. b Anno verò præſertim 778 expeditione in Hiſpaniam facta, Cæſaraugustam aggreſſus, acceptis obſidibus, Pampilonam inde diſceſſit: cujus disjectis mœnibus, dum per Pyrenæos in Galliam egreditur, Vaſcones extremum per anguſtias agmen adorti, cæde aliquot principum facta, impedimentíſque direptis, Francorum ſe ab armis inviis ſaltibus, latebríſque tutati ſunt. c Deſideratus eſt inter alios Rutlandus Britannicæ oræ præfectus. Eam cladem ab Aldephonſo Caſto Hiſpaniæ rege, qui Carolum in Hiſpanias exciverat, illatam Annales illius gentis aſſerunt: quod meritò d Baronius ex æqualibus illorum temporum e ſcriptoribus refellit. qui ambos illos inter reges ſanctiſſimum fœdus amicitiæ fuiſſe memorant. tum longè ante Adelphonſi primordium iſta referunt. Qui quidem f æra 825, hoc eſt anno Chriſti 787, regnare cœpit, fortis perinde, ac religioſus princeps, & à perpetua caſtimonia *Caſti* cognomen conſecutus.

a Eginh.

b Annal. Car. M. & Pith.

*Clades Francorum in Pyrenæis.*

c Eginh.

d Baron. A. 778.

e Eginh. & Annales Caroli M.

f Roder. Tolet. l. 4. c. 11.

Nec minùs Catholicæ proferendæ religionis Carolus, quàm regni flagrans ſtudio, crebra ad id epiſcoporum concilia celebravit. g Inter quæ anno 792 inſigne id fuit, quod in Ratiſbonenſi ſynodo epiſcopi Orgelitani, & Elipandi Toletani hæreſis condemnata eſt: qui Chriſtum adoptivum Dei filium aſſerebant. h Eadémque rurſus in Francoſurdenſi Synodo ad Mœnum fluvium notata eſt: qua in Synodo, ſeptima ſynodus œcumenica ab ignaris decretorum illius epiſcopis eſt rejecta anno 794. cum ſuper eâdem imaginum quæſtione, Pipino rege, altera Gentiliaci celebrata eſſet i anno 767.

g Annal. Car. M. & Pith. Alcuin. 1. Con. Elipan.

h Ibid. Vide To. 2. Com. Gal. p. 193.

*Francofurd. Synodus.*

i Anno. To. 2. Conc. Gal.

k Sub hoc rege doctrinæ ſumma opinione floruit Alcuinus ex Anglia profectus in Gallias; quo præceptore plurimum uſus eſt Carolus, & ipſe divinis, humaníſque literis in paucis eruditus, quem ille S. Martini apud Turonos cœno-

k Vita Alcuini.

Digitized by Google

A. 800 Christi ad 840.

bio præfecit, aliiſque nonnullis, nec tamen monachus is fuit: neque ſacerdos, ſed diaconi ordine contentus vivere deſiit anno Christi 804, ipſo die Pentecoſtes, qui incidit in Maij decimum nonum.

## De Carolo M. primo Occidentis Imperatore; ac Ludovico Pio; & utriuſque geſtis ab anno 800 ad 840.

CAP. VIII.

NOvum octingenteſimus Christi annus Auguſtum Occidenti attulit: eam dignitatem pietati Francorum indulgente numine, quam in Oriente Græci propter arrogantiam impietatémque paullatim amitterent.

a Anaſt. in Leone 3.

*a* Leo tertius, qui Adriano ſuffectus erat anno 795, factione quorundam oculis, linguáque mutilatus, & indignis modis vexatus fuerat anno 799. Et quamvis inuſitato prodigio Deus illi oculos *b* ac linguam reſtituiſſet: tamen ſceleris attrocitate permotus Carolus Romam adiit. ubi cum innocentiſſimus pontifex objecta crimina ſponte jurejurando diluiſſet, *c* ipſo Natalis Dominici die, anno 800, nec opinantem invadens Carolum, coronam capiti ejus imponit, ac Romanorum Imperatorem ſalutat. Cui vicem deinceps Carolus obſequio, & liberalitate rependit. *d* Habita inſequenti mox anno de parricidiis quæſtio eſt: damnatique capitis, deprecante Pontifice, ſolum vertere. Sub hæc Dani *e* cum eorum rege Godefrido compreſſi: nec non Veneti: qui & in deditionem à Pipino Caroli filio accepti ſunt anno 810: qui Pipinio ipſi poſtremus fuit. Obiit enim 8 Eid. Jul. Mauros etiam Italiam, inſuláſque populantes per duces ſuos repulit. *f* Sub exitum vitæ, totus in officia religionis ac pietatis intentus diem clauſit 5. Cal. Febr. Aquiſgrani, anno Christi 814, ætatis 71, regni 47, & imperii 14.

b Anaſt. ib. *Carolus fit Imperator.*

c Eginh. Annal Carol. & Pith. Theoph.

d Anaſt. *Geſta Caroli.*

e Annal. Caroli, & Pith.

f Eginh. *Mors Caroli.* Vide Par. 4. l. 4. c. 16.

g Annal. Ludov & Chron. Pith. Thegan. in vita Lud. *Ludovicus Pius.*

*g* Ludovicus ab inſigni vel in divinas res, vel in ſuos pietate cognomen adeptus, ſuperiore jam anno ex Aquitaniæ rege in imperii conſortium aſſumptus à patre, eidem anno, uti dictum

eſt, 814 luce functo ſucceſſit, reliquis Caroli liberis eo ſuperſtite adhuc extinctis; Pipino anno 811, Carolo, ſequenti. *a* Stephanum ille quintum Leoni III. ſubrogatum anno 816 apud Remos excepit, ab eoque Imperatoria corona decoratus eſt.

A. 800. Chriſti ad 840.

*a* Annal. Adel. Anaſt.

Sequenti anno Bernardus Pipini fratris ejus *b* ex concubina filius, Italiæ rex, in Ludovicum rebellans, ejus deinde metu facta deditione, oculis privatur: pleriſque principibus majeſtatis crimine damnatis, & exilio multatis. inter quos Anſelmus Mediolanenſis, & Theodulfus Aurelianenſis epiſcopi fuêre, cujus in fratris filium ſeveritatis voluntarias ex epiſcoporum arbitrio pœnas dedit anno 822. *c* Irmingarde 5 Non. Oct. anni 818 mortua. (quo anno Sol 8 Eid. Jul. defeciſſe proditur, Ludovici anno 5) Juditham Vvelpi comitis filiam duxit in matrimonium: ex qua Carolus cognomine Calvus genitus eſt: cùm jam tres haberet filios, Lotharium, Ludovicum, & Pipinum. Qui cùm præferri ſibi Carolum haud æquo animo paterentur, in patrem haud ſemel inſurrexerunt. Primum *d* anno 830 Pipinus Aquitaniæ rex cum proceribus conſpirans, Imperatorem comprehendit; ac Juditham in cœnobium incluſit; ſuperveniente mox, & probante Lothario. Sed anno ſequenti Germanorum opera Ludovicus recepit imperium. *e* à quo rurſus anno 833 trium conjuratione filiorum, & epiſcoporum ſententia detractus, & abdicare coactus, non multo pòſt in integrum reſtituitur, anno 834, quo Lotharius, qui patrem contumelioſius cæteris acceperat, tardius cum eo reconciliata gratia, civili bello Gallias promiſcuit. donec Imperatoris clementia condonatis omnibus, pax inter illos utcumque coiit. Secundùm hæc apud Theodonis villam celebrato conventu Præſulum, *f* Ebbo Remenſis epiſcopus nefariæ illius in Ludovicum conjurationis particeps, cum Agobardo Lugdunenſi depoſitus eſt anno 835. *g* at poſt Ludovici obitum, anno ipſo 840, ab Lothario reſtitutus, ſubinde Caroli metu ad eundem Imperatorem confugit. Poſtremò à Paſchali Pontifice

*b* Theganus, &c.

*c* Iidem.

*Ludovici filii in patrem rebellant.*

*d* Annal. Pith.

*e* Annal. Vita Lud. Nichardus. To. 2. Conc. Gall. & To. 3.

*f* Conc. Gal. To. 2.

*g* To. 3. Conc. Gall. in Synodica Tricaſſ. Conc.

A. 800. Chriſti ad 841.

prædicandi Northmannis Evangelii mandato ſibi munere, Hildenesheimenſem ſedem in Saxonia, haud longè ab illorum finibus, adeptus eſt beneficio Ludovici Germaniæ regis; ibidémque deceſſit.

*a* Annal. Vita Lud. *Mors Ludovici.*

*a* Pipino demum mortuo anno 837, Ludovicus tres in reliquos diviſo regno, dum Ludovicum filium ob iniquam regni partitionem bellum parantem occupare feſtinat, obiit 12. Cal. Jul. anni 840, anno vitæ 64, imperii 27: & apud Mediomatricos in S. Arnulfi Baſilica ab Drogone fratre ejus urbis epiſcopo ſepultus eſt. Cujus exitum dira Solis defectio portendit *b* pridie Aſcenſionis Dominicæ: qui fuit pridie Nonas Maii, hora diei nona.

*b* Vita Ludov. Annal. Vide Par. 2, l. 4. c. 26.

## *Quæ ſub Nicephoro, Michaële Curopalata, Leone Armeno, Michaële Balbo, Theophilo, in Oriente geſta ſunt ab anno* 800 *ad* 841.

CAP. IX. *Nicephorus Imper.*

IN Oriente Nicephorus, Irene, uti diximus, ejecta, anno 802 imperium arripuit. Ac Bardane, qui invitus ad idem faſtigium à militibus eductus erat, amoto, Stauracium filium participem Auguſtæ majeſtatis abſcivit *c* Indict. 12, Decembri menſe anni 803, homo avarus, ac perfidus, ex Manichæorum diſciplina; quorum magicis artibus erat deditus. Itaque Chriſtianis ab ſacris abhorrens, epiſcopos, clericos, ac monachos peſſimè habebat, & à Magiſtratibus opprimi ac proculcari jubebat. Bellum cum Saracenis habuit: à quibus pacem turpiſſimis conditionibus redemptam nequaquam ex fide coluit. Contra Bulgaros ducturus exercitum vectigales Eccleſias fecit. De quo conquerenti familiari cuidam, cor ſuum, ut olim Pharaonis, obduruiſſe, Deo ita volente, faſſus eſt. Nec diu ſcelerati capitis pœna dilata eſt. Circumventus à Bulgaris, cum imperii totius flore cecidit *d* anno 811, Julii 26. cum imperaſſet annos 9. *e* Stauracius in pugna ſauciatus paucis menſibus regnavit. Quippe anno eodem

*c* Theoph. Paul. Diac. l. 24.

*d* Theoph. Miſc. 24. c. 25. *e* Iid. *Stauracius.*

*a* Michaël Curopalates, cognomine Rengabe, Octobris 5, feria 5, Imperator acclamatur, vir pietate, ac pacis artibus præclarus: ſed haud perinde bellicis rebus idoneus. Quare victus à Bulgaris anno 813, Leoni Armenio principatu ceſſit haud invitus. qui ab Nicephoro Patriarcha coronatus eſt indict. 6, Julii die 11, feria 2: cùm eodem anno (qui eſt neceſſariò Chriſti 813,) Sol Maii 4 die defeciſſet, ut ſcribit *b* Theophanes; cujus hoc anno hiſtoria deſinit. A. 800. Chriſti ad 841. *a* Theo. Miſc. c. 24. Zon. Ced. *Michael Curopalates. Leo Armenius. Theophanis hiſtoria deſinit.* *b* Theo. & Miſc. 24. c. 42.

Eodem porro teſte *c* Theophane, Michaël ad conſtituendam Orientalis Eccleſiæ concordiam omnem adhibuit operam. Sciſſa enim erat in partes; cùm ab Nicephoro Patriarcha, viro cæteroqui ſanctiſſimo, Plato & Theodorus Studitarum præfecti, omni laude cumulati propterea diſſiderent; quòd is ex laico factus eſſet epiſcopus: cùm quòd Joſephum Oeconomum, qui Conſtantini Irenes filii, & Theodotæ nuptias junxerat, ad communionem adhibuiſſet. Qua de cauſſa Theodorus cum Joſepho fratre Theſſalonicenſi epiſcopo, ac Platone, relegatus eſt anno 809, menſe Januario. quo illos ab exilio Michaël ſubinde revocavit. *c* Theo. Miſc. 24. c. 31.

*d* Leo Armenius anno 813, Julio menſe imperium capeſſit, Michaëlis multum diſſimilis. Nam in ſacras imagines, & catholicos, præſertim monachos, omni atrocitate bacchatus eſt hortatore ad id uſus Theodoto: quem quidem Nicephoro Patriarcha pulſo, Conſtantinopolitanum creavit antiſtitem; *e* princeps alioqui reipublicæ non inutilis. Imperavit annos 7, menſes 5. atque ipſo Natalis Dominici die à Michaële Balbo, quem majeſtatis reum in cuſtodia detinebat, inter ſacra ipſa trucidatus eſt anno Chriſti 820. quo ſtatim regnavit. *d* Curopa. Zon. Ced. *Leonis Armenii imperium.* *e* Ced. Zon.

*f* Michaël ab linguæ vitio *Balbus* appellatus Amorio, quod oppidum Phrygiæ eſt, oriundus: *g* ubi ex Judæorum, Manichæorum, cæterarúmque colluvione peſtium ſecta quædam extiterat: quam ſecutus Michaël ſacras imagines, & Catholicum nomen omne proſcripſit: *h* Euthymium, & Methodium viros ſanctiſſimos in exilium extruſit, illum etiam tau- *f* Curop. Zon. Ced. *g* Zon. Ced. *Michael Balbus.* *h* Cedre.

Digitized by Google

A. 800. Chriſti ad 840.

a Curopal. Zon. Cedr.

reis ad necem uſque per Theophilum filium concidit. Methodius Conſtantinopolitanum poſtea Patriarchatum obtinuit. *a* Thomam quendam tyrannidem ſibi parantem Bulgarorum ope vicit, & crudelitatis genere omni laniavit.

b Cedr. Zon.

*b* Creta ſub hoc à Saracenis Hiſpanienſibus occupata, circa annum 823. Ab Africanis verò Sicilia, anno 828, proditione Euphemii. qui in Syracuſana obſidione confoſſus perfidiæ pœnas dedit. Exinde Calabria, & Apulia, & Italiæ pleraque Saracenis patuerunt. *c* Obiit anno 829, poſt annos imperii 8, menſéſque 9.

c Iid.

d Iid. *Theophilus.*

*d* Excepit hunc Theophilus ejus filius Octobri menſe, Indict. 8. ut ſcribit Cedrenus: haud dubiè anno, quem dixi, 829; paternæ impietatis æmulus. Nam & cultores imaginum perſecutus eſt, imprimiſque Theophanem; ac Theodorum fratres, pietate longè præſtantiſſimos, ignominiosè habuit. Juris idem tamen exactor ſeveriſſimus fuiſſe perhibetur. Atque imperio annis 12, menſibus 3 potitus, anno Chriſti 841, altero poſt Ludovici Pii mortem, exceſſit è vita.

## *De rebus Occidentalis imperii ſub Caroli M. poſteris, aliiſque, ab anno 841 ad 900. circiter; ac Franciæ præſertim regibus, déque viris illuſtribus.*

CAP. X. *Ludovici filiorum civile bellum.*

POſt Ludovici Pii Imperatoris exceſſum in ejus filios de regni jure, ac finibus orta diſſenſio eſt. Lotharius Imperator natu maximus ad ſe omnia trahere cupiebat. Huic Ludovicus, & Carolus conjunctis viribus reſtitêre; victúmque 7. Cal. Jul. ad Fontinatam villam magno prælio in fugam egêre *e* anno Chriſti 841. Qua pugna tanta Francorum ſtrages facta eſt, quantam fuiſſe hactenus non meminerant.

e Chron. Pith. Regino. Herman. Otho. Friſc. 5. c. 35. Maria Sco.

Inſequenti anno, fugato iterum Lothario, tandem inter ſe conveniunt, ac paternum regnum ita diviſerunt: Lothario præter Romanum imperium; hoc eſt *f* Romam, & Italiam,

f Regino.

Belgica

a Belgica ceſſit: quæ ab eo Lotharingiæ nomen inveniſſe proditur, ac Scaldi, & Rheno continetur; ait Sigebertus anno 844: necnon Provincia, ſive Burgundia. Ludovico Germania omnis uſque Rhenum: *b* ultráque hunc civitates tres vini gratiâ, Moguntia, Spira, Vvormatia. Carolus occidentalem ſortitus eſt Franciam *c* ab Moſa flumine ad Britannicum Oceanum. Idémque Pipini quondam fratris ſui filios Pipinum, & Carolum Aquitaniam ſibi vendicantes Monachos coëgit fieri. quod ad annum 852 Sigebertus refert.

A. 841. Chriſti ad 900.
*a* Otho Friſ. l. 5. c. 35. Sig.
*b* Aimo 5. c. 19. Sige. A. 844.
*c* Otho. Regino. Sig. Vide cap. Car. Cal. 37. & Sirm. ib.

*d* Hujus filia Judith, quam ex Hermentrude ſuſceperat, *e* Ethelredo Angliæ regi nupta; poſt ejus mortem in Gallias reverſa, à Balduino Comite non invita rapitur *f* anno 862. Qua de cauſſa epiſcoporum ſententia *g* anathemate damnatus Balduinus Romam ad Nicolaum Papam venit. qui enixis precibus tandem illi ab rege veniam impetravit. Reconciliatus igitur Balduinus, ac ritè celebratis nuptiis, dotalem ab Carolo Flandriam accepit anno 866.

*d* Concil. Gal. To. 3. p. 194. & ſeq. Flodoard. lib. 3. cap. 12. Meyerus.
*e* Flodoard.
*f* Conc. Gall. To. 3.
*Judith Calvi filia à Balduino rapta.*
*g* Conc. Gall. p. 213. To. 3.

*h* Tertius igitur à Carolo Magno Imperator Occidentis Lotharius annis circiter 15 imperium tenuit. Quippe anno 855 rerum humanarum tædio, regnum omne diviſit in filios tres, atque in Prumienſi cœnobio Monachus eſt factus, ubi & 3 Cal. Octob. obiit. Ejus porro filii fuêre Ludovicus, cui Italiam cum imperio reliquit; Lotharius, cui Lotharingiam dedit; Carolus, qui Provinciam accepit. *i* quo mortuo, ejus inter fratres diviſa portio eſt, & ex ea Lotharius Lugdunum, Veſontionem, Viennam eſt ſortitus.

*h* Ann. Pith. Sigeb. Her. Maria. Regino. Otho Friſ. 9.
*i* Cap. Car. Cal. loc. cit.

Quartus Imperator Ludovicus II anno 855 iniit, *k* & annis imperavit 19, uſque ad 875. Hic contra Saracenos Africanos Italiam vaſtantes bellum geſſit. *l* Adelgiſum quoque Beneventanorum ducem compeſcuit. & quamvis ab eo circumventus ignominioſam pactionem feciſſet, Italia pulſum in Corſicam fugere compulſit. *m* Ejus frater Lotharius Vvaldradæ pellicis amoribus irretitus, Theutbergam conjugem Boſonis filiam falſis oneratam criminibus repu-

*k* Otho Friſ. 5. c. 6.
*l* Idem. Friſ. 5. c. 4. Sibeb.
*m* To. 3. Conc. Gal. pag. 189. Otho Friſing. l. 5. c. 3. & 4. Herm. Aimo. 5. c. 29. Sigeb. A. 863. Anaſt. in Nicol. primo. Anna. Pith. 862.

A. 841. Chriſti ad 900.

diare inſtituit. de qua re cùm ad Nicolaum primum Pontificem ſcripſiſſet, cunctante illo Synodum Aquiſgrani cogit anno 862, tertio Cal. Maias, epiſcoporum octo; quorum principes erant Guntharius Agrippinenſis, & Teutgaudus Trevirenſis. Ab iis novæ cum Vvaldrada permiſſæ nuptiæ. *a* Quod cùm Nicolaus improbaſſet, & alterum apud Divodurum Mediomatricorum concilium indixiſſet, id ſequente anno 863 habitum eſt, pari ac prius illud eventu. Legati porro ex eodem concilio Romam decreti ſunt Guntharius & Theutgaudus. quos Nicolaus Pontifex dignitate movit; ac Metenſi Synodo anathema dixit in Lateranenſi Concilio. At illi Pontificis auctoritate ſpreta, pro epiſcopis nihilominus ſe geſſerunt. Sed ut eorum loco alii epiſcopi crearentur, Nicolaus inſtitit. *b* Lotharius poſt crebras tergiverſationes, tandem ab Ludovico Imperatore contra Saracenos ad auxilium vocatus Romam adiit anno 869, mortuo jam ante biennium Nicolao, & ab ejus ſucceſſore Adriano II. per fraudem ac mendacium exorata venia; cùm ſub communionem Dominici Corporis Vvaldrada ſe pellice poſt interdictum abſtinuiſſe, & in poteſtate fuiſſe Nicolai Pontificis juraſſet, ſacrilegii illius in reditu pœnas dedit Placentiæ, lethali morbo confectus eodem anno, *c* ſexto Eidus Auguſti. Julio menſe mortuum *d* produnt alii; neque id cujus cauſſa venerat, ab Hadriano impetraſſe. *e* Cujus regnum Carolus Calvus, & Ludovicus rex Germaniæ inter ſe partiti ſunt. Ab hoc juniore Lothario regnum appellari Lotharingiæ cœpiſſe potius videtur, quàm ab ejus parente.

*a* Conc. Gall. To. 3. p. 217. Ann. Pith.

*b* Regino, & cæt. citati. *Lotharii mors horrenda.*

*c* Regino. *d* Ann. Pith.

*e* Cap. Car. Cal. Tit. 35. Herm. Reg.

His Imperatoribus Franciæ rex, quæ Occidentalis appellabatur, erat Carolus cognomento Calvus, vafer ac ſubdolus princeps, & alieni ſemper appetens. *f* qui anno regni Francici 36, Chriſti 875, Ludovici Imperatoris audita morte, Romam advolans, à Joanne 8 in Auguſtum coronatus eſt, ipſo Natalis Dominici die. *g* ex quo magnos deinde ſpiritus ſumpſit, & Græcanico ritu Dalmaticus inceſſit. Moritur poſt

*Carolus Calvus Franciæ rex.*

*f* Cap. Car. Cal. p. 407. Aimo. 5. c. 32. Regi. Herman. Marian. *g* Sigeb. 876.

Digitized by Google

hæc Nonis Octob. 877, imperii 3; ait Flodoardus, poſt Pii patris obitum 37, veneno ab Sedecia Judæo ſublatus, quo is medico plurimùm utebatur. Ejus frater Ludovicus Germaniæ rex anno 876 deceſſit, filiis relictis tribus, *a* Carlomanno, qui Bajoariam, Pannoniam, Boëmiam, Moraviam accepit; Ludovico, cui Orientalis Francia, Thuringia, Saxonia, Friſia, Lotharingia ceſsêre: Carolo Craſſo, qui Alemanniam obtinuit. Ex his *b* Ludovicus Calvum Lotharingiæ finibus inhiantem magna clade repulit anno 876, Nonis Octobr. mortuúſque ſcribitur *c* anno 882, 13 Cal. Dec.

A. 841. Chriſti ad 900.

*a* Otho 6. cap. 6.

*b* Ann. Pith. Aimo. 5. c. 33. & 34.

*c* Pith. An. Herman. Aimo. 5. c. 40.

Carlomannus Bavariæ rex extinctus eſt anno 880: ut eſt Pithœi Chron. cujus filius Arnulphus fuit, de quo poſtea.

Carolo Calvo quinto Imperatore mortuo, ſextus numeratur

Carolus Craſſus Ludovici Germaniæ regis filius, ex *d* anno 888. Falluntur enim qui Ludovicum Balbum Calvi filium Imperatoribus accenſent. Errori cauſſam dedit, *e* quòd à Joanne Papa 7 Id. Sept. coronatus dicitur anno 878. ſed regia fuit hæc, non Imperatoria corona. Tametſi Joannes Balbo favens, in eum transferri ſtuderet imperium, ob ídque vexatus ab Romanis, Urbe coactus ſit excedere, ut Sigebertus ad annum 878 prodidit. Hinc ad Balbum profectus, anno integro apud ipſum fuit. *f* Ergo Balbus Franciæ rex tertio à patris obitu anno periit, 4 Eid. April. *g* Paraſceve. qui character in annum cadit 879. Quem *h* præterea duabus eclipſibus anno antecedente commiſſis inſignem faciunt Annales: altera Lunæ, 14 Oct. Solis altera, ejuſdem 29, quæ in 878 annum competunt, qui proximè præceſſit eum, quo Ludovicus mortuus eſt. Filios ex Anſgarde priore conjuge, ſed patris juſſu repudiata, ſuſceperat duos, Ludovicum, & Carlomannum: ex Adelaide verò Carolum Simplicem in cunis, *i* moriens reliquit. Poſt altercationem reges Franciæ creati ſunt.

*Carolus Craſſus.*

*d* Aimo. 5. c. 40. Otho Friſ. 6. c. 8.

*e* Aimo. 5. c. 37.

*f* Ann. Pith.

*g* Aimo. c. 39.

*h* An. Pith. & Regino. Sigeb.

*i* Aimo. 5. c. 42. & Floriac. Chro. Fragm.

*k* Ludovicus, cui Francia, & Neuſtria obtigit; & Carlomannus, qui Burgundiam, Aqui-

*k* Cap. Cal. Aimo. 5. c. 40. Sigeb. 878.

A 841. Christi ad 900.

taniámque tenuit; Boſone rejecto Richildis Calvi conjugis fratre, Ludovici Imperatoris Lotharii Imperatoris filii genero: quem idem Provinciæ regem Carolus Calvus fecerat anno 878, ut ait Sigebertus, cùm eodem tempore Lotharingiam occuparet. Hugo Lotharii ex Vvaldrada filius. *a* Ludovicus anno 882 obiit Auguſto menſe. Carlomannus anno 884.

*a* Aimo. 5. c. 39. & 40.

*b* His ſubrogatur Carolus Craſſus Imperator, anno 885; qui novum hoc Franciæ regnum non ultra 889 obtinuit. Quo abdicare coactus ob animi, corporiſque valetudinem, re adversùs Northmannos infeliciter geſta, ad eam calamitatem recidit, victum ut ſibi precariò quæreret ab Arnulpho Carlomanni Bavariæ regis filio. Moritur anno 888 quem ab pietate plurimùm commendant Otto Friſingenſis, Hermannus, & Regino. qui in eo tamen minimè laudatur, quòd conjugem ſuam caſtiſſimam feminam temerè ſuſpectam habuerit, & cum ea divortium fecerit.

*b* Otho Friſ. l. 6. c. 8. & 9. Sigeb. Herm. *Carolus Craſſus exauctoratur.*

Amoto Carolo, tam Romanum imperium, quàm Francorum regnum aliquandiu fluctuavit. Ita Berengarium Ebergardi Forojulienſis ducis filium regem eligunt. Vvidonem alii Lamberti filium Spoletanum ducem. *c* Vvido Francici regni poſt Calvum ſpe dejectus, Berengarium bello perſequitur; victúmque cogit ad Arnulfum confugere: quem Italiæ potiundæ ſpe eò facilè pellexit. *d* Vvido Imperatoris nomine Italia potitus, anno 894 moritur. *e* Cujus filius Lambertus Imperatoris & ipſe nomen à Vvidone patre anno 892 conſecutus, anno 899 in venatione peremptus eſt.

*c* Luithprand. l. 1. c. 6.

*d* Maria.

*e* Luith. 1. c. 10. Otho Friſ. 6. c. 13. Sigon. 6. de reg. Ital. Onufr. 3. de Romanis Princ.

Arnulphus ergo Carlomanni filius Lamberto adhuc ſuperſtite Imperator Occidentis anno Chriſti 896 à Formoſo Papa creatur. *f* qui ex Portuenſi epiſcopo Romanus creatus Pontifex ſedit anno 891, excluſo Sergio, qui Pontificatum violenter invaſerat. Nec triennium Arnulphus exceſſit. Siquidem *g* anno 899 pediculari periit morbo, ut auctor eſt Luithprandus, 5 Cal. Dec.

*f* Luith. 1. 8. Herm. Otho Friſ.

*g* Regin. Luit. Maria. Lam. Schaph. Herman. Sig. 902. Vrſp.

Formoſus autem anno 896 mortuus, ſequenti

ab Stephano ſucceſſore ſuo ſepulchro extractus; ſacriſque veſtibus exutus, & tribus mutilatus digitis, in Tiberim eſt abjectus, quòd relicta priſtina ſede, in Romanam involaſſet. Sed hujus acta Conciliabuli in Ravennate ſynodo ab Joanne IX reſciſſa ſunt anno 898, ut putat Sigonius, qui ejuſdem decreta Concilij recenſet, *a* de quibus agit & Rubeus: alij, ut Baronius, anno 904, antecedenti Sigebertus adſcribit.

A. 841. Chriſti ad 900.

*a* Lib. 5.

Franci interim, dum Carolus Balbi Ludovici filius adoleſceret, *b* Ottonem, vel potius Odonem Pariſienſem comitem, conſentiente Arnulphio, regem eligunt anno 889. Fuit hic Roberti Franciæ ducis filius, ejus, qui à Northmannis *c* anno 867 occiſus eſt. Atque hic annis novem Francos gubernavit, uſque ad annum *d* 898: quo moriens Januar. 3, Francorum principes obteſtatus eſt, uti Carolo Ludovici Balbi filio regnum deferrent, quo cum bellum aliquot jam annos gerebat. Quippe Franci Odone in Aquitania morante Carolum duodennem (ait Sigebertus) in regnum revocant; ſed majorem fuiſſe poſtea demonſtrabitur. Quo ex tempore *e* Odonem inter & Carolum civili certatum eſt bello.

*b* Regino. Frag. Pith.

*c* Regino.

*d* Reg. Sige. Odorannus.

*e* Sigeb. Albo de Obſ. Par. l. 2.

Joannæ Papiſſæ fabula in idem incurrit ſæculum. Hæc enim in Mariani Scoti, & Sigeberti Chronicis anno 854 adſcribitur, atque inter Leonem IV, & Benedictum III media ponitur. Sed in utriuſque caſtigatis exemplaribus Joanna iſta nuſquam legitur. Quinetiam *f* Photius ipſe, qui ætate illa vixit, nullo interjecto, Benedictum; huic Nicolaum, tum Joannem ſubſtituit., ut appareat ludicram hanc fabellam ab otioſis nugatoribus eſſe confictam.

*Joanna Papiſſa.*

*f* Leo Allatius Com. de Ioanna Pap.

Hic ille eſt Leo IV, *g* qui Saracenis Italiam vaſtantibus, ac Venetorum obtrita claſſe, terrorem longè, latéque circumferentibus, Romanæ Urbi veteri novam addidit, quam Leoninam vocant.

*g* Anaſt. in Leone.

In Germania *h* Rhabanus Maurus Lothario Imperatore floruit, Moguntinenſis, ex Fuldenſi monacho, factus epiſcopus. Hincmarus item in Gallia Remenſis epiſcopus Carolo Calvo regnante, *i* Ab utroque damnatus, & refutatus eſt

*h* Sigeb.

*i* Conc. Gal. To. 3. p. 64. & ſeq.



Digitized by Google

A. 841. Chriſti ad 900.

Godeſcalus monachus Orbacenſis, qui Prædeſtinianorum dogma renovaſſe creditus eſt. atque hic Rhabano præſide in Moguntinenſi ſynodo convictus, condemnatúſque anno 848, eodem anno apud Remos ab Hincmaro pari ſententia perculſus, ac virgis cæſus, librum ſuum in ignem coactus eſt projicere, & in carcerem compactus. Hincmarum tamen, & omnem contra Godeſcalum ejus actionem refutavit Florus Magiſter Lugdunenſis Diaconus, ſub Lugdunenſis Eccleſiæ nomine erudito edito commentario. *a* Nicolao primo ſedente vixit in Galliis Joannes Scotus vir doctus, ſed hæreſis ſuſpectus: qui Dionyſij libros Latinè vertit; de qua interpretatione Nicolaus ad Carolum Calvum literas dedit.

*a* Tom. 3. Conc. Gall. p. 352.

## *De Northmannorum graſſationibus, & cladibus per eos variis temporibus importatis in Gallias: déque Neuſtria illis attributa.*

CAP. XI.

NOrthmannorum graſſationes, prædationéſque crebræ ætate iſta per Gallias, & provinciis omnibus exitiales fuerunt. Danici generis illos ferunt, atque è Scanzia profectos, quam *Northuveſiam* appellant, qui, *b* jam tum imperante Carolo Magno, circum borealem oram Galliæ populabundi navigare inſtituerant, ac Friſonum, & Scotorum infeſtare littora. Sed quòd imperij tum limites firmiſſimis præſidiis obtinebantur, facilè eorum impetus arcebant. Quod idem Ludovico Pio regnante perſeverarunt facere. At eo mortuo, *c* cum civilibus motibus totum quateretur imperium, & detracto, qui in præſidiis erat, milite, nudata defenſoribus ora eſſet maritima Galliæ, impunius evagari cœperunt: ac non jam piraticas excurſiones; ſed juſtas expeditiones in interiora regni fecerunt. *d* Anno eo, qui mortem Ludovici conſecutus eſt, Chriſti 841, occupatâ ſubito Rothomago, cædibus atque incendiis cuncta vaſtarunt, latéque ſecundum Sequanam populatione facta, ingen-

*b* Annal. Pith. An. 810. & ſeq.

*c* Chron. Beſvenſe in Script. Nort. p. 22.

*d* Geſta North.

tes prædas egerunt. *a* Eodem anno Haſtingo duce in Turonos progreſſi, cum circum vaſtitatem intuliſſent, ab ipſis urbis mœnibus S. Martini ope propulſati ſunt 4 Eid. Maii. *b* Poſt biennium per oſtia Ligeris evecti, Lamberti Comitis proditione, qui à Francis ad Nomenoium Britonem defecerat; Namnetum urbem capiunt; ubi epiſcopum ipſo ſancti Sabbati die ſacris operatum cæremoniis interficiunt, cum pleriſque Clericis, & utriuſque ſexus promiſcua multitudine. Id anno 843 aſſignant annales quidam. At Rhegino in 853 conjicit; quo primùm Northmannorum claſſem Ligeris attigiſſe littora ſcribit. cui & Fuldenſe Chronicon, & Sigebertus aſſentiuntur. Utroque anno veriſimile eſt per ejus fluminis oſtia ſubeuntes, Namnetum oppidum invaſiſſe. Hoc etiam poſteriore, poſt direptos Namnetas, ut iidem aſſerunt, in *c* Turonos cùm veniſſent, Cari, Ligeríſque fluminum alveis majorem auctis in modum interclusi, atque ab urbis aditu prohibiti, ſuburbana omnia, ſuque his Monaſterium quod *Majus* dicitur, S. Martini habitatione celebre ſuccendunt: mactatis in eo monachis centum & viginti: Heberno verò Abbate diris tormentis excruciato. Populatis exinde Cenomanis cum in Turonos redire illos fama vulgaſſet, B. Martini corpus à Clericis Aurelianos primum, inde Antiſſiodorum uſque pervehitur; ubi annos aliquot aſſervatum frequentibus & inuſitatis prodigiis in ſumma claritate fuit. quod cum deinde, pacatis rebus, Turonenſes repeterent, Antiſſiodorenſes verò id à ſe nollent dimittere: Ingelgerius Andegavenſium comes vi & armis extortum priſtinam in ſedem revexit anno Chriſti 885. *d* At Northmanni illo anno 853, ſexto Eidus Novemb. Turonorum urbem cum B. Martini baſilica, cæteríſque ſubjecto igne demoliti ſunt. Item Juliomagum Andegavorum. *e* Quibus illorum ſceleribus, ac ſacrilegiis offenſo numine, civile inter ipſos exortum eſt bellum, quo, præter innumerabile vulgus, penè nobilitas omnis concidit: ſic ut regia de ſtirpe, præter puerum unicum, reliqui nihil eſſet. quod anno

A. 841. Chriſti ad 900.

*a* Chron. Turon. in Hiſt. North. p. 25. & Odo Clun. Tract. de reverſ. S. Mart. in Bibl. Clun. p. 117.

*b* Geſta North. & Chron. vetus ſcriptum.

*c* Geſta North. Rheg. Od. Clun. & Chro. Turon. Sig.

*Tranſlatio S. Martini.*

*d* Geſta North.

*e* Chron. Fuld. in Hiſt. North. p. 15.



Digitized by Google

A. 841. Chriſti ad 900.

854 Fuldenſes Annales adſcribunt. Quin iidem *a* inſequente anno Auguſtoritum Pictonum adeuntes tanta ab Aquitanis clade profligati ſunt, ut haud multo amplius trecentis evaſerint. Biennio poſtea, anno 857 in Pariſios impreſſione facta ſuburbanas complures Eccleſias, & inter has, S. Genovefæ, flammis conſumunt: idem ne cæteris facerent, ingenti ab iis pretio cives impetrarunt.

*a* Geſta North.

*b* Poſt immenſo circuitu, inter Hiſpaniam & Africam per Gaditanum fretum circumvecti, & adverſo Rhodano ſubeuntes, Valentiam uſque vaſtitatem intulerunt, & in Italiam excurſione factâ Piſas ex improviſo populati ſunt. *c* Anno 861 Lutetiam reverſi, S. Vincentii, ſive S. Germani baſilicam, ante annos quatuor, ut dixi, immenſa pecunia redemptam, incendio tradiderunt. In Aureliano quoque impetum anno 865 fecerunt; ac Floriacenſi incenſo cœnobio, urbem ipſam Aureliam eâdem clade pervaſtarunt. Qua in urbe, reliquis igne conſumptis baſilicis, ſola princeps, quæ S. Crucis titulo dicata eſt, incendio corripi non potuit; quamvis certatim ad id excitandum barbari faces, ac malleolos ſubiicerent.

*b* Geſta North.

*c* Bad geſ.

*Ædes S. Crucis Aureliani, magno miraculo ſervata.*

Regnabat tunc in Gallia Carolus Calvus: *d* qui ad eam populſandam calamitatem magis animo impar, quàm viribus, magna pecuniæ ſumma turpem cum illis pactionem fecit anno 867. *e* Neque tamen prohiberi furor eorum potuit; quin eodem hoc anno, ductore Haſtingo, per Ligerim evecti, adjunctis Britonibus, Nannetum, Andegavorum, Cenomanorum: ac Turonum agris haud minorem ſolito ſtragem inferrent. Exinde prædâ graves in reditu ab Rutperto Marchiæ iſtius præfecto, & Ragnoldo Aquitaniæ duce circumſeſſi, utroque occiſo, ac Francis dilapſis, tutum ad naves perfugium habuerunt. Quadringentos haud amplius barbaros *f* Annales fuiſſe memorant: ac tam exigua manu tanto majores copias ideò ſuperatas eſſe, duces verò ipſos interfectos; quòd eorum alter S. Hilarii, alter S. Martini opima cœnobia præter fas obtinerent. Rutberti in locum Hugo cognomento

*d* Geſta North.

*e* Bad. geſ. & Rheg.

*f* Geſta North.

Abbas, quòd perinde ut illi quibuſdam cœnobiis Abbatis loco eſſet, ſufficitur. Nam duo illius liberi, Eudo, ſive Odo, & Rutbertus nondum per ætatem paternam dignitatem capere poterant.

A. 841. Chriſti ad 900.

*a* Hoc ſucceſſu elatiores barbari, ut piraticam tandem facere deſinerent, & certam ſibi ſedem in Gallia ſtatuerent, Juliomagum Andegavorum dilapſis fuga civibus vacuefactum occupant, ac munire inſtituunt; eodémque conjuges & liberos, ac fortunas omnes convehunt. Quod indignè ferens Carolus, evocato in auxilium Salomone Aremoricorum regulo, valida ipſe coacta manu, urbem obſidet. Sed fame, ac peſte, multóque magis longioris moræ tædio fatigatus Carolus, datis conditionibus, acceptáque pecunia, tutò illos inde permiſit egredi anno Chriſti 873.

*a* Reg. Sigeb. A. 873.

*b* Rege mortuo Calvo, ejúſque filio Ludovico; Ludovicus Carlomanni fratre prædabundos in Belgica, & ad Somonam Northmannos aliquanto ſucceſſu anno 881 compeſcuit. *c* At illi converſo in Ciſrhenanam Germaniam impetu, fœda ubique veſtigia reliquerunt. Crematum tunc ab illis eſt Aquiſgranenſe palatium; nec non Auguſta Trevirorum, & Colonia anno 882. *d* Carolus Craſſus, qui tum imperabat, armis diffidens, pacem cum eorum regibus Godefrido ac Sigefrido fecit, tranſlata in eorum ditionem Friſia, ac magnis attributis muneribus. Addunt *e* Annales aliqui, Godefridum Chriſtianis initiatum ritibus è ſacro fonte ſuſceptum ab Imperatore, Giſlam, vel Gillam Lotharii regis filiam in matrimonium accepiſſe.

*b* Rheg.
*c* Geſ. North. Fuld. Chron. Rheg. Aimo. 5. c. 61.
*d* Iid.
*e* Geſta North. Rheg. Sige. A. 886.

*f* Digreſſi inde Northmanni, contra Carlomannum, qui fratre mortuo Ludovico, ſolus in Francia dominabatur, copias promovent; ab eóque haud mediocrem pecuniæ ſummam exprimunt; & in poſterum tempus vectigal imponunt, Chriſti 883. Tum ubi is anno ſequente obiit, iterum ad deprædandum illius regnum valido cum exercitu redeunt; ideo dicentes licere ſibi facere, quòd cum nemine alio, quàm cum rege pacem feciſſent. Quibus rebus exercitiu principes

*f* Geſta North Rheg. Sige. A 885.

Carolum Craſſum Imperatorem ad regnum Franciæ capiendum evocant; rati ſe ejus armis & potentia, qui tot gentibus præerat, tutos ab Northmannorum impreſſione futuros. Sed multum eos in omnem partem opinio fefellit.

a Abbo Floriac. Geſta. North. Rheg. Sigeb. b Ioan. Aſſer. à Pith. editus ante Abbonem Fuld. Chr. *Obſidio Lutetiæ.* c Reg. d Ann. 888.

a Hoc enim rege validioribus inſtructi copiis barbari Lutetiam oppugnare auſi ſunt b an. 886. Sed eam vrbem Odone duce Fortiſſimo Rutberti filio, & Gozlino epiſcopo tutantibus, obſidionem intermittunt; ad eâmque rurſus anno 887 redeunt: donec Carolus incaſſum eos adortus c ita demum cum illis compoſuit: uti Tranſſequanenſem Galliam, quæ Neuſtria dicitur, quæque ab imperio ſuo defecerat, iis ad prædandum permitteret. d Sigebertus tractum hunc omnem Galliæ, non ad direptionem, ſed jure perpetuo Northmannis conceſſum ſignificat.

e Abbo. l. 2. de Obſid. Lut. p. 476. edit. Pith. f Otho Friſ. l. 6. c. 11. Sigeb. A. 895. g Rheg.

e Pax ea videtur facta Martio menſe anni 887; indéque Carolus Novembri receſſiſſe. Nec diu poſteà regnum, vitámque produxit Carolus, quorum illud priùs ereptum eſt ipſi: datúſque ſucceſſor imperii Arnulfus: regni Francici Odo Roberti filius, qui ambo Northmannos haud levibus affecêre damnis. f Arnulfus per Lotharingiam graſſantes ad unum penè concidit anno 893. De Odonis cum Northmannis conflictu ita prodidit Abbo Floriacenſis, vir ſanctitatis & martyrii gloria celebris: cùm Northmanni Carolo Craſſo adhuc ſuperſtite, contra pactum cum eo fœdus, iterum ad Sequanam, ac Lutetiam revertiſſent, interclusos à Pariſienſibus, ac veniam petere coactos; data fide, nunquam ſe eò deinceps venturos. Cùm hac conditione dimiſſi eſſent, brevi poſt intervallo rediiſſe, ac cædem, populationémque de more feciſſe: quo permoti Pariſienſes quotcumque apud ſe Northmannos invenerunt (quingenti autem omninò ſunt reperti) neci mandaſſe. Pòſt amoto Carolo Craſſo, Odonem regis accepto nomine, contra Northmannos ſtrenuè certaſſe, & ad Montem Falconem (is eſt ſuburbanus collis) undeviginti eorum millia profligaſſe; quod anno 898 contigit. g Poſtremus ad Lutetiam Northmannorum conatus anno 890 nihilo cæteris ſecundiorem

ſucceſſum habuit. Itaque deſperata expugnatione tandem abierunt. Hanc obſidionem ſeptem annorum fuiſſe *a* quidam annales aſſeverant. credo quòd ex intervallo ſæpius illam repeterent. Id enim aliquot deinceps annis factum ab iis eſſe Sigebertus refert. Quinetiam Carolo regnante Simplice, poſt Odonis obitum, perſæpe Northmannos Rollone duce, excurriſſe Lutetiam uſque, hiſtoriæ veteres affirmant. ex quibus id etiam memoria dignum videtur: cùm ab illis Autricum Carnutum obſideretur, circumlata B. Virginis ſubucula, quam Carolus Calvus Veſontione allatam ibi collocarat, tantum iis repente pavoris injectum, uti in fugam præcipites ſe darent. Id in *b* Chronico quodam anno Arnulphi ſexto tribuitur. *c* In altero, ſeptimo ab Odonis morte, qui putatur Chriſti 905. *d* Eſt ubi id anno 911 accidiſſe legitur: quando ad Carnutum oppidum, ab Richardo, & Roberto ducibus pugna commiſſa eſt, cæſique Northmanni: cujus expeditionis *e* Dudo meminit.

A. 841. Chriſti ad 900.

*a* Beſvenſes in Hiſt. North. Dudo l. 2.

*B. Virginis ſubucula apud Carnotenſes.*

*b* Turon. p. 26. Hiſt. North.
*c* Ambazienſi, p. 25. ibid.
*d* In vetere membrana.

*e* Lib. 2.

*f* Ad poſtremum Franconis opera Rothomagenſis epiſcopi Rollo dux Northmannorum cum Carolo Simplice in fœdus, amicitiámque venit: éique Chriſtiano ritè facto Carolus Giſlam filiam in matrimonium dedit, cum ora omni maritima Galliæ, ab Epta fluvio ad mare porrecta, ab illis Northmannia vocatur. Rollonem è baptiſmi fonte ſuſcepit Robertus Francorum dux: ab eóque Rollo Roberti & ipſe nomen accepit. *g* Hæc anno Chriſti 912 geſta eſſe Dudo confirmat, qui & hoc adjicit: cùm Neuſtria ob aſſiduas populationes inculta eſſet, neque Northmannis ad annonam ſufficeret, Britanniam iis minorem unde viverent, ab rege Carolo conceſſam.

*f* Dudo l. 2. Geſta North. Floriac. Chro. p. 34. Hiſt. North.

*Northmanni Chriſtiani ſiunt.*

*g* Ordericus l. 3.

Ad hunc modum Northmanni, poſtquam annis ferè centum magnam Europæ partem, imprimíſque Galliam, piraticis excurſionibus infeſtam habuerant, tandem certum in ea domicilium adepti ſunt: indidémque id alias profecti regiones, clarum ſibi militia nomen, cum nonnullarum etiam imperio pepererunt.



Digitized by Google

## *De Orientali imperio ſub Michaele, ac Theodora matre, Barda, Baſilio Macedone, Leone Philoſopho: déque S. Ignatio, & Photio, & octava Synodo.*

CAPUT XIII.

a Curopal. Zon. Ced. Glycas, Conſtant. Manaſ.

*Michael & Theodora Bulgari ad Chriſtum converſi.*

a ORientis imperium Theophilus moriens Michaëli filio reliquit, ſub matris tutela Theodoræ religioſæ, viriliſque animi feminæ. Quæ ſacris inſtauratis imaginibus, Methodium virum ſanctiſſimum Patriarcham conſtituit. Bulgarorum regem Bogorim bellum in Romanos molientem abſterruit. atque is ſororis hortatu, quæ capta bello, apud Romanos Chriſtianos ritus ſuſceperat, cum tota gente Chriſto nomen dedit. cujus rei Annales quoque Pithœani meminerunt anno 865.

b Sigeb. 865.

b Hunc proditum eſt, poſt annos aliquot, amore quietis & ſeceſſus monachum factum, cùm ſucceſſorem filium ſuum peſſimè curare rempublicam audiſſet, & ad priſtinam ſuperſtitionem redire velle, reſumpſiſſe regnum; & excæcato filio, atque in minorem alterum translato dominatu; in monaſterium revertiſſe.

c Curop.

*Bardas.*

Tam felicem imperii ſtatum Michaëlis vecordia, & ejus avunculi Bardæ interpellavit ambitio. Hujus enim conſilio Michael Theodoram matrem, c qua cùm annis 14 rempublicam adminiſtrarat, privatam ad vitam extruſit anno Chriſti 855. Tum rebus omnibus Bardæ arbitrio permiſſis, quem Curopalatem, deinde Cæſarem fecit; totum ſe ludis, aurigationibus, ac perpotationibus dedit. d Ad extremum Bardas Cæſar, aſſentiente Michaele, & Baſilio Macedone Protoſtatore Michaelis, occiditur anno Chriſti 866, April. 1, Indict. 14, ait Europalates. Fit paullo pòſt à Michaele Baſilius imperator e Maii 26, ipſo die Pentecoſtes. Qui cùm illum ab nequitiis, & ſceleribus ad frugem revocare cuperet, ejus odium in ſeſe, atque inſidias concivit. Eas ut anteverteret; cùm præſertim remigi cui-

d Iidem & Nicetas in S. Igna.

e Curop. & Ced.

dam temulentus imperium obtuliſſet, Michaelem Baſilius obrutum vino trucidavit anno Chriſti 867, cùm annis imperaſſet 25, hoc eſt 11 ſolus, cum matre 14. A. 841. Christi ad 900.

Imperante Michaele, S. Ignatius Michaelis Curopalatæ Imperatoris filius, & à Leone Armene caſtratus, atque in monaſterium incluſus, *a* Conſtantinopolitanum Patriarchatum poſt Methodium adeptus eſt anno 847. indéque Bardæ operâ pulſus poſt annos 11, quòd neque Theodoram redactam in ordinem tondêre vellet invitam; & Bardam Cæſarem ob inceſtam cum nuru ſtupri conſuetudinem communione privaſſet. Cujus in locum à Barda Photius ex laico ſubrogatus, Ignatium in conciliabulo damnatus ipſe, viciſſim in Nicolaum ſententiam non dubitavit dicere.

*S. Ignatius Patriarcha.*

*a* Nicetas in Ignat. Curopal. Zon. Ced. Anaſt. Præf. in 8. Syn.

*Photius Ignatio damnat.*

*b* Baſilius Macedo, ſublato Michaele ſolús imperavit anno 876; natus in Macedonia obſcuro genere, ut ſcribit Zonaras, Curopalatem tacito nomine vellicans, qui Baſilii ſtirpem ab Arſacidis repeteret. Nam ex Armenia Baſilii majores ortum habuerunt. Hic rempublicam Michaelis ignavia perditam recreavit. Quippe magiſtratus optimis quibuſque mandabat; ab iiſque jus & integerrimè dici volebat; & judicia nonnunquam exercebat ipſe. Foris quoque contra Saracenos, & Manichæos, Chryſochire duce, Romanis infeſtos proſperè bellavit. Catholicam verò pietatem imprimis coluit. Ejus juſſu reductus ab exilio S. Ignatius, expulſo Photio: contra quem anno 869 Conſtantinopoli Oecumenica octava ſynodus eſt habita: ſecundùm quam relegatus Photius, anno demum 878, quo Ignatius obiit, ſedem ſuam recuperavit, à Baſilio revocatus, Santabareni cujuſdam, & ipſius Photii præſtigiis illuſo. Imperavit cum Michaele *c* annum 1, ſolus 19, mortuúſque eſt anno 889. quo

*b* Curop. Zon. Ced. Glyc.

*Baſilius Macedo.*

*Octavâ ſynodus.*

*c* Curopal. Ced.

Leo Baſilii filius; vel, ut aliis placet, Michaelis, *d* qui concubinam ſuam Eudoxiam de ſe gravidam Baſilio collocavit, ad Orientis imperium pervenit, philoſophiæ deditus ſtudiis: unde & *Philoſophi* ei cognomen inditum. *e* Eum Baſilius

*d* Zonar. Glyc.

*Leo Philoſophus.*

*e* Curop. Zon. Cedr.

A. 900. Christi ad 966.

*Photius ejicitur.*

Theodori Santabareni monachi calumniis ſuſpectum in carcere habuerat, ac Senatus deinde rogatu dimiſerat. Hanc ille, ſimulatque imperium accepit, injuriam eſt ultus in Santabarenum, ejúſque fautorem Patriarcham Photium: quem ſede ſua depulit. Adversùs Bulgaros, Rege eorum Symeone pacem turbante, infeliciter pugnavit. ſed eos ſubinde Turcarum auxilio devicit. Imperavit *a* annos 25, menſes 3; obiit anno 911, Junii 11.

*a* Zonar. Curop.

## *Italiæ Reges, ac tumultus ſub Vidone, Lamberto, Berengario, Radulpho, Hugone: & de Germanorum ad Italiæ regnum aditu.*

## Ab anno circiter 900, ad 966.

CAPUT XIII.

PErpetui deinceps, in Italia præſertim, & Gallia, civilium motus armatorum extiterunt, nunc ad hos, nunc ad illos tranſeunte regno. quarum viciſſitudinum ſummam paucis exequar.

Vidone, ejúſque filio Lamberto vita functis, in Berengarium Italiæ principatus reciderat. *b* Sed huic æmulus à Tranſalpina Provincia Ludovicus excitus eſt ab Adalberto Tuſciæ Marchione, Boſonis filius, ex Hermingarde filia Ludovici junioris Imperatoris; quem Lothario Imperatore natum ſuprà retulimus. Hic in fugam conjecto Berengario, Romæ à Papa imperii donatus eſt inſignibus anno *c* 901. Qui poſt annos tres, ejuſdem, à quo vocatus erat, Adalberti proditione, Veronæ captus à Berengario, oculis & imperio privatur *d* Auguſto menſe anni 904, ut ait Regino. etſi Gotfridus Viterb. ſequenti factum id aſſerat, ut & Otto Friſingenſis.

*b* Luith. 2. c. 10. Regino. Marian. Gotfr. Viterb. Ioan. Villan. l. 3. c. 4.

*Ludovicus junior Rex Ital.*

*c* Diplo. ejus apud Sigon 6. de Reg. Ital. Onuf. 3. de Rom. Prin.

*d* Regino. Gotf. Otto 6. c. 15.

*e* Berengarius ergo, ſublato competitore, rurſus Italiæ tenuit regnum; & à Joanne X, Septembri menſe, anno 915 eſt inunctus: ut ex ejus diplomatibus *f* Sigonius oſtendit. Verùm Adal-

*e* Luith. l. 2.

*Berengar. Rex Ital.*

*f* Sigo. 6. de Reg. Ital.

Digitized by Google

bertus Eporediæ Marchio, aliíque proceres Italiæ *a* Rodulphum Burgundiæ Regem Berengarii tædio ad Italiæ regnum capeſſendum vocant. Nec ille cunctatus *b* anno 922, ut ait Flodoardus; eò contendit: ac Berengarii fuſis copiis, Italiæ Rex appellatus eſt. Berengarius Veronæ, quò ſe ex inſidiis fuga receperat, Flamberti cujuſdam inſidiis occiditur *c* anno 924. filiam habuit Chiſelam. ex qua Adelbertus Eporediæ Marchio Berengarium genuit, qui Rex Italiæ poſteà fuit.

A: 900. Chriſti ad 966.

*a* Luith. 2. c. 16.

*b* Sigon. 6. de Reg. Ital. Flodoard. Onuf. 3. Rom. Princ.

*c* Flod. in Chr. Luith. c. 20. Sigeb.

Rodulphus, mortuo Berengario, regnum Italiæ haud diu retinuit. Quippe Italorum conſpiratione Hugoni Provinciæ comiti regnum defertur *d* anno 926. quem virum fuiſſe fortem, & pietatis perinde amantem, ac literarum, ſcribit *e* Luithprandus (ſed in libidines effuſum concubinas habuiſſe plures. ex legitima porro uxore Alda Lotharium ſuſcepiſſe; qui cum eo poſtea regnavit. Rodulphus in Burgundiam ſe recepit; *f* ubi anno 937 obiit, cùm annos regnaſſet 48; nimirum ex eo, qui numeratur Chriſti 990, quo ſibi ipſe coronam impoſuit, ac primus Burgundiæ Rex fuit (ut ait Sigebertus) ſive Jurenſis, ac Ciſalpinæ Galliæ; ut Flodoardus in Chronico anno 937 eum nominat: qui Conradum huic filium ſucceſſiſſe ſcribit.

*d* Flod.

*e* Luith. 3. c. 3. & 5.

*f* Flod. Chron. Supp. Regino.

Anno itaque Chriſti 926. Italiæ regnare cœpit Hugo Arelatenſis Comes. *g* ac 20 circiter annos in ea dignitate manſit. Romam ea tempeſtate tyrannide premebat *h* Marozia, Sergii Papæ tertii ſcortum: ex qua ille Joannem genuit, qui & ipſe Pontificatum obtinuit. Adalbertus verò Tuſciæ Marchio Albericum ex eadem ſuſtulit. Quæ cùm Vvidoni Adalberti ex Bertha filio nupſiſſet, eo mortuo, Hugoni convenit in manum, dotalem ei Romæ principatum afferens anno 928. Sed ab Alberico Maroziæ filio ſtatim eo eſt ejectus. Exinde Lotharium filium regni conſortem adſcivit anno 932, data ei conjuge Adeleide Rodulphi filia.

*g* Sig. & Onuf.

*h* Luith. 2. c. 13.

Demum Berengarius ſecundus Berengarii nepos adversùs Hugonem res novas molitus, ad Othonem Germaniæ Regem profugit anno 939. Inde poſt annos 6 reverſus in Italiam: nempe

Digitized by Google

A. 900. Christi ad 966.
a Flodoard.

a anno 945, Hugone ab omnibus derelicto, cum eo ita pactus eſt, ut is cum Lothario filio Regis vocabulo contentus, uſum regni, ac rerum ſummam Berengario permitteret. Sic Lothario filio in Italia relicto, in Provinciam Hugo rediit anno 947. Biennio poſt, mortuo Lothario.

*Berengarius 2 Rex Italia.*
b Flod.

Berengarius Regis titulum aſſumpſit b anno 950, unà cum Adalberto filio: cui cùm Adeleidem Lotharii viduam dare conjugem vellet, ea Germaniæ Regem Othonem in Italiam invitavit, c eíque anno 951 nupſit. Berengarius Italiæ regnum ab eo precariò quæſitum annos deinde circiter 12 habuit. donec tyranni illius dominatu Itali omnes offenſi ad Ottonem rurſus confugiunt. Hic d anno 962 in Italiam profectus, à Joanne Papa Alberici filio accepta imperii corona, primus è Germanis Imperator ſalutatus, e Berengarium poſt annos duos in Bavariam abduxit: qui f anno demum 966 Bambergæ obiit.

c Regin. ſupp. Flod.
d Flod. Reg. Lamb. Scaph. Ioan. Villa. 5. c. 5.
*Otho primus Germanorum Imperator.*
e Lamb.
f Reg. ſupp.

Hugonis Italiæ Regis inſigne præ cæteris ad memoriam facinus extat, quod Saracenos è Fraxineto arce deturbavit. g quam illi in Cottiis ſitam Alpibus, naturali munitam ſitu, & inacceſſam ante aliquot annos occuparant, ex eáque in vicinas provincias excurrentes Chriſtianis terrori erant, & exitio. Hos anno 841, ut ſcribit Sigebertus, Græcanico injecto paſſim igne profligavit Hugo.

g Luith.

## *Germaniæ Reges, & Imperatores ab anno circiter 900 ad 985: Conradus Henricus Auceps, Otto I, Otto II: & quæ ſub illis in Occidente memoriâ digna geſta ſunt.*

CAPUT XIV.
h Marian. Regino. Otto Friſ. 6. cap. 15. Gotfr. Viterb. Vrſper.
i Regino. app. Lam.

PEr idem tempus in Germania, Arnulpho Imperatori ejus filius à principibus h anno 900 ſubſtituitur Ludovicus: qui annos regnavit 12 neque tamen Imperatoris coronam, aut titulum habuit. i Hungari eo regnante Germaniam pervagati, eodem ſuperato Rege, impunè

prædas egerunt. *a* Obiit anno 911: cum eóque Carolorum poſteritas in Germania defecit, ait *b* Otto Friſingenſis.

Hujus in locum Germaniæ regnum obtinuit anno Chriſti 912 *c* Conradus Conradi filius ejus, qui ab Adalberto, ſive Alberto comite Francorum occiſus eſt anno 905. Nonnulli tamen è primoribus ejus imperium detractarunt. quos ille ſumma prudentia ſibi adjunxit. Septem huic imputantur anni, qui in 918 deſinunt; quo mortuus dicitur à Mariano, & *d* Trithemio, qui 10 Calendas Junias illum obiiſſe refert. *e* Moriens fertur mandaſſe principibus, ut ne alium ſibi ſucceſſorem deligerent, quàm Henricum Othonis ducis Saxoniæ filium, ex Vitikindi, qui à Carolo M. ad Chriſtianam fidem perductus eſt, oriundum genere.

A. 900. Chriſti ad 985.
*a* Regino. Herm. Marian.
*b* Otto. 6. c. 15.
*Conradus Italiæ Rex.*
*c* Luith. 2. c. 7. Reg. Gotfrid. Otto. 6. c. 6. Lamber. Marian.
*d* Trit. in Hirſan. Chron.
*e* Luith. 2. c. 7. Regino.

Igitur Conradum Henricus excepit, Auceps dictus, quod aucupio delectaretur, *f* anno 919. Qui de Hungaris Germaniam vaſtantibus memorabilem retulit victoriam. Duas anno ejus 3, & 15 Sigebertus adſcribit. Priorem commemorat *g* Luitprandus, eámque divinitus partam ſecundùm voti nuncupationem aſſerit, quo ſe Simoniacam hæreſim funditus extincturum eſſe ſpoponderat. quod & Sigebertus anno aſſignat 922. poſteriorem Flodoardus in Chron. anno 933. ſecundum quam tributum ei genti pendere deſierunt Germani, ait Sigebertus. Imperavit annos 17, obiítque *h* 6 Non. Jul. ætatis 60, *i* anno 936, cùm Romam proficiſci vellet. Hinc Conſtanini lanceam Chriſti clavis ornatam à Rodulpho Burgundionum Rege vi expreſſit; quæ coram Imperatoribus præferri deinceps ſolita eſt. Id Sigebertus anno 929 retulit.

*f* Lamb. Marian. Vvitich. 1. Ditm. 2.
*g* Luit. 2. c. 8. & 9.
*h* Reg. Marian. Gotfr. Vvitich.
*i* Vvitich. 1. Vſperg. Gotfr. Viterb.

Otho Henrici Aucupis ex Mathilde Theoderici Saxonum principis nata filius *k* anno 936 Germaniæ regnum iniit; idque *l* annis 37 tenuit, non minùs reipſa, quàm appellatione magnus. Sclavi, ſeu Boëmi ab illo perdomiti. & hi quidem annorum 14 bello, quod cum eorum Rege Boeſlao, qui S. Venceſlaum fratrem occiderat, geſſit, ut ad annum 968 Sigebertus notat. Tum

*k* Marian. Lamb. Schaf. Gotf. Reg.
*l* Gotf. Viter. Vvitich. l. 6. c. 2. Ditm. 2.

Digitized by Google

A 900. Chriſti ad 985.

Belgæ, ſive Lotharingi: quibus dux Giſibertus præerat, Gerbergæ ſororis Othonis maritus. quo cum Henricus Othonis frater, aliíque primarii conſpiraverant.

a Flod. Regino.

*a* Qui omnes ab Othone ſuperati ſunt anno 939. quo Ludovicus Francorum occidentalium Rex, Caroli Simplicis filius, in Alſatiam impreſſione facta, ab eodem Othone fugatus eſt. Lotharingiæ regnum in victoris poteſtatem venit:

b Otho Friſ. 6. c. 19. Got. Viter.

*b* ac deinceps in regnum Teutonicorum ditione manſit. In Italiam vocatus exinde ab Adeleide Lotharii Hugonis filii vidua, eam conjugem duxit: cùm Fadmundi Regis Angliæ filiam priùs in matrimonium accepiſſet, ut ad annum 934 Sigebertus adnotat. ac Berengarium 2 ad deditionem compulit.

c Reg. Herm. Flodoard.

Hungaros *c* anno 955 internecioni dedit: adeò ut ſeptem ex omni numero reliqui fuiſſe dicantur.

d Otto Friſing. 6. c. 20.

*S. Vdalricus.*

e Herman.

*Otho Imperator deficiente Caroli ſtirpe.*

*d* Quam victoriam S. Vdalrici Auguſtani præſulis meritis adſcripſit Otto. qui tum ſanctitate præſtans, Epiſcopatum iniit *e* anno 924: eóque 50 perfunctus annos, obiit 973, Hermanno teſte. Poſtremò Romam profectus Otho Imperator acclamatus eſt annò 962.

Sic Romanum Occidentis imperium à Caroli M. poſteris ad Longobardos: ab iis ad Saxones pervenit.

f Vide Otton. Friſ. 6. c. 12. & 22. Got. Viter. Vrſperg.

*f* Quorum primus Otho Imperator fuit: etſi Germani quidam Scriptores Conradum; & Henricum Aucupem in numerum referant Imperatorum. quos tamen ideo prætermittunt alii, quod ab Romano Pontifice uncti, coronatíque non fuerint. Quocirca primus è Teutonicis

g Luith. 8. c. 6. & ſeq. Otto Friſ. 6. c. 21. & ſeq. Regin. Sig. Marian. Gotfrid. Viter. Ioan. Vill. l. 4 c. 1.

*g* Otho Magnus Imperator Occidentis à Joanne Papa XII coronatus eſt anno 962. Sed eo Roma digreſſo, Joannes, qui Alberico partenatus, Octavianus antea dicebatur, ab Othone deficiens, Adalbertum Berengarii filium Romam evocavit. Contra quos Otho reverſus cum exercitu, fugatis ambobus, conventum Epiſcoporum Romæ celebravit. in quo Joanni Pontificatus abrogatus: eíque ſuffectus eſt Leo *h* anno Chriſti 963.

h Regin. Lambert.

Rurſus anno ſequenti Romanos de improviſo irruen-

A. 900. Chriſti ad 985.

tes magna eorum cæde compeſcuit. *a* Joanne inter hæc Papa mortuo 2 Eid. Maii anni 964, ab iiſdem Romanis ſubrogatus eſt Benedictus: quem Otho gradu dejectum ſecum in Germaniam abripuit. *b* Poſt hæc Græcorum, quibus tum Nicephorus Phocas imperabat, perfidiam ultus, Calabria, & Apulia illos expulit, ut quidam referunt. vel tributum ab illis exegit, ut Ditmarus lib. 2. prodidit. Mortuus eſt *c* anno 973, Nonis Maii, feria 4 ante Pentecoſten, ait Urſpergenſis, & Vvitichindus, ac Magdeburgi ſepultus eſt. Hermannus eodem ait anno S. Udalricum obiiſſe 4 Non. Jul. feria 6. quibus temporum notis indicatur annus Chriſti 973. qui Pentecoſten habuit 11 Maii, litera E. Ita annos circiter 37 Otho regnavit, è quibus Imperator fuit 11, cum menſibus aliquot.

*a* Otto. Friſ. Sig. Reg.
*b* Vviti. 3.
*c* Herm. Marianus. Lamber. Ditm. 2. Vrſpen. Vviti. 3.

Otho ſecundus à patre collega factus imperii, & à Joanne XIII. coronatus *d* anno 967, *e* Natalis Dominici die, poſt illius obitum imperavit annos 19, menſeſque 7.

*d* Lamb.
*e* Vvitich. 3. Lamb. A. 972. Vvitich. 3.

*f* Hujus Theophania conjux fuit Conſtantini Imper. filia. *g* Anno verò 982 adverſus Græcos Saracenorum auxilio Calabriam, Apuliámque repetentes infeliciſſimè præliatus eſt, cæſis ad internecionem copiis ſuis. Ipſe natando interceptus, & clam dilapſus, vix effugit: *h* Theophania Latinis inſultante, quòd eos populares ſui viciſſent. quæ res Germanorum illi conciliavit odia. *i* Otho ex animi mœrore in ægritudinem incurrens Romæ deceſſit *k* anno 983, Decembris 8.

*f* Sigeb. Her. Lamb. Goth. Ditm. 2.
*g* Sigeb.
*h* Ditm. 3.
*i* Marian. Herman. Lamb. Sig.
*k* Vrſperg.

Æ. 900. Christi ad 985.

## *Orientis Imperatores Conſtantinus Porphyrogenitus & Zoë mater, Romanus, Nicephorus Phocas, Ioannes Tzimiſces.*

CAP. XV.

GRæcorum *a* in Oriente poſt Leonem Philoſophum, Alexander illius frater pro tutore principatum iniit anno 911: cum Leonis filius penè adhuc infans eſſet Conſtantinus Porphyrogenitus, Zoë natus uxore, quam quartis nuptiis duxerat. Qua de cauſſa Nicolao Patriarcha Leonem aditu Eccleſiæ prohibente, eodémq; depulſo, Euthymius ſucceſſor illi datus eſt.

*a* Curop Cedr. Zon. Glycas. Conſtant. Man.

*Alexander Imp.*

Alexander, ſimul ac præeſſe cœpit, Euthymio dignitatem abrogavit, & Nicolaum reduxit. Cúmque tredecim in imperio menſes nullis homine dignis, nedum principe, geſtis rebus, exegiſſet; in crapulam, ac libidinem projectus periit Junii 7 anni 912, multo per nares & pudenda rejecto ſanguine; cum per convivium hauſto largius mero, pila deinde ſe, & equitatione vehementius agitaſſet.

*b* Iidem.

*Conſtantinus Porphyrogenitus.*

*b* Tali orbatus tutela, haud magno ſanè damno ſuo, Conſtantinus Porphyrogenitus ſeptennis puer imperavit; curam ejus capeſſente Patriarcha Nicolao, aliiſque patriciis, quibus eam moriens Alexander mandaverat: nec non Zoë matre: quæ ab Alexandro ejecta, de tutorum ſententia revocata eſt. Conſtantinus Ducas tyrannus opprimitur. Bulgari Symeone rege graſſantes, & victoria tumidi, à Leone Phoca ſuperantur: qui hoc ſucceſſu ad ſpem occupandi animatus imperii, in eo conatu mortem reperit.

Anno dehinc octavo Imperii, Zoë matre palatio ſubmota, cuſtos fit Imperatoris, ac pater, novo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, Romanus Lecapenus *c* Conſtantini ſocer. Móxque *d* Septembris 24 die, Indictione 8, (qui eſt annus 919) Cæſar; Decembri Auguſtus appellatur. Qui ſequenti anno Chriſtophorum filium ſuum ad idem faſtigium evexit. reli-

*c* Glycas. Manaſſes.
*d* Curop. Cedren.

*Romanus Lecapenus.*

quos duos, Stephanum & Conſtantinum anno 928, *a* Indict. 2, ipſo die Natali Chriſti. Quinetiam Theophylactum filium ſuum Patriarcham fecit in locum Stephani, ætatis annum agentem 16. quo in gradu flagitioſiſſimè tres & viginti vixit annos, equorum alendorum ſtudio deditus. atque hic Indict. 14, Febr. 27, obiiſſe traditur à Curopalata, anno 956. quo tempore Romanam ſedem pari juvenis improbitate, ac turpitudine dedecorabat Alberici filius Octavianus, qui Joannes XII vocabatur. quod idem Curopal. & Cedrenus adnotarunt.

A. 900. Chriſti ad 985.

*a* Curop. Cedr. 2.

Tot firmato præſidiis imperio, Romanus Conſtantinum adſpernari cœpit, eíque poſteriorem à ſe locum tribuere; maximè ubi cum Bulgarorum Rege Petro affinitatem conjunxit, data in matrimonium nepte, Chriſtophori filia. Quam hominis in principem ſuum impietatem pari in ipſummet filii ejus impietate vindicavit Deus. Sexto & vigeſimo anno, quàm ad Imperii collegium pervenerat, *b* Indict. 3, Decembris 16, (qui eſt annus 944) Stephanus Romani filius patrem Auguſta dignitate ſpoliatum in inſulam relegat. Cujus exemplo incitatus Leonis filius Conſtantinus, Romani ſtirpe deturbata, ſolus moderari cœpit imperium. quod per ebrietatem ac ſocordiam ad 15 annum uſque protraxit. Quippe *c* Indictione 3, Novembr. 9, Chriſti 959, Romani, ut ferebant, filii parricidio ſublatus eſt, anno ætatis 54, cùm imperaſſet annos cum patre, Alexandro patruo, & matre 13, cum Romano, 26, ſolus 15.

*b* Curop. Cedren.

*Romanus à filio pellitur.*

*c* Curop. Cedren.

*d* Paternæ haud diſſimilem indolem, hoc eſt mollem, ac ſolutam, Romanus ad imperium tulit. quod anno 959 iniit: ac tribus annis, & menſibus 4 adminiſtravit: obiítque anno 963, ætatis 24. Eo regnante Nicephorus Phocas Cretam Saracenis eripuit Indictione 4, anno 961.

*d* Curop. Cedren. Zon. Glyc. Conſt.

Poſt hunc imperavit ille ipſe Nicephorus Phocas anno 963, cujus ſordidum & illiberalem animum Annales notant: adeo ut Eccleſias immenſis penſitationibus oppreſſerit. Idem tamen militari laude præclarus, in Cilicia,

*Nicephorus Phocas.*

*Luithprandi legatio ad Nicephorum.*

Syriáque contra Saracenos ſecunda bella fecit: oppidáque quamplurima, & in his Antiochiam recepit. Hic eſt Nicephorus, ad quem nobili legatione perfunctus eſt Luithprandus ab Othone I miſſus. quam legationem ſingulari libro ille deſcripſit. Periit Theophanonis conjugis, & Joannis Tzimiſcæ inſidiis, Indict. 13, Decem. 11, anno 969. cujus obitus inſignis eſt Solis obſcuratione, quæ *a* Decem. 22, hora 3, contigiſſe dicitur, Indict. 12, anno 698.

*a* Curop. Cedren. Luith.

*b* Curop. Cedren. Glyc. Man.

*Joannes Tzimiſces. Ejus pietas in B. Virginem.*

*b* Anno itaque 969 Joannes Tzimiſces Imperator ſalutatus eſt. qui ſtatim Romani filios Baſilium & Conſtantinum collegas adhibuit. Theophanonem Nicephori uxorem, alióſque, quorum operâ Nicephorus interfectus erat, Patriarcha jubente Polyeucto, relegavit. Saracenos ab Antiochia repulit; Bulgaros, ac Roſſos devicit, atque ad pacis conditiones adegit. Quo confecto bello, triumphantis more Conſtantinopolim ingreſſurus, B. Mariæ Virginis imaginem quadrigis, quæ Bulgaricis conſtratæ ſpoliis erant, impoſitam ſolemni per urbem pompa devexit: ut ejus victoriæ decus, & auctoritatem in ejus patrocinium transferret.

Ejuſdem pietatis argumentum eſt, quòd aureis nummis & obolis primus Salvatoris impreſſit effigiem, cum hac inſcriptione, JESUS CHRISTUS REX REGUM. Tranſactis in imperio annis 6, menſibúſque totidem, à Baſilio cubiculario, cujus infinitam cupiditatem perſtrinxerat, veneno dato mortuus eſt in expeditione Syriaca, Decembris 4, anno 975.

A. 900. Chriſt. ad 985.

## *Francorum res ſub Regibus Carolo Simplice, Rodulpho, Ludovico Tranſmarino, Lothario, & Ludovico, in quo ſtirps Caroli defecit.*

CAP. XVI.

INter hæc Francorum in Gallia regnum ægrè Caroli M. poſteri tuebantur, principum oppreſſi potentia: qui provincias, non ex voluntate Regis ad tempus; ſed perpetuo jure, quaſi proprias, habebant. Inter hos eminebat Rutbertus Rutberti illius, qui à Northmannis anno 867 in acie interfectus erat, filius, Odonis, ſive Eudonis frater, ejus, qui Carolo Craſſo ſubſtitutus eſt: & Heribertus Veromanduorum Comes; *a* cujus ſororem Rotbertus conjugem habebat, ex eáque Hugonem genuerat. Regnabat in Francia tùnc Carolus cognomento Simplex; qui, Eudone mortuo, ab anno 898 ſolus regium nomen obtinuit. Hic Lotharii regnum anno 912 ditioni ſuæ addidit. quod ex ejus diplomatibus conſtat. *b* Eodémque anno cum Danis, ſeu Northmannia Galliam populantibus pacem, ac fœdus ſanxit; Giſla filia Rolloni eorum duci in matrimonium data. *c* quod ſuprà memoravi.

*a* Aimo. 5. c. 43.

*Carolus Simplex.*

*b* Dudo l. 2. de Mor. & Act. North.

*Cum Northmannis pax facta.*

*c* Cap. 11.

Seneſcente dehinc auctoritate regia, conſenſu facto, principes apud Sueſſionas ab Carolo deſciſcunt, *d* anno 920; quòd is Haganonem mediæ ſortis hominem ad ſummam potentiam evectum, interioribus conſiliis adhiberet. Deſtitutum ab omnibus Regem Heriveus Remenſis Epiſcopus privatis ſuſtentavit opibus: cum eóque proceres in gratiam reduxit. Sed ea malè ſarta biennio pòſt in execrandum facinus erupit. *e* Anno 922 Robertus factione principum Rex eligitur; & ab Heriveo Remenſi Epiſcopo, Junio exeunte, conſecratur. quod ſcelus in utriſque vertit exitium. Triduo pòſt moritur Heriveus. *f* Sequente anno Rotbertus cum Heriberto, cujus ſororem duxerat, & ex ea nato Hugone filio, in Sueſſionibus contra Carolum pugnans occubuit, *g* trajecta per

*d* Flod. Chron. *Carolus deſtituitur.*

*e* Flod. *Robertus regnum uſurpat.*

*f* Flod. Chr. Odoran. 2. Pith. editus, p. 297. Aimo. 5. c. 43.

*g* Regino.

A. 900. Chriſti ad 985.

a Odora.

*Robertus perfidia pœnas luit.*

*Rodulphus fit Rex Franciæ.*

os lancea; ut ea, qua fefellerat, parte perfidiæ dare ſe pœnas oſtenderet. Moriens tamen victores ſuos reliquit. Ea pugna incidit in *a* Junii 15, quam Dominicam fuiſſe vetus Chronicon teſtatur. ex quo annus colligitur Chriſti 923. Haud multo pòſt, quaſi vacuam ad regni poſſeſſionem, accitus eſt Rodulphus Burgundiæ dux, & apud Sueſſionas ſolemni ritu ſalutatus.

b Flo. Aimo. Regi. Odoran.

c Flod.

*b* Carolus ab Heriberto, prætextu reconciliandæ gratiæ, perductus, in caſtellum Theodorici ad Matronam includitur. Unde Peronam tranſlatus poſtea, deceſſit *c* anno 929, relicto ex Eadgina Alſtani Angloſaxonum regis filia Ludovico. qui, parente capto, ad avum profugit in Britanniam, indéque reverſus poſtea regnavit. Itaque poſt Eudonis obitum, imperavit Carolus annis 25, nempe ab anno 898 ad 923. At in ejus diplomatibus, quæ in Originibus Monaſterii S. Dionyſii ad urbem leguntur, regni primordium ex anno 893 ſumitur: quo adversùs Eudonem creatum illum à Francis eſſe Regem, ſuprà meminimus. In eorum uno quippe ſubſcriptio iſta legitur; IV *Id. Febr. Indict.* I. *anno V. regnante glorioſiſſimo Rege Karolo. redintegrante* I. Hic eſt annus 898, quo, Eudone 3 Januarii vita functo, novum cepit exordium regni: cùm priùs ab anno 893 procederet. Rurſus in altero diplomate: *Datum V Cal. Iun. Indict. V. anno XXV regnante Carolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante XX largiore verò hæreditate indepta* VI. Annus hic indicatur 917. qui ſextus eſt ab occupato Lotharingiæ regno, & viceſimus ab anno 898: quintus autem & viceſimus ab 893. Ex quo evidens eſt duodenni majorem; contra quàm Sigebertus prodidit, cùm primùm regnavit, fuiſſe Carolum, quem anno 879 in cunis jacuiſſe antea demonſtravimus.

*Caroli Simplicis regnum.*

*Error Sigeberti.*

*Rodulphi regnum.*

d Odorann. Aimo. 5. c. 43.
e Flod. A. 923.
Glaber. 1. c. 2.

Carolo ad eum modum exauctorato, Francorum Rex Rodulphus anno iniit 923. quem de Hugonis, aliorúmque principum ſententia, à Carolo jam capto renuntiatum eſſe, *d* Odorannus, & Aimoinus referunt. Fuit hic Richardi filius, Roberti gener; *e* cujus filiam Emmam Hugonis

Hugonis magni ſororem duxerat. *a* Danos in Aquitania graſſantes penè ad unum occidit. Heriberti verò, & Hugonis factionibus exercitum regnum ad annum extraxit 936, *b* quo mortuus, in S. Columbæ cœnobio apud Senonum oppidum ſepelitur, anno regni 13. atque eodem anno 936, Henricum Aucupem Germaniæ Regem exceſſiſſe ſuprà docui; ac Flodoardus eo ipſo Lunam defeciſſe ſcribit pridie Non. Sept. Hunc Urſpergenſis Abbas perperam cum Rodulpho altero confudit; quem ab Italis ad regnum vocatum, & ab Hugone pulſum eſſe, antè ſignificavimus. Sed diverſos fuiſſe non eſt dubium; ídque Flodoardus oſtendit anno 923, 935, & 937. ubi Italicenſem iſtum Ciſalpinæ Galliæ, ac Jurenſem appellat Regem, & anno 937, altero poſt Franciæ Regem, obiiſſe narrat.

A. 900. Chriſti ad 985.
*a* Fragm. Chron. Flor. a Pith.
*b* Flod. Aimo. 5. c. 45.

*c* Ludovicus Simplicis filius ab Hugone revocatus ex Anglia regnum adiit anno 936: quem ab Transmarina illa peregrinatione *Tranſmarinum* vulgò nominant. Nihilo quietius huic, quàm patri Carolo, regnum Heriberti & Hugonis ambitio fecit. Lotharingiam tamen; qua, deſperatis rebus ſuis, Henrico Germaniæ Regi Carolus ceſſerat; armis repetens, ab Othone Henrici filio depellitur *d* anno 939, quo Giſlebertus Henrici gener Lotharingiæ præfectus cum aliis rebellibus ab Othone victus occidit. cujus conjugem Gerbergam Othonis ſororem in matrimonium Ludovicus accepit.

*c* Flod. *Ludovicus Tranſmarinus.*
*d* Flod. Reg. Herm. Marian. Vrſper.

*e* Heribertus Viromanduorum Comes, homo ſeditioſus, ac perfidus, miſeranda morte periit, admiſſum ſcelus in Carolum identidem deteſtans, *f* anno 943, *g* eodem ſcilicet, quo Vvilielmus ejus gener Rollonis filius Northmanniæ dux. Quam provinciam Ludovicus tutoris invadens nomine, Richardum Vvilelmi filium abduxit. Sed eo ab ſuis recepto, captus ipſe poſtmodum, Hugonis interventu dimittitur. Cujus ſubinde potentiam non ferens, Othonis conjugis ſuæ germani implorat auxilium. Qui *h* anno 948 ingenti in Gallias ducto exercitu, expugnatíſque aliquot oppidis, & obſeſſa fruſtrà Rothomago, haud magnum operæ pretium tu-

*e* Glaber. l. 1. c. 1. *Heriberti mors miſeranda.*
*f* Flod.
*g* Vvillel. Gemm. l. 3. c. 12. Hiſt. Norm.
*h* Flod. *Otho. Imp. in Gallias irrumpit.*

A. 900. Chriſti ad 985.

lit. *a* tametſi Germani ſcriptores expeditionem illam in majus extollant.

*a* Vrſperg. Vvitich. 3. Alber. Krant. 3. c. 23.
*b* Flod.
*c* Aimo. 5. c. 43.
*d* Id. ibid.

Obiit denique Ludovicus *b* anno 954, *c* Septembri menſe; cùm admiſſo equo lupum inſequens, & in terram collapſus, attrito corpuſculo, in lepram incidiſſet. Sepultus eſt Durocottori Remorum in baſilica S. Remigii. *d* Filios ex Gerberga ſuſcepit duos, Lotharium, & Carolum. Annos illi 16 Aimoinus aſſignat. ſed biennio amplius imputatur.

*e* Aimo. 5. c. 44.
*f* Flod. Odoran.
*g* Oderic. Vtic. lib. 1. Aimo. 5. c. 44.
*h* Sig. A. 965. Glab. A. c. 4.
*i* Flod. A. 960.

Lotharius paterni ſimul regni & calamitatis heres orſus eſt *e* anno 954, prid. Id. Nov. Remis inunctus: regiæque majeſtatis imaginem ad annos circiter duos & triginta ſuſtinuit. *f* Anno hujus tertio, Chriſti 956, mortuus eſt Hugo Magnus *g* Aurelianenſis, dux Francorum, 15 Cal. Jul. & in Baſilica S. Dionyſii ad urbem ſepultus, filios tres reliquit ex *h* Hathuide Othonis Imperatoris ſorore, Hugonem Capetum, Othonem, & Henricum: filiam Emmam, *i* quæ Richardo Northmannorum duci nupſit. Hugo Francorum ducatum poſt patrem ſortitus eſt. Otho Burgundiæ, poſt Giſlebertum; Othoni paullo pòſt mortuo ſucceſſit Henricus.

*k* Flod.

*Lotharii cum Othone bellum.*

*l* Sig.

*m* Idem. Herm. Lamb. Aimo. 5. c. 45. Vvil. Nang. Chron.
*n* Sig. Aim. Orderic. Vtic. l. 1. Glab. 1. c. 3.

*k* Lotharius anno 955 cum Hugone M. bellum geſſit in Pictonibus adversùs Vvillelmum ducem. Tum Lotharingiæ, ſive Interamnenſis Belgicæ recuperandæ cauſſa, quam Otho II Carolo fratri ipſius *l* anno 977 permiſerat, Othonem Lotharius oppugnavit. Quem de improviſo Aquiſgrani fortè morantem, & imparatum opprimens, conjecit in fugam *m* anno 978. Hanc ignominiam ut aboleret Otho, Remorum, ac finitimarum civitatum, & Pariſienſium agros infinito pervagatus exercitu, *n* dum Axonam fluvium in reditu tranſmittit, inſequente Lothario, cum impedimentis haud paucos milites amiſit.

*o* Sig. Aim.

*p* Sigeb. A. 984.

*o* Aliquanto pòſt Lotharius cum Othone colloquio habito ſuper Charum fluvium, Lotharingiam ei remiſit. quo facto principum ab ſe voluntates alieniores reddidit. *p* Itaque poſt annos aliquot, eâdem iterum tentatâ, captóque Virduno, ſed mox reddito; deceſſit

Digitized by Google

*a* anno 986, ac Remis ſepultus eſt, in baſilica S. Remigii.

A. 900. Chriſti ad 985.
*a* Sigeb.

Poſtremus è Caroli genere Ludovicus Lotharii filius *b* anno 986 iniit regnum, Hugoni à moriente patre commendatus. ac nulla re geſta celebris, ſine prole Compendii mortuus, in Eccleſia SS. Cornelii & Cypriani ſepelitur anno 987. In eo Caroli progenies, ac ſecunda Regum familia deſiit, anno poſt inaugurationem Pipini 235.

*b* Sig. Vvil. Nang. Chr.

Nec illud omiſerim, duas in Annalibus ſuper Lotharii & Ludovici regno ſententias occurrere. *c* Alii Lothario annos 22 circiter adſcribunt, mortuúmque faciunt anno Chriſti 976. Ludovico porro ejûs filio 9 annos aſſignant. *d* Alii longè & numero, & auctoritate potiores nobiſcum faciunt.

*c* Vt Aim. 5. c. 45. Odoran. Orderic. Vtic. Lib. 1.
*d* Sig. Ivo Carn. in Chron. Vvil. Nang. Chron. Aquit. apud Pith. Fragm. Flor. Chr. apud. eund.

*e* Ludovico ſine prole defuncto regnum ad Carolum ejus patruum Ludovici Tranſmarini filium jure pertinebat; qui tum Lotharingiæ dux erat, ex anno 977, ut refert Sigebertus, ideo factus, ut Lotharii fratris conatibus obſiſteret; in eúmque Francorum inclinabant ſtudia. Sed dum ille cunctando *rem ad conſilium defert*, *f* ut Sigebertus ait, *g* in Hugonem Capetum rerum ſumma transfertur. qui Hugonis magni, cognomento Abbatis filius erat ex Hauvide ſorore Othonis primi ejus nominis Imperatoris. Quam ad principum auctoritatem Ludovici quoque poſtremi è ſtirpe magni Caroli Francorum Regis voluntas acceſſerat: qui, ut *h* Odorannus ſcribit, regnum moriens Hugoni donaverat. *i* Igitur anno 987 regium Hugo inſigne cepit Novioduni in Belgica. *k* & 5 Non. Jul. apud Remos eſt inunctus. Quod ægrè ferens Carolus bellum in eum haud cunctanter movet: ac Laudunum imprimis occupat *l* anno 988. Cæterùm in eodem oppido brevi pòſt obſeſſus ab Hugone, *m* ſecundo obſidionis menſe, ſubita è portis eruptione facta, haud paucos interficit; reliquos perterritos cum Hugone in fugam conjicit; urbem obſidione liberat. Durocottorum exinde Remorum capit prôditione Adelgarii presbyteri, anno *n* vel 989, *o* vel ſe-

*e* Aimo. Suppl. l. 5. c. 44. Sig. Nang.
*f* Anno 987. & Nang.
*g* Glab. 1. c. 1. Odoran.
*h* Odor. à Pith. edit.
*i* Frag. Flor. ad Pith. editum.
*k* Idem.
*l* Sigeb. Nang
*m* Iidem.
*n* Nang.
*o* Sigib.



Digitized by Google

A. 900. Chriſti ad 985.
a Idem.

quente. *a* atque in ea urbe Arnulphum Epiſco-
pum conſtituit Lotharii fratris ſui ex concubina
filium ; Adalberone, qui tum ei præerat Eccle
ſiæ, Laudunum abducto : ubi paulò pòſt exceſſit
è vita. *b* Hugo verò quàm maximis contractis

*b* Nang.

copiis incluſum Lauduno cum uxore ſua Her-
berte Trecarum ducis filia Carolum oppugnat.

*c* Frag. Hiſt. Aqu. & Aimo 5. c. 44.
*d* Nang.

Dicitur tunc *c* Aſcelinus, ſive *d* Anſelmus Lau-
dunenſis antiſtes, ex intima Caroli amicitia,
ejúſque conſiliorum particeps, fœdam rem fe-
ciſſe. quippe Hugonem, ut ferunt, noctu in ur-
bem introduxit, eíque Carolum prodidit, *e* per

*e* Frag. hiſt. Aquit. à Pith. edit.

dies ſanctioris hebdomadæ. Eſt inter epiſtolas
Gerberti, qui ad Romanum Pontificatum eve-
ctus Silveſter dictus eſt ejus nominis ſecundus,
epiſtola quædam ad Azolinum, ſive Aſcelinum

*De Aſcelino Epiſcopo Laudunenſi.*

Laudunenſem Epiſcopum plena acerbitatis, ac
ſtomachi ; in qua perfidiam illi in Regem expro-
brat ; non utique in Carolum, quem capitalem
habebat hoſtem : ſed in Hugonem, cujus filii Ro-
berti inſtitutioni præfuerat. Simul Aſcelinum
Romam ad cauſſam dicendam evocat. ut ex eo
conjectura ſit : eundem, qui ſemel Carolo fidem
fefellerat, non majorem Hugoni poſtea præſti
tiſſe. *f* Quanquam Adalberonem reperio per id

*f* Gerbertus apud Maſſon. in hiſt. Reg. Franc. & Rober. in Gall. Chriſti.

tempus, quo captus eſt Carolus, Lauduni Epiſ
copum fuiſſe.

*g* Aimo. Suppl. 5. c. 44. Nang.
*h* Sig. 991.

*g* Hugo Carolum in poteſtatem redactum Au
relianos adduxit : ubi turri incluſus diem obii
Reliquit ex priori conjuge filium *h* Ottonem, qu
& Lotharingiæ ducatum poſt patrem habuit. e
uxore verò altera Ludovicum, & Carolum. quo
rum ille Lotharingiæ dux poſt patrem fuiſſe pro

*i* Chron. Dionyſ. Nicol. Gill. Vide Haillan.
*k* Aimo. 5. c. 44. & Frag. Aqui.
*l* Frag. Aquit.
*m* Vuill. Nang. Till. in Com.

ditur ab Vuillelmo Nangio, *i* aliiſque ſcriptor
bus. Sed Sigeberto plures aſſentiri video. Ambo
iſtos in carcere natos eſſe tradunt *k* annales al
qui : *l* & à Francis expulſos, receptum ad Impera
torem habuiſſe.

*m* Duas præterea filias ſuſcepiſſe Carolus dic
tur, Haridam, & Emengardem. hæc Namurſ
nupta Comiti ; ex eáque Balduinus originem tra
xit Hannoniæ Comes ; cujus filiam Yſabellam
Philippus Auguſtus conjugem duxit ; quæ Lu
dovicum octavum Sancti patrem peperit. ut e.

Digitized by Google

ratione S. Ludovici poſteri maternam ſaltem ab Carolo magno ſtirpem duxerint. Ita Vvillelmus Nangius. A. 960 Christi ad 985.

*a* At Hugo conceptum in Arnulſum Remenſem expromens odium, dedit operam, ut is concilio Epiſcoporum apud Remos coacto, loco moveretur; cúmque Aurelianis in carcere annos tres detinuit: ac Gerbertum, quo, ut dixi, præceptore uſus erat Robertus ejus filius, illi ſucceſſorem dedit anno 992. Qua re commotus Ioannes XV Romanus Pontifex, Epiſcopis omnibus, qui id fecerant, ſacris interdixit; effecítque, ut ſummoto Gerberto, in integrum reſtitueretur Arnulfus. quod ſub Gregorio Papa, & Roberto Rege perfectum eſſe *b* Aimoinus indicat.

*a* Aimo. 5. c. 45. Sigeb. A. 992.

*b* In vita S. Abbon. Flor. c. 11.

Cluniacenſis ordo ſæculo iſto cepit initium à Bernone Abbate Gigniacenſi viro illuſtri: quem anno 912 morientem ait Sigebertus, Odonem olim muſicum, Cluniacenſis Abbatem cœnobij feciſſe: Odonem porro 937 deceſſiſſe, eíque ſucceſſiſſe Ademarum: huic anno 943 Majolum: tuum Odilonem anno 991, idem Sigebertus affirmat.

## *De rebus Occidentalis imperij ſub Othone III, Henrico II, Conrado, Henrico III, & hujus ſchiſmate, ab anno Christi 984 ad 1106.*

CAP. XVII. *Otho III.*

*c* Puer admodum in Germania regnavit Otho III, *d* anno 984. Imperatoris titulo, coronáque Romæ donatus Gregorio V Pontifice anno 990; biennio póſt *e* Creſcentium per honorem Conſulatus in eadem urbe tyrannicè graſſantem, & inexpugnabili ſeptum arce capitis damnavit. Cujus uxorem in matrimonium acceptam poſtea dimiſit. Nam priorem Auguſtam Mariam Aragonum Regis filiam admirabili exemplo juſtitiæ apud Mutinam flammis addixiſſe fertur. quod ita contigiſſe narrant. *f* Forte Imperatrix non minùs caſti, quàm for-

*c* Otho Friſing. 6. 25, Lamb. Herm.

*d* Lamb.

*e* Idem. Glaber. l. 1, c. 4.

*f* Gotfr. Viterb. Crantz.

A. 900. Chriſti ad 985.

Syriáque contra Saracenos ſecunda bella fecit : oppidáque quamplurima, & in his Antiochiam recepit. Hic eſt Nicephorus, ad quem nobili legatione perfunctus eſt Luithprandus ab Othone I miſſus. quam legationem ſingulari libro ille deſcripſit. Periit Theophanonis conjugis, & Joannis Tzimiſcæ inſidiis, Indict. 13, Decem. 11, anno 969. cujus obitus inſignis eſt Solis obſcuratione, quæ *a* Decem. 22, hora 3, contigiſſe dicitur, Indict. 12, anno 698.

*Luithprandi legatio ad Nicephorum.*

*a* Curop. Cedren. Luith.

*b* Anno itaque 969 Joannes Tzimiſces Imperator ſalutatus eſt. qui ſtatim Romani filios Baſilium & Conſtantinum collegas adhibuit. Theophanonem Nicephori uxorem, alióſque, quorum operâ Nicephorus interfectus erat, Patriarcha jubente Polyeucto, relegavit. Saracenos ab Antiochia repulit; Bulgaros, ac Roſſos devicit, atque ad pacis conditiones adegit. Quo confecto bello, triumphantis more Conſtantinopolim ingreſſurus, B. Mariæ Virginis imaginem quadrigis, quæ Bulgaricis conſtratæ ſpoliis erant, impoſitam ſolemni per urbem pompa devexit : ut ejus victoriæ decus, & auctoritatem in ejus patrocinium transferret.

*b* Curop. Cedren. Glyc. Man.

*Joannes Tzimiſces. Ejus pietas in B. Virginem.*

Ejuſdem pietatis argumentum eſt, quòd aureis nummis & obolis primus Salvatoris impreſſit effigiem, cum hac inſcriptione, JESUS CHRISTUS REX REGUM. Tranſactis in imperio annis 6, menſibúſque totidem, à Baſilio cubiculario, cujus infinitam cupiditatem perſtrinxerat, veneno dato mortuus eſt in expeditione Syriaca, Decembris 4, anno 975.

A. 900. Chriſti ad 985.

### *Francorum res ſub Regibus Carolo Simplice, Rodulpho, Ludovico Tranſmarino, Lothario, & Ludovico, in quo ſtirps Caroli defecit.*

CAP. XVI.

INter hæc Francorum in Gallia regnum ægrè Caroli M. poſteri tuebantur, principum oppreſſi potentia: qui provincias, non ex voluntate Regis ad tempus; ſed perpetuo jure, quaſi proprias, habebant. Inter hos eminebat Rutbertus Rutberti illius, qui à Northmannis anno 867 in acie interfectus erat, filius, Odonis, ſive Eudonis frater, ejus, qui Carolo Craſſo ſubſtitutus eſt: & Heribertus Veromanduorum Comes; *a* cujus ſororem Rotbertus conjugem habebat, ex eáque Hugonem genuerat. Regnabat in Francia tùnc Carolus cognomento Simplex; qui, Eudone mortuo, ab anno 898 ſolus regium nomen obtinuit. Hic Lotharii regnum anno 912 ditioni ſuæ addidit. quod ex ejus diplomatibus conſtat. *b* Eodémque anno cum Danis, ſeu Northmannis Galliam populantibus pacem, ac fœdus ſanxit; Giſla filia Rolloni eorum duci in matrimonium data. *c* quod ſuprà memoravi.

*a* Aimo. 5. c. 43.
*Carolus Simplex.*
*b* Dudo l. 2. de Mor. & Act. North.
*Cum Northmannis pax facta.*
*c* Cap. 11.

Seneſcente dehinc auctoritate regia, conſenſu facto, principes apud Sueſſionas ab Carolo deſciſcunt, *d* anno 920; quòd is Haganonem mediæ ſortis hominem ad ſummam potentiam evectum, interioribus conſiliis adhiberet. Deſtitutum ab omnibus Regem Heriveus Remenſis Epiſcopus privatis ſuſtentavit opibus: cum eóque proceres in gratiam reduxit. Sed ea malè ſarta biennio pòſt in execrandum facinus erupit. *e* Anno 922 Robertus factione principum Rex eligitur; & ab Heriveo Remenſi Epiſcopo, Junio exeunte, conſecratur. quod ſcelus in utriſque vertit exitium. Triduo pòſt moritur Heriveus. *f* Sequente anno Rotbertus cum Heriberto, cujus ſororem duxerat, & ex ea nato Hugone filio, in Sueſſionibus contra Carolum pugnans occubuit, *g* trajecta per

*d* Flod. Chron.
*Carolus deſtituitur.*
*e* Flod.
*Robertus regnum uſurpat.*
*f* Flod. Chr. Odoran. 2. Pith. editus, p. 297. Aimo. 5. c. 43.
*g* Regino.

A. 900. Chriſti ad 985.

a Odora.

Robertus perfidiæ pœnas luit.

Rodulphus fit Rex Franciæ.

os lancea; ut ea, qua fefellerat, parte perfidiæ dare ſe pœnas oſtenderet. Moriens tamen victores ſuos reliquit. Ea pugna incidit in a Junii 15, quam Dominicam fuiſſe vetus Chronicon teſtatur. ex quo annus colligitur Chriſti 923. Haud multo poſt, quaſi vacuam ad regni poſſeſſionem, accitus eſt Rodulphus Burgundiæ dux, & apud Sueſſionas ſolemni ritu ſalutatus.

b Flo. Aimo. Regi. Odoran.

c Flod.

b Carolus ab Heriberto, prætextu reconciliandæ gratiæ, perductus, in caſtellum Theodorici ad Matronam includitur. Unde Peronam tranſlatus poſtea, deceſſit c anno 929, relicto ex Eadgina Alſtani Anglosaxonum regis filia Ludovico. qui, parente capto, ad avum profugit in Britanniam, indéque reverſus poſtea regnavit. Itaque poſt Eudonis obitum, imperavit Carolus annis 25, nempe ab anno 898 ad 923. At in ejus diplomatibus, quæ in Originibus Monaſterii S. Dionyſii ad urbem leguntur, regni primordium ex anno 893 ſumitur: quo adversùs Eudonem creatum illum à Francis eſſe Regem, ſuprà meminimus. In eorum uno quippe ſubſcriptio iſta legitur; IV *Id. Febr. Indict.* I. *anno V. regnante glorioſiſſimo Rege Karolo, redintegrante* I. Hic eſt annus 898, quo, Eudone 3 Januarii vita functo, novum cepit exordium regni: cùm priùs ab anno 893 procederet. Rurſus in altero diplomate: *Datum V Cal. Iun. Indict. V. anno XXV regnante Carolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante XX largiore verò hæreditate indepta* VI. Annus hic indicatur 917. qui ſextus eſt ab occupato Lotharingiæ regno, & viceſimus ab anno 898: quintus autem & viceſimus ab 893. Ex quo evidens eſt duodenni majorem; contra quàm Sigebertus prodidit, cùm primùm regnavit, fuiſſe Carolum, quem anno 879 in cunis jacuiſſe antea demonſtravimus.

Caroli Simplicis regnum.

Error Sigeberti.

Rodulphi regnum.

d Odorann. Aimo. 5. c. 43. e Flod. A. 923. Glaber. 1. c. 2.

Carolo ad eum modum exauctorato, Francorum Rex Rodulphus anno iniit 923. quem de Hugonis, aliorúmque principum ſententia, à Carolo jam capto renuntiatum eſſe, d Odorannus, & Aimoinus referunt. Fuit hic Richardi filius, Roberti gener; e cujus filiam Emmam Hugonis

Hugonis magni ſororem duxerat. *a* Danos in Aquitania graſſantes penè ad unum occidit. Heriberti verò, & Hugonis factionibus exercitum regnum ad annum extraxit 936, *b* quo mortuus, in S. Columbæ cœnobio apud Senonum oppidum ſepelitur, anno regni 13. atque eodem anno 936, Henricum Aucupem Germaniæ Regem exceſſiſſe ſuprà docui; ac Flodoardus eo ipſo Lunam defeciſſe ſcribit pridie Non. Sept. Hunc Urſpergenſis Abbas perperam cum Rodulpho altero confudit; quem ab Italis ad regnum vocatum, & ab Hugone pulſum eſſe, antè ſignificavimus. Sed diverſos fuiſſe non eſt dubium; ídque Flodoardus oſtendit anno 923, 935, & 937. ubi Italicenſem iſtum Ciſalpinæ Galliæ, ac Jurenſem appellat Regem, & anno 937, altero poſt Franciæ Regem, obiiſſe narrat.

A. 900. Chriſti ad 985.
*a* Fragm. Chron. Flor. a Pith.
*b* Flod. Aimo. 5. c. 43.

*c* Ludovicus Simplicis filius ab Hugone revocatus ex Anglia regnum adiit anno 936: quem ab Tranſmarina illa peregrinatione *Tranſmarinum* vulgò nominant. Nihilo quietius huic, quàm patri Carolo, regnum Heriberti & Hugonis ambitio fecit. Lotharingiam tamen; qua, deſperatis rebus ſuis, Henrico Germaniæ Regi Carolus ceſſerat; armis repetens, ab Othone Henrici filio depellitur *d* anno 939, quo Giſlebertus Henrici gener Lotharingiæ præfectus cum aliis rebellibus ab Othone victus occidit. cujus conjugem Gerbergam Othonis ſororem in matrimonium Ludovicus accepit.

*c* Flod.
*Ludovicus Tranſmarinus.*
*d* Flod. Reg. Herm. Mariz, Vrſper.

*e* Heribertus Viromanduorum Comes, homo ſeditioſus, ac perfidus, miſeranda morte periit, admiſſum ſcelus in Carolum identidem deteſtans, *f* anno 943, *g* eodem ſcilicet, quo Vvilielmus ejus gener Rollonis filius Northmanniæ dux. Quam provinciam Ludovicus tutoris invadens nomine, Richardum Vvilelmi filium abduxit. Sed eo ab ſuis recepto, captus ipſe poſtmodum, Hugonis interventu dimittitur. Cujus ſubinde potentiam non ferens, Othonis conjugis ſuæ germani implorat auxilium. Qui *h* anno 948 ingenti in Gallias ducto exercitu, expugnatiſque aliquot oppidis, & obſeſſa fruſtrà Rothomago, haud magnum operæ pretium tu-

*e* Glaber. l. 1. c. 1.
*Heriberti mors miſeranda.*
*f* Flod.
*g* Vvillel. Gemm. l. 3. c. 12. Hiſt. Norm.
*h* Flod.
*Otho. Imp. in Gallias irrumpit.*

A. 900. Chriſti ad 985.

a Vrſperg. Vuitich. 2. Alber. Krant. 3. c. 23.

b Flod.

c Aimo. 5. c. 43.

d Id. ibid.

lit. *a* tametſi Germani ſcriptores expeditionem illam in majus extollant.

Obiit denique Ludovicus *b* anno 954, *c* Septembri menſe; cùm admiſſo equo lupum inſequens, & in terram collapſus, attrito corpuſculo, in lepram incidiſſet. Sepultus eſt Durocottori Remorum in baſilica S. Remigii. *d* Filios ex Gerberga ſuſcepit duos, Lotharium, & Carolum. Annos illi 16 Aimoinus aſſignat. ſed biennio amplius imputatur.

e Aimo. 5. c. 44.

f Flod. Odoran.

g Oderic. Vtic. lib. 1. Aimo. 5. c. 44.

h Sig. A. 965. Glab. A. c. 4.

i Flod. A. 960.

Lotharius paterni ſimul regni & calamitatis heres orſus eſt *e* anno 954, prid. Id. Nov. Remis inunctus: regiæque majeſtatis imaginem ad annos circiter duos & triginta ſuſtinuit. *f* Anno hujus tertio, Chriſti 956, mortuus eſt Hugo Magnus *g* Aurelianenſis, dux Francorum, 15 Cal. Jul. & in Baſilica S. Dionyſii ad urbem ſepultus, filios tres reliquit ex *h* Hathuide Othonis Imperatoris ſorore, Hugonem Capetum, Othonem, & Henricum: filiam Emmam, *i* quæ Richardo Northmannorum duci nupſit. Hugo Francorum ducatum poſt patrem ſortitus eſt. Otho Burgundiæ, poſt Giſlebertum; Othoni paullo pòſt mortuo ſucceſſit Henricus.

k Flod.

*Lotharii cum Othone bellum.*

l Sig.

m Idem. Herm. Lamb. Aimo. 5. c. 45. Vvil. Nang. Chron.

n Sig. Aim. Orderic. Vtic. l. 1. Glab. 1. c. 3.

*k* Lotharius anno 955 cum Hugone M. bellum geſſit in Pictonibus adversùs Vvillelmum ducem. Tum Lotharingiæ, ſive Interamnenſis Belgicæ recuperandæ cauſſa, quam Otho II Carolo fratri ipſius *l* anno 977 permiſerat, Othonem Lotharius oppugnavit. Quem de improviſo Aquiſgrani fortè morantem, & imparatum opprimens, conjecit in fugam *m* anno 978. Hanc ignominiam ut aboleret Otho, Remorum, ac finitimarum civitatum, & Pariſienſium agros infinito pervagatus exercitu, *n* dum Axonam fluvium in reditu tranſmittit, inſequente Lothario, cum impedimentis haud paucos milites amiſit.

o Sig. Aim.

p Sigeb. A. 984.

*o* Aliquanto pòſt Lotharius cum Othone colloquio habito ſuper Charum fluvium, Lotharingiam ei remiſit. quo facto principum ab ſe voluntates alieniores reddidit. *p* Itaque poſt annos aliquot, eâdem iterum tentatâ, captóque Virduno, ſed mox reddito; deceſſit

Digitized by Google

a anno 986, ac Remis ſepultus eſt, in baſilica S. Remigii.

Poſtremus è Caroli genere Ludovicus Lotharii filius b anno 986 iniit regnum, Hugoni à moriente patre commendatus. ac nulla re geſta celebris, ſine prole Compendii mortuus, in Eccleſia SS. Cornelii & Cypriani ſepelitur anno 987. In eo Caroli progenies, ac ſecunda Regum familia deſiit, anno poſt inaugurationem Pipini 235.

Nec illud omiſerim, duas in Annalibus ſuper Lotharii & Ludovici regno ſententias occurrere. c Alii Lothario annos 22 circiter adſcribunt, mortuúmque faciunt anno Chriſti 976. Ludovico porro ejùs filio 9 annos aſſignant. d Alii longè & numero, & auctoritate potiores nobiſcum faciunt.

e Ludovico ſine prole defuncto regnum ad Carolum ejus patruum Ludovici Tranſmarini filium jure pertinebat; qui tum Lotharingiæ dux erat, ex anno 977, ut refert Sigebertus, ideo factus, ut Lotharii fratris conatibus obſiſteret; in eúmque Francorum inclinabant ſtudia. Sed dum ille cunctando *rem ad conſilium defert*, f ut Sigebertus ait, g in Hugonem Capetum rerum ſumma transfertur. qui Hugonis magni, cognomento Abbatis filius erat ex Hauvide ſorore Othonis primi ejus nominis Imperatoris. Quam ad principum auctoritatem Ludovici quoque poſtremi è ſtirpe magni Caroli Francorum Regis voluntas acceſſerat: qui, ut h Odorannus ſcribit, regnum moriens Hugoni donaverat. i Igitur anno 987 regium Hugo inſigne cepit Novioduni in Belgica. k & 5 Non. Jul. apud Remos eſt inunctus. Quod ægrè ferens Carolus bellum in eum haud cunctanter movet: ac Laudunum imprimis occupat l anno 988, Cæterùm in eodem oppido brevi pòſt obſeſſus ab Hugone, m ſecundo obſidionis menſe, ſubita è portis eruptione facta, haud paucos interficit; reliquos perterritos cum Hugone in fugam conjicit; urbem obſidione liberat. Durocottorum exinde Remorum capit pròditione Adelgarii presbyteri, anno n vel 989, o vel ſe-

A. 900. Chriſti ad 985.
a Sigeb.
b Sig. Vvil. Nang. Chr.
c Vt Aim. 5. c. 45. Odoran. Orderic. Vtic. Lib. 1.
d Sig. Ivo Carn. in Chron. Vvil. Nang. Chron. Aquit. apud Pith. Fragm. Flor. Chr. apud. eund.
e Aimo. Suppl. l. 5. c. 44. Sig. Nang.
f Anno 987. & Nang.
g Glab. 1. c. 1. Odoran.
h Odor. à Pith. edit.
i Frag. Flor. ad Pith. editum.
k Idem.
l Sigeb. Nang
m Iidem.
n Nang.
o Sigib.



Digitized by Google

A. 900. Chriſti ad 985.
a Idem.

quente. *a* atque in ea urbe Arnulphum Epiſcopum conſtituit Lotharii fratris ſui ex concubina filium ; Adalberone, qui tum ei præerat Eccleſiæ, Laudunum abducto : ubi paulò pòſt exceſſit è vita. *b* Hugo verò quàm maximis contractis copiis incluſum Lauduno cum uxore ſua Herberte Trecarum ducis filia Carolum oppugnat. Dicitur tunc *c* Aſcelinus, ſive *d* Anſelmus Laudunenſis Antiſtes, ex intima Caroli amicitia, ejúſque conſiliorum particeps, fœdam rem feciſſe. quippe Hugonem, ut ferunt, noctu in urbem introduxit, eíque Carolum prodidit, *e* per dies ſanctioris hebdomadæ. Eſt inter epiſtolas Gerberti, qui ad Romanum Pontificatum evectus Silveſter dictus eſt ejus nominis ſecundus, epiſtola quædam ad Azolinum, ſive Aſcelinum Laudunenſem Epiſcopum plena acerbitatis, ac ſtomachi ; in qua perfidiam illi in Regem exprobrat ; non utique in Carolum, quem capitalem habebat hoſtem : ſed in Hugonem, cujus filii Roberti inſtitutioni præfuerat. Simul Aſcelinum Romam ad cauſſam dicendam evocat. ut ex eo conjectura ſit ; eundem, qui ſemel Carolo fidem fefellerat, non majorem Hugoni poſtea præſtitiſſe. *f* Quanquam Adalberonem reperio per id tempus, quo captus eſt Carolus, Lauduni Epiſcopum fuiſſe.

*b* Nang.
*c* Frag. Hiſt. Aqu. & Aimo 5. c. 44.
*d* Nang.
*e* Frag. hiſt. Aquit. à Pith. edit.
*De Aſcelino Epiſcopo Laudunenſi.*
*f* Gerbertus apud Maſſon. in hiſt. Reg. Franc. & Rober. in Gall. Chriſti.

*g* Hugo Carolum in poteſtatem redactum Aurelianos adduxit : ubi turri incluſus diem obiit. Reliquit ex priori conjuge filium *h* Ottonem, qui & Lotharingiæ ducatum poſt patrem habuit. ex uxore verò altera Ludovicum, & Carolum. quorum ille Lotharingiæ dux poſt patrem fuiſſe proditur ab Vvillelmo Nangio, *i* aliiſque ſcriptoribus. Sed Sigeberto plures aſſentiri video. Ambos iſtos in carcere natos eſſe tradunt *k* annales alii : *l* & à Francis expulſos, receptum ad Imperatorem habuiſſe.

*g* Aimo. Suppl. 5. c. 44. Nang.
*h* Sig. 991.
*i* Chron. Dionyſ. Nicol. Gill. Vide Haillan.
*k* Aimo. 5. c. 44. & Frag. Aqui.
*l* Frag. Aquit.
*m* Vvill. Nang. Till. in Com.

*m* Duas præterea filias ſuſcepiſſe Carolus dicitur, Haridam, & Emengardem. hæc Namurſi nupta Comiti ; ex eáque Balduinus originem traxit Hannoniæ Comes ; cujus filiam Yſabellam Philippus Auguſtus conjugem duxit ; quæ Ludovicum octavum Sancti patrem peperit. ut e.

ratione S. Ludovici poſteri maternam ſaltem ab Carolo magno ſtirpem duxerint. Ita Vvillelmus Nangius. A. 960 Chriſti ad 985.

*a* At Hugo conceptum in Arnulfum Remenſem expromens odium, dedit operam, ut is concilio Epiſcoporum apud Remos coacto, loco moveretur; cúmque Aurelianis in carcere annos tres detinuit: ac Gerbertum, quo, ut dixi, præceptore uſus erat Robertus ejus filius, illi ſucceſſorem dedit anno 992. Qua re commotus Ioannes XV Romanus Pontifex, Epiſcopis omnibus, qui id fecerant, ſacris interdixit; effecítque, ut ſummoto Gerberto, in integrum reſtitueretur Arnulfus. quod ſub Gregorio Papa, & Roberto Rege perfectum eſſe *b* Aimoinus indicat.

*a* Aimo. 5. c. 45. Sigeb. A. 992.

*b* In vita S. Abbon. Flor. c. 11.

Cluniacenſis ordo ſæculo iſto cepit initium à Bernone Abbate Gigniacenſi viro illuſtri: quem anno 912 morientem ait Sigebertus, Odonem olim muſicum, Cluniacenſis Abbatem cœnobij feciſſe: Odonem porro 937 deceſſiſſe, eíque ſucceſſiſſe Ademarum: huic anno 943 Majólum: tuum Odilonem anno 991, idem Sigebertus affirmat.

## *De rebus Occidentalis imperij ſub Othone III, Henrico II, Conrado, Henrico III, & hujus ſchiſmate, ab anno Chriſti 984 ad 1106.*

CAP. XVII.

*Otho III.*

*c* PUer admodum in Germania regnavit Otho III, *d* anno 984. Imperatoris titulo, coronáque Romæ donatus Gregorio V Pontifice anno 990; biennio poſt *e* Creſcentium per honorem Conſulatus in eadem urbe tyrannicè graſſantem, & inexpugnabili ſeptum arce capitis damnavit. Cujus uxorem in matrimonium acceptam poſtea dimiſit. Nam priorem Auguſtam Mariam Aragonum Regis filiam admirabili exemplo juſtitiæ apud Mutinam flammis addixiſſe fertur. quod ita contigiſſe narrant. *f* Forte Imperatrix non minùs caſti, quàm for-

*c* Otho Friſing. 6. 25, Lamb. Herm.

*d* Lamb.

*e* Idem. Glaber. l. 1. c. 4.

*f* Gotfr. Viterb. Crantz.

A. 984. Chriſti ad 1106. *Memorabile juſtitiæ ſpecimen in Othone.*

moſa Comitis amore capta, ab eo repulſa cùm eſſet; hunc ipſum illius, quod deſignarat, tentati flagitii apud virum detulit. qui in juvenem extemplo capitalem ſententiam dixit. Comitis uxor, quam rei totius conſciam moriturus fecerat, Imperatorem in tribunali jus dicentem adiens, coram & viri innocentiam, & Imperatricis ſcellus aperuit: & ad utriuſque fidem faciendum, candentem manu laminam illæſa contrectavit. Quo indicio convicta Imperatoris uxor impudicitiæ, ſimul & calumniæ pœnas incendio dedit.

*a* Vide Bellarm. l. 3. de Tranſ. Imp. c. 1. Baron. A. 996. *b* Vita S. Steph. Sur. 15. Aug. Bonfin. Dec. 2. l. 1.

*a* Fama eſt, eodem imperante, Gregorium V Imperatoris creandi jus certorum principium ſuffragiis illigaſſe; quos & numero ſeptem vel iſte ipſe vel ſucceſſor ejus quiſpiam conſtituiſſe creditur. *b* Hungari & Tranſſylvani ſub eo Chriſtianam amplexi ſunt fidem.

*c* Vita ejus 20. Aug. *d* Sigeb.

Viri per id tempus ſanctiſſimi vixêre; Romualdus: Adalbertus in Pruſſia martyrium paſſus: *c* Stephanus Hungariæ Rex: *d* S. Majolus Cluniacenſis Abbas ex anno 943. Doctrina præſtitit Gerbertus ex Remenſi, & Rauennati ſede ad Romanam evectus ab Othone anno 999, ſub Silveſtri II nomine. *e* Mortuus eſt Otho anno 1002. Januar. 23.

*e* Lam. Herm.

*f* Dithm. 7. Ioan. Villa.

*g* Herm. Lamb. Sig. Vrſperg. *h* Pand. Collend. l. 3. p. 96.

*f* Othone ſine liberis defuncto, Henricus Bavarus ejus nominis ſecundus ab Aucupe, Imperatorij tituli primus, annos imperavit circiter 23. Inſignia ſumpſit Imperij *g* anno 1014 à Benedicto VIII. *h* quo tempore Græci cum Northmannis, & cum utriſque Saraceni de Apuliæ poſſeſſione certabant. Northmanni ſub initium ferè Imperatoris Henrici in eam oram Italiæ adventare cœperant. quod ut geſtum ſit, non abs re fuerit exponere.

*i* Lib. 2. Chr. Caſin. c. 38. *k* Cap. 31. *Northmannorum adventus in Apuliam.*

*i* Scribit Leo Oſtienſis anno ſeptimo Arenulfi Caſinenſis Abbatis: k cujus annum tertium congruere dicit anno Chriſti 1014, ut primus ſit Chriſti 1012; Northmannos Apuliam incurſare cœpiſſe: hic erit annus 1018) cùm ante annos fermè ſedecim eò primùm adveniſſent. Quippe ſub annum Chriſti 1002, Northmanni quadraginta ex Hieroſolymitana peregrinatione

redeuntes Salernum appulerunt, egregio corporis habitu, belloque ſtrenui. Id tum oppidum à Saracenis obſidebatur; eratque in eo Gaimarius princeps, quem Northmannicæ fuiſſe ſtirpis Pandulfus Collenutius eſt auctor in tertio libro. qui jam tum ex anno Chriſti 900 per Æmiliam, Flaminiam, Tuſciam, & Campaniam Northmannorum arma inferri cœpiſſe narrat. Ergo illi quadraginta cùm à principe arma, & equos impetraſſent, eruptionem in hoſtes fecerunt. ac plurimis interfectis, reliquis in fugam conjectis, mirabilem victoriam adepti ſunt. A. 934. Chriſti ad 1106.

Tanto obſtrictus beneficio Gaimarius, magnis oblatis muneribus, ac majoribus oſtenſis, retinere illos apud ſe ſtuduit. Sed cùm neutrum obtinuiſſet; quòd & ex ſolo Dei amore gratuitam hanc à ſe collocatam operam dicerent; neque à patria diutius abeſſe poſſent: legatos cum eis proficiſci jubet; qui citrea mala, & id genus alios regionis illius fructus, cum pretioſis veſtibus, equorúmque phaleris oſtentantes, ad fertilem tantorum bonorum adeundam provinciam Northmannos excitarent. Fortè ſub idem tempus evênit, ut Giſelbertus, & Vvillelmus Repoſtellus ſummo inter Northmannos loco nati à ſe invicem diffiderent: & Giſelbertus coram ipſo duce Northmanniæ Roberto in venatu Repoſtellum occideret. Qui Roberti, ac propinquorum Repoſtelli iram veritus, cùm quatuor fratribus ſuis Rainulfo, Aſelittino, Oſmundo, ac Rodulfo, aliiſque nobilibus Salernitanos legatos in Apuliam ſecutus eſt. *a* At Vvillelmus Gemmeticenſis Monachus eum, qui cædem fecit, Oſmundum Drengorum nominat. Ubi in Italiam pervenerunt, ad Pandulfum Capuæ Dynaſtam adjunxêre ſeſe; ac ſub eo, aliiſque principibus ſtipendia facientes, contra Græcos, & Saracenos utilem & glorioſam navarunt operam. Nec ſuas res interim neglexerunt. Nam Apuliæ potiti opidis aliquot, ſuæ gentis duces ſibi præfecerunt. quorum primus Turſtinus cognomento Scitellus à Vvillelmo traditur. *b* Pandulfus Triſtanum vocat. qui ejus ſucceſ-

*a* Lib. 7. c. 3.

*b* Lib. 3. p. 94.



Digitized by Google

A. 984. Christi ad 1106.

*a* Pandul.

ſores ad Robertum uſque Viſcardum memorat, paullo ſecus ac Vuillelmus. *a* Tancredus quidam in Northmannia fuit, qui ab *Alta-villa* cognomen accepit. Hic duabus ex uxoribus filios ſuſceperat duodecim, Sarnum, Gotfredum, Drogonem, Tancredum, Guillelmum *Ferrabrachium*, Humfredum, Robertum Vuiſcardum, Rogerium, Richardum, Gotfredum alterum, Frumentinum, Molugelum. Ex his Guillelmus Ferrabrachius ab iis Northmannis, qui Apuliam incolebant, dux eligitur: qui Saracenos pariter, Græcóſque debellavit. *b* Saraceni rurſus Apuliam adorti, diviſis bifariam copiis, eodem tempore Capuam, & Barium oppugnant. Sed Barium Gregorius Græcorum dux, Venetorum adjutus viribus obſidione ſolvit. Capuæ opem attulit Henricus Imperator, qui Romæ tunc erat, & à Benedicto Pontifice anno 1014, ut paullo antè demonſtravi, coronam acceperat. Is Saracenis devictis, Græcos eodem impetu compreſſit: ac Troiam iis eripuit: quod oppidum nuper in Apulia conditum ab illis fuerat. atque ita pacem Italiæ reddidit. Ita Pandulphus. *c* At Leo Oſtienſis hanc Imperatoris expeditionem, qua Troiam eodem illo anno, quo condita eſt à Græcis, deditione cepit, Dominicæ Incarnationis anno 1022 accidiſſe ſcribit: *d* quo tempore cum in Caſinenſe monaſterium veniſſet; ibidémque graviter ex calculo laboraret, noctu ei S. Benedictus apparuit: fidémque fecit ſuum in eo loco jacere corpus; de quo hactenus dubitabat. & eodem momento ſanitatem illi reddidit.

*b* Pand. 3. p. 96.

*c* Lib. 1. c. 40. & ſeq. idem habent Herman. Vrſperg.

*d* Id. c. 44.

*e* Brevi poſteà ſanctitate pollens perpetuum cum Kunegunde ſervatum in matrimonio virginitatis florem in cœlum extulit *f* anno 1024, tertio Eidus Jul. & in Bambergenſi Eccleſia, quam cum Epiſcopio ibi conſtruxerat, eſt ſepultus. *g* Hic cum Stepano Hungariæ Rege peræquè ſancto affinitate junctus eſt, data ei in matrimonium ſorore Giſla. cujus ſtudio Hungari Chriſtianam ad fidem converſi. Hoc Imperatore S. Abbo Floriacenſis Abbas in Vaſconibus, dum, rixantibus inter ſe medius intervenit, confoſſus

*e* Leo Oſt. l. 2. c. 47. &c.

*f* Herm. Sig. Lamb. Otho Friſ. l. 6. c. 27. Vrſperg.

*g* Sig. 1010.

inter Martyres adſcribi meruit *a* anno 1004, Indictione 2, Novembris 13; multis poſt obitum prodigiis illuſtris redditus. *b* S. Heribertus Colonienſis Epiſcopus eodem imperante moritur anno 1108. *c* Sequens annus novo & compendioſiori muſicæ generi dedit initium, inventore Aretino monacho Guidone: à quo notæ illæ ſex, quibus hodie utimur, inſtitutæ feruntur.

A. 984. Chriſti ad 1100.
*a* Aimo. in ejus vita cap. ult. Glaber. 3. c. 3. Sigeb.
*b* Herm. Sigeb.
*c* Baron. Sigeb. anno 1028.
*Conradus.*

*d* Conradus anno 1024 Germaniæ Rex, Imperator anno 1026 ſalutatur. Ad hunc Rodulphus Burgundiæ Rex moriens coronam ſuam cum regno deſtinavit, *e* anno 1032. quod ille anno ſequente adiit, *f* quo ſol defeciſſe traditur Junii 29, hora 6. Sigebertus, qui id anno 1034 aſſignat, Rodulphum ait offenſum Burgundionibus, quòd in Regem ſuum inſolentes eſſe pergerent, regnum ſuum in Conradum tranſtuliſſe; quod ex Arnulphi Imperatoris tempore plus centum & triginta annis gentis ſuæ Reges obtinuerant: atque ita denuò Burgundiam in provinciam eſſe redactam. Hoc illud Burgundiæ regnum eſt, quod anno 890 Rodulphus auſpicatus eſt, ut ex Sigeberto ſuprà cap. 15. meminimus. Id ægrè ferentem Odonem Campanienſem Rodulphi ſororis filium narrat Sigebertus idem; cùm ab Conrado eam provinciam impetrare nequiſſet, contra ipſum bellaſſe, ac Lotharingiam oppugnaſſe. Sed ab Gothelone duce apud Barum, magna cum ſtrage Francorum, victum in acie cecidiſſe. *g* quod in annum incidit 1037. Biennio pòſt obiit Conradus pridie Nonas Junias; ac Spiræ ſepultus eſt. *h* quem annum Solis defectio illuſtrem facit undecimo Cal. Sept. hora ſexta, feria 4, in annalibus notata anno Chriſti 1309. Imperavit annos 15; *i* Conrado regnante obiit ſancta Kunegundis anno 1038; eodémque S. Stephanus Hungariæ Rex; cui Petrus ſucceſſit.

*d* Herm. Maria. Urſp. Sigeb.
*e* Idem.
*f* Glaber. Herman.
*Burgundiæ regnum eſſe deſinit.*
*g* Herm. Lamb. Urſper. Sigeb.
*h* Glaber. 4. c. 9. Herm. Urſper. Sig.
*i* Herman. Maria.

*k* Henricus Imperatorum eo dictus nomine ſecundus, Regum tertius, Conrado patri ſubrogatus eſt anno 1039. à quo Bohemi bello ſubacti; nec non & Hungari; qui Petro Rege ſuo ejecto Ovonem ſibi præfecerant. Sed hoc Henri-

*k* Marian. Herm. Lamb. Urſper. Glab. 3. c. 2. & 4. Sig.
*Henricus III.*

rici armis expulſo, Petrus in integrum reſtitutus eſt. *a* Ab hoc Imperatore Leo IX Pont. Beneventum accepit, ea lege, ut Bambergenſis Eccleſiæ tributum remitteret. Floruit hac ætate Marianus Scotus nobilis Chronologus; qui anno 1056 Fuldenſem ſe monachum factum eſſe teſtatur. *b* Moritur Henricus anno 1056, tertio Non. Octob. cùm regnaſſet annos 17. *c* Reliquit ex Agnete Vuillelmi Pictavorum Comitis filia Henricum heredem. Hoc imperante Petrus Damianus eruditiſſimus ac ſanctiſſimus eſt habitus, *d* qui anno deinde 1057 ab Stephano X Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis eſt factus.

*a* Leo Oſt. 2. c. 802.

*b* Maria. Lamb.

*c* Glab. 5. c. 1.

*d* Leo Oſt. 2. c. 01.

Anno Christi 1056 Henricus Imperatorum eo nomine III, regum Germaniæ IV, *e* quinquennalis puer regnum auſpicatus eſt. quod magno Chriſtianæ rei damno ad duos & quinquaginta perduxit annos. Fœdò quippe, ac perpetuo ferè diſſidio ab Romano Pontifice divulſus eſt; *f* quòd Epiſcopos, & Abbates partim pretio, partim privata auctoritate conſtitueret; quam *inveſtituram* appellant vulgò. Præcipuum illi cum Gregorio ſeptimo ingentium animorum Pontifice certamen fuit. qui *g* anno 1073 Alexandro II ſucceſſit, Hildebrandus antea dictus. Initium Schiſmatis factum eſt *h* anno 1076: quo Gregorius Henrico communionem ſacrorum interdixit. *i* Eundem ſequente anno reconciliatum, ſed ad priſtinos mores ſubinde reverſum, denuò ſententia ſua perculit. *k* Interim Saxones ab Henrico deficiunt, & Rodulphum Sueviæ ducem regem eligunt. qui Henricum *l* primò conjecit in fugam anno 1080, ſexto Cal. Februarii. at ſecundo in congreſſu, fugato itidem ipſo, cùm inter primos fortiter pugnaret, occubuit Idibus Octobris, victoria penes ſuos relicta, *m* eodem anno 1080. Quo Henricus Guibertum Ravennatem Epiſcopum ab Gregorio triennio antè anathemate damnatum, in Conciliabulo ſuorum Papam conſtituit. à quo & Romæ, in arce S. Angeli Gregorio interclûſo, inſignia ſumpſit imperii *n* anno 1084, ipſo die Paſchatis.

*Henricus IV.*

*e* Lamb.

*f* Vvill. Tyrius. l. 1. c. 13.

*g* Lamb. Bertol.

*h* Sigeb. Bertol.

*Schiſma Henrici.*

*i* Bertol. Ioan. Vill. 4. c. 21.

*k* Otho Friſ. 5. c. 35.

*l* Bertol. Leo Oſt. 3. c. 48.

*m* Maria.

*Guibertus Antipapa.*

*n* Bertol.

Digitized by Google

Rurſus Catholicarum partium fœderati principes Hermanno Lotharingo regnum deferunt *a* anno 1082. qui *b* anno 7, Chriſti 1088, Indict. 11 obiit in Lotharingia, Metíſque ſepultus eſt *c* Triennio antè, hoc eſt anno 1085, Indict. 8, octavo Cal. Jun. moritur Gregorius. Guibertus verò *d* anno 1100. Neque tamen hujus morte factionum ſtudia reſtincta ſunt, ſuperſtite adhuc Henrico. *e* Qui tandem ab Henrico filio imperio ſpoliatus anno exeunte 1105, ipſo Chriſti natali die, profugúſque, Leodii deceſſit anno 1106, ſeptimo Id. Aug. feria tertia, ætatis 55.

A. 984. Chriſti ad 1106.

*a* Maria. Bertol. Sigeb.
*b* Bertol.
*c* Idem. Leo Oſt. 3. c. 64.
*d* Sigeb.
*e* Otho Friſ. 7. c. 11. & 12. Vrſperg.

Præclarum ac fidele per hos tumultus obſequium Romano Pontifici præſtitêre Northmanni Duce Roberto Vviſcardo: cum jam Apuliam Græcis ereptam ad ſuam poteſtatem adjunxiſſent *f* ex anno 1041. quo Arduinus quidam Longobardus Ducliantum Græcorum ducem, alióſque Northmannorum auxilio ſuperavit, unde factum, ut illi Apulia potirentur. Ac primum Guillelmus, de quo ſuprà mentionem attigi, Tancredi filius: tum Drogo, gentis principes fuerunt. Drogoni Hunfridus ſucceſſit; huic Robertus Vviſcardus; qui omnes fratres fuerunt. *g* Robertus Apulia minimè contentus, Calabriam, & Siciliam ſubegit armis. Ob id ſacrorum uſu à Gregorio ſeptimo Romano Pontifice interdictus *h* anno 1074: ac ſeptimo pòſt reconciliatus anno, qui fuit 1080, provincias illas omnes beneficiario ab eo jure, ac vectigales obtinuit. Pacem hanc ſecundiſſimus rerum curſus excepit. *i* Sequenti anno cum millibus armatorum quindecim trajecto mari contra Græcorum Imperatorem Alexium contendit in Thraciam: occurrentémque ſibi cum centum ac ſeptuaginta millibus prælio ſuperavit. *k* Alexius magna pecuniæ vi cum Henrico Imperatore pactus eſt, ut imminentem Orientis imperio Robertum bello deſtineret anno 1084. Quam ille pecuniam contra jusjurandi religionem, ad conciliandos ſibi Romanorum animos, largitionibus inſumpſit; cùm quidem Lateranenſe palatium, cum Guiberto Antipapa, quinta fe-

*Roberti Vviſcardi res geſtæ.*

*f* Leo Oſt. 2. c. 68. Vvill. Gemmet. l. 7. c. 30.
*g* Leo Oſt. Otho Friſ. 1. de geſtis Frid. c. 3.
*h* Greg. ep. apud Baron.
*i* Leo Oſt. 3. c. 48. Zon. in Alexio.
*k* Bertol.

A. 934. Christi ad 1106.

ria ante Palmarum Dominicam occupaſſet, Gregorius verò ſe in arcem S. Angeli recepiſſet. Quibus *a* auditis Robertus poſt Calendas Maias cum exercitu ad Urbem advolans, Henricum ita perterruit, ut is raptim ex Urbe fugiens, contento curſu in Germaniam properaret. Robertus rebelli urbe direpta, & incendio magna ex parte conſumpta, Gregorium ex arce detraxit incolumem, ac Salernum abduxit; ubi & mortuus eſt. Robertus quoque circa idem tempus exceſſit menſe Julio. Sed annus, ob Scriptorum diſſenſionem, penè incertus eſt. Nam *b* alii 1082, *c* alii ſequenti mortuum volunt. *d* Leo Oſtienſis 1084 deſignare videtur. Bertoldus 1086. *e* quidam 1085. Magno, & excelſo fuit animo; ac militari laude præcellens, perbrevi ſpatio res ſuas majorem amplificavit in modum. *f* Commendatur & illius in Deum, Sanctóſque pietas, quam multis & ingentibus donariis teſtatam reliquit.

*a* Bertol. Leo Oſt. 3. c. 52. Pand. 3. Ioan. Villa. 4. c. 17.

*b* Pandul. 3. p. 308.

*c* Fazel.

*d* Lib. 3. c. 56. collato cum 64.

*e* Baron. ex Romualdo.

*f* Leo Oſt. 3. c. 57.

## *De Orientalis imperii rebus ab anno 976 ad 1118.*

CAP. XVIII.

*g* Zimiſce mortuo anno 975, ad Baſilium, & Conſtantinum Romani Junioris filios redit Imperium: quod Baſilius annos 50 tenuit, triennio amplius Conſtantinus. Haud pauci contra eos tyrannidem uſurparunt: imprimis Bardas cognomento σκληρὸς, id eſt *durus*. qui cum Saracenis fœdus affinitate ſanxit. Tum Bardas Phocas: à quo Durus per dolum interceptus eodem Phoca Indict. 2, anno 989 in pugna interfecto, Imperatori reconciliatus eſt. His expeditus negotiis Baſilius, pacata Syria Bulgariam diuturno bello ſibi ſubjecit; Samuele Rege devicto. cujus 15000 militum excæcata ad eum remiſit, ſingulis centuriis uno monoculo præeunte. quorum aſpectu perterrefactus *n* Bulgarus paullo pòſt exanimatus eſt. *h* Proditum eſt in Annalibus Aquitanicis, Baſilium voluiſſe monachum ſe fore, ſi vinceret: damnatum voti, quod reliquum vitæ fuit, monachi cultum ſub imperii

*g* Curop. Cedr. Zonar. Glyc.

*Baſilius Imp.*

*h* Frag. Ann. Aquit.

Digitized by Google

inſignibus occultè gerentem, ab concubitu, & carnibus abſtinuiſſe. Mortuus eſt anno natus 70, Indict. 9, Decembri menſe, anno Chriſti 1205: princeps bello ſtrenuus; ſed avaritia, & rapacitate, Græcáque calliditate præditus. Eo tamen deterior Conſtantinus illius frater triennio ſupervixit, nullius homo frugis, ac ludis mimiſque deditus. Exceſſit anno 1028, Novembri menſe, Indict. 12.

A. 976. Christi ad 1118.

*a* Romanus Argyrus conjugem priorem coactus relinquere, cum Zoë Conſtantini filia cepit imperium. Initio moderatum ſe, ac juſtum præbuit. ſed in pejus immutatis moribus, infinitis exactionibus privatorum exhauſit opes. Syriam ab ſuperioribus Imperatoribus receptam culpa ſua perdidit. quam Georgius Maniaces dux fortiſſimus utcunque retinuit. Periit inſidiis Zoës uxoris anno 1034, Aprilis 11, feria 5 majoris hebdomadæ: ut eſt apud Curopalatam Græcum. Nam Cedrenus, qui hunc exſcripſit, hoc loco depravatus eſt. Imperavit annos 5, menſes 6.

*a* Curopal. Ced. Zon. &c. *Romanus Argyrus.*

*b* Michaël Paphlago Zoës adulter, qua inſtigante Romanum interfecerat, malè à dæmone vexatus totum ferè tranſegit imperii tempus, quod annorum fuit 7, menſium 8. Deſperata ſalute corporis, animo decrevit conſulere; atque in Monachum detonſus anno 1041 obiit, Decembris 10. Ind. 10; parricidium ſuum magno dolore deteſtatus. Hic Zoën redegit in ordinem. Georgius Maniaces Siciliam de Saracenis eo imperante recuperavit. Sed cùm falſis ex calumniis in vincula conjectus eſſet, eo abſente perdita Sicilia eſt. Quam ad calamitatem Bulgarorum acceſſit defectio.

*b* Idem. *Michael Paphlago.*

*c* Extincto Paphlagone, ſumma rerum in Zoën recidit; quæ imparem tanto ponderi ſciens eſſe feminam, Michaëlem Calæphatum Cæſarem, Stephani, qui rem Siculam perdiderat, filium adoptavit, ac fecit Auguſtum; jurejurando ab eo prius accepto, matris illam ſe loco, ac dominæ ſemper habiturum. Hujus oblitus pacti, Zoën amoliri cupiens, dum vulgi pertentat animos, ejus in Zoën, ac Theodoram ſororem accendit

*c* Iid. *Michael Calaphatus.*

Digitized by Google

A. 976. Chriſti ad 1118.

ſtudia. In quas ſubitò tranſlatum eſt imperium: cujus ſpes Calaphato cum oculis in perpetuum eſt erepta. Id evenit anno 1042, Indictione 10. Imperavit menſes 4, dies 5.

a Ibid. *Conſtantinus Monomachus.*

*a* Conſtantinus Monomachus ab Zoë tori pariter & imperii conſors adhibitus, eodem anno 1042, Junii 12 coronatur. Magnæ hoc Imperatore clades à Græcis acceptæ ſunt. Primùm à Suevis malè multati ſunt, cæſis quadragintà millibus. Tum ab Northmannis in Apulia, quorum auxilio Georgius Maniaces rebellavit. quo poſtmodum ſublato, iidem in Apuliæ poſſeſſione manſêre Northmanni.

*Northmanni Apuliam obtinent.*

Per idem tempus Turcæ ſub Mahammede Saraceno Perſarum principe ſtipendia merentes ab illo deficiunt: eòque ſæpe devicto, ac tandem mortuo, Perſidem invadunt quorum primus Sultanus Tragolipaces Mucaletus à Curopalate ominatur. Conſtantini Imperatoris impenſis Hieroſolymitanum templum Dominicæ reſurrectionis à fundamentis inſtauratum eſt anno 1048, ante 57 annos à Saracenis everſum; ut ſcribit *b* Vvillelmus Tyrius. Moritur ex morbo, cum imperaſſet annos 12, Indictione 8, anno 1054. Theodora poſt hunc uno regnavit anno, cùm Zoe jam obiiſſet: mortuáque eſt anno 1055, Indictione 9, Auguſto menſe.

*Turcæ Perſidem occupant.*

b Lib. 1. c. 7.

c Ep. 1. Leon. Sig.

*c* Conſtantino imperante Michael Cerularius Patriarcha Conſtantinopolitanus Romanam Eccleſiam ſcriptis oppugnavit anno 1053. quem Leo Pontifex eruditè confutavit. *d* Sequente autem anno legatos Conſtantinopolim miſit, Humbertum epiſcopum Silvæ candidæ, hominem illa ætate pereruditum, & Fridericum ambo Cardinales, cum Petro Amalphitano epiſcopo. *e* qui perbenignè auditi ab Imperatore, Nicetam Studienſem monachum, quæ contra Latinos temerè ſcripſerat, retractare coegerunt. Michaelem verò Patriarcham in errore pertinacem publicè damnarunt.

d Leo P. ep. 7. & 8. Leo Oſt. 2. 89. Sig.

e Vide Baron.

f Ibid. *Michael Stratioticus.*

*f* Annuum haud amplius imperium Michaeli Stratiotico poſt Theodoram contigit; homini

 

propter ætatem, ac rerum imperitiam minimè omnium idoneo: ſed talem ſcilicet Palatini ſpadones eo conſilio delegerant, ut eſſet, qui honoris contentus ſpecie, rem ipſis imperii ac fructum relinqueret. Dum igitur principes viros contemptim habet ac ſuperbè, eorum inflammavit odia. Ergo adversùs hunc Imperator factus eſt *a* Iſaacius Comnenus octavo Junii, Indictione 10, anno 1057. Stratioticus aliquantum cunctatus, epiſcopos demum, quos ad ſe privatæ perſuadendæ vitæ cauſſa Patriarcha miſerat, interrogavit; ecquod ſibi poſiti imperii pretium foret. Regnum illis cæleſte reſpondentibus, ſtatim purpuram exuit. Auguſti die ultima anni 1057, Indict. 10. Ita Cedrenus, cujus hic hiſtoria deſinit.

*a Ced. Zon. Iſaacius Comnenus. Cedreni hiſtoria deſinit.*

*b* Iſaacius Comnenus Auguſtus ſalutatur anno eodem 1057, Cal. Sept. Indictione ineunte 11. acris ingenii, ac celebris, ſed arrogantis fuiſſe dicitur; idémque belli peritiſſimus. Biennio ac tribus menſibus exactis, deſperata valetudine, Imperatorem deſignavit Ducam: & in Studienſe conceſſit cœnobium, ubi ægritudine levatus nihilominus in incœpto perſtitit.

*b Zonar. Glyc. Manaſſ.*

*c* Conſtantinus Ducas anno 1059 iniit: commodis moribus, ac prono in juſtitiam animo; ſed hebes ac tardius. Itaque ſub hoc impunè graſſantibus Barbaris, acciſum eſt imperium. Regnavit annos ſeptem, menſéſque ſex, relictis cum Eudocia conjuge filiis tribus, Michaële, & Andronico, quos privatus genuerat: & Conſtantino eo Imperatore nato; qui Porphyrogenitus propterea dictus eſt. Obiit ergo anno 1067. *d* Joannes Xiphilinus Trapezuntius ex Monacho Patriarcha imperante Conſtantino floruit.

*c Iid. Conſtantinus Ducas. d Zonar.*

*e* Eudocia contra jusjurandum, quo morienti viro caverat, vitricum ſe neminem communibus liberis daturam, poſt ſeptimum menſem Romano Diogeni nupſit, forti, ac bellicoſo viro; cujuſmodi tum labantibus Orientis rebus opus eſſe ſtatuerat. Jurisjurandi porro ſyngrapham callidè expreſſit à Patriarcha; cùm ſe propinquum illius ad conjugium ſimulaſſet.

*e Iid. Romanus Diogenes.*

A. 976. Chriſti ad 1118.

expetere. Hic in Turcas ſecundis aliquot factis expeditionibus, ad extremum collatis ſignis, Andronici proditione victus in Sultani poteſtatem venit. à quo benignè acceptum, & honorificè demiſſum eſſe *a* Græci Annales memorant. At *b* Vvillelmus Tyrius regium in ſolium aſcendenti, vel deſcendenti barbaro pro ſcabello fuiſſe Diogenem ſcribit.

*a* Zonar. Glyc. Manaſſ.
*b* Vvill. Tyr. 1. c. 9.

Zonar. Glyc. Man. Vvil. Tyr.

*c* Interim Conſtantinopoli relegata in monaſterium Eudocia, novus creatur Auguſtus. Diogenes à Sultano dimiſſus, minus in ſuis quàm in barbaris humanitatis reperit. Nam contra fidem effoſſis crudeliter oculis, neque curatis vulneribus: tumente, ac vermibus ſcatente capite, brevi eſt extinctus anno imperii 3, ſupérque octavo menſe. quod anno 1071 contigiſſe videtur.

*d* Zonar. Glyc. Manaſſ.
*Michael Parapinacius. Niceph. Botoniates imperium occupat.*

*d* Michaël Parapinacius Conſtantini Ducæ filius vitrico ſublectus eſt anno 1701. Cujus ignavia Turcis incremento fuit, qui Ponticam oram armis ſubegerunt. quod Turcomanniæ regnum appellat. Eodémque tempore Nicephori duo, Botaniates, & Bryennius; ille in Oriente; hic in Occidente, ubi Dyrrachio præerat, imperium uſurpant. Botonitates Turcarum fretus auxilis regiam prior occupat, ac 25 Martii Imperator ſolemni ritu renuntiatur. Michaël in Studienſe tranſlatus monaſterium, lacerna pulla purpuram mutat pridie Paſchatis, hoc eſt 7 Aprilis, anno 1078: cùm præfuiſſet annos 6, menſéſque totidem. Sub hoc tempus Joannes Xiphilinus obiit, patriarchatu annis 11, ac ſeptem menſibus functus

*e* Zonar. Glyc. Manaſſ.

*e* Nicephorus Botonitates principatus initio Bryennium pacis conditiones omnes ſuperbè reſpuentem per Alexium Comnenum fregit, oculiſque privavit, paullo poſt Lunarem defectionem, cujus Glycas meminit. quæ quidem anno Chriſti 1078, Januarii 31, hora 1 poſt mediam noctem Conſtantinopoli accidit. Sed dum ingraveſcente jam ætate, ac propter inſitam mollitiem, neque rectè publicam rem tractaret ipſe, nec idoneos

ei magiſtratus præficeret ; in contemptum venit ſuorum : & ab Comnenis dignitate ſpoliatus, inter Monachos adſcribitur, cùm imperaſſet annos 3, Chriſti anno 1081. In hoc Imperatore Conſtantinus Manaſſes hiſtoriam definit.

A. 976. Chriſti ad 1118.

a Ex Comnenis duobus, Iſaacio, & Alexio, hic natu licèt minor ad imperium pervenit, quòd & gratia, & bellicæ rei peritia præſtaret. Orſus eſt anno 1081, Indict. IV, Aprilis 1. feria 5 majoris hebdomadæ, ut eſt in Chronico à nobis edito unà cum Breviario Nicephori. Vafer homo, ac perfidus, & ad replendum ærarium, quod infinitis largitionibus exhauſerat, nullius parcens opibus. Malè hic à Francis acceptus eſt : b primùm ab Roberto Guiſcardo Apuliæ duce ; uti ſuperiori capite meminimus. quod anno 1081, ineunte Alexii regno contigiſſe teſtis eſt Zonaras. c Poſteà cùm properantibus in Paleſtinam, Godefrido duce, Francis obſiſteret; maxima Græcorum ſtrage repulſus eſt anno 1096. Enim verò nihil Imperatore iſto tota hac noſtrorum expeditione fraudulentius, & iniquius fuit, nihil ejus ſucceſſoribus quamdiu Chriſtianorum illìc res ſteterunt, in eos crudelius, ac perfidioſius. Vixit annos 70 circiter; ac 37, ſupérque menſes 4, & dies aliquot imperavit. obiítque anno 1118, ſub mortem deſtitutus ab omnibus, ne Imperatorio quidem funere eſt elatus; filio præſertim, quem Auguſtum vivens appellaverat, relicto ſucceſſore. In hoc hiſtoriam ſuam terminavit Zonaras. ac ferè Curopalates, quem penes nos Græcum habuimus.

a Zonar. *Alexius Comnenus.*

b Leo Oſt. 3. c. 48. Zon.

c Vvil. Tyr. 1. c. 8. Otho. Friſ. l. 7. c. 2.

A. 987. Chriſti ad 1108.

*Franciæ res ab anno 987, & Hugonis Capeti exordio, ad 1108, ſub regibus Hugone, Roberto Henrico I, Philippo I: nec non de Italicis motibus, & occupata ab Northmannis Apulia: tum de Godefridi Bulionij in Palæſtinam expeditione.*

CAP. XIV.

*Hugo Capetus.*

*a* An. Pith. *b* Ycrid. in Ann. Franc.

*b* Vvitich. lib. 1. Luithpr. 4. c. 7. Sigeb A. 397. Vrſper. Vide Ioan. Villa. l. 4. c. 3.

*c* Glab. 2. c. 1.

*d* Fragm. Floriac. [illegible]

*e* Glaber. Rod.

*Robertus Rex.*

*f* Fragm. Floriac. Helgal. in vita Rob. Fragm. Aquit. Pith.

*g* Fragm. Floriac.

*h* Helgal. in vita Rob. p. 73. & 77.

FRanciæ regnum à Caroli M. poſteris novam ad familiam Saxoniæ originis anno 987 tranſiit; Hugone Capeto Hugonis M. filio conſenſu principum ad eam dignitatem evecto. quem *a* Vvillemus Nangius materno genere ad Caroli ſtirpem pertinuiſſe putat. Mathildem quippe Henrici Aucupis uxorem, Othonis I matrem, Ludovico Arnulphi filio Carlomanni nepote eſſe genitam. Qua ex Mathilde nata eſt Henrico Haovida Hugonis Capeti mater. Sed id eſſe falſum, veterum auctoritas ſuadet, *b* qui Mathildem Theodorici Saxonis fuiſſe filiam, & à Vvitikindo illo, qui cum Carolus M. bellum habuit, oriundam eſſe demonſtrant.

Nihil igitur cum Caroli ſtemmate commune Capetus habuit. Qui Carolum Lotharij filium Ludovici fratrem Aurelianis, ut dictum eſt, in cuſtodia tenuit. *c* Hic initio novi principatus haud paucos è primoribus adverſantes ſibi nactus, conſilio induſtriâque pervicit. *d* Obiit anno 997. quem.

Robertus filius excepit, ex *e* anno Chriſti 988 coronæ ac regni particeps jam factus; ſumma pietate, prudentia literarum inſuper haud vulgari ſcientia præditus. *f* Qui inceſtis cum Berta nuptiis Gregorii V Romani Pontificis interdicto diremptis, Conſtantiam *g* Vvilleimi Toloſani Comitis filiam duxit. Burgundiam armis domitam Francorum addidit regno. Ædes ſacras quamplurimas, ac monaſteria condidit. *h* inter quæ Aurelianis S. Aniano dicatum ſolemni ritu conſecrandum curavit anno 1029.

Digitized by Google

Indictione 12. *a* Quâ urbe, rege eodem, incendio conſumptâ anno 999, Arnulphus Pontifex Baſilicam S. Crucis inſtauravit primùm ſumptibus ſuis, tùm auri vi adjutus maxima, quam inter fodiendum ibidem reperit. Exceſſit rex ſanctiſſimus, *b* ac multis à Deo miraculis illuſtris redditus, anno Chriſti 1033, *c* decimo tertio Kal. Auguſti, poſt dies 21, quàm Sol defecerat, quæ defectio incidit in 3 Cal. Julias anni 1033. Sed Helgaldus feria 3 mortuum ait regem. cùm 13. Cal. Auguſt. fuerit feria ſexta. Regnavit poſt patris obitum annis 36. In quo vulgati Annales caſtigandi ſunt, qui 35, vel 34 numerant. *d* Ejus corpus Miloduno, ubi obierat, in S. Dionyſij baſilicam eſt illatum. *e* Hoc regnante, Judæorum, qui Aurelianis erant, hortatu, Babylonis princeps templum, quod ſuper Chriſti ſepulchrum Hieroſolymis erat, evertit anno 1009. Qua Judæorum fraude cognita, occiſis plurimis, cæteri Romano ex orbe profligati ſunt. *f* Ornabat ea tempeſtate Gallias rara ſanctitate, paríque doctrina Fulbertus Carnotenſis epiſcopus.

A. 987. Chriſti ad 1108.
*a* Glaber. 2. c. 5. *S. Crucis ædes Aurelianis.*
*b* Helgaldus p. 77.
*c* Helgald. ibid. Glab. 4. c. 9.
*d* Helgald.
*e* Glab. 3. c. 7.
*f* Fragm. Aquit. Hiſt. Trithe.
*Henricus I. rex.*

Anno Chriſti 1033 Henricus I Francis regnavit, invita Conſtantia matre, quæ Robertum juniorem præferebat, deſignatus à patre. *g* Odonis Carnotenſis Comitis rebelles filios Tetbaldum, & Stephanum per Gotfredum Andegavenſium Comitem vicit; cui Turonorum civitatem attribuit. Vvillelmum nothum Richadi Northmannorum ducis filium fidei commendatum ſuæ, paternam in ditionem *h* anno 1047 reſtituit, fuſis Northmannorum millibus triginta, cùm haud plures ipſe tribus millibus haberet, *i* Leo Papa IX, eo regnante, Hermeri Abbatis S. Remigij rogatu in Remos pervenit: ubi monaſterium ab illo Abbate conditum ſolemni pompa conſecravit, anno 1049, *k* quo VI Kal. Dec. Dominica fuit. Idem *l* anno 1053 Northmannorum in Apulia Ducem pacem infimis poſtulantem precibus, Germanorum adjutus auxiliis, aggreditur. à quo 14 Cal. Jul. acie victus eſt, interfectis penè ad unum Germanis; cùm prima congreſſione territi Longo-

*g* Fragm. Floriac.
*h* Fragm. Floriac.
*i* Fragm. Floriac.
*k* Herm.
*l* Lambert. Herman. Leo Oſt. 2. c. 88. Otho. Friſ. 6. c. 33. Sigeb. 8. de reb. Ital. Pandul. l. 3.

A. 787. Christi ad 1108.
a lib. & Leo Oſt. 2. c. 88.
b Frag. Flor.
c Aimo. 5. c. 47.
d Lib. 3. Orig. Monaſt. S. Dionyſ. c. 12. & ſeq.

bardi terga vertiſſent. a Leo ab iiſdem obſeſſus quodam in caſtello, inde Benneventum honorificè perductus eſt; ac tandem dimiſſus. Vita functus eſt Henricus b Vitriaci anno regni ſui octavo & viceſimo, Chriſti c 1060. ut ex diplomatibus liquet: d quorum in uno componitur annus 1 Philippi cum anno Chriſti 1060. in altero annus 8 ejuſdem cum 1068, Indict. 6, Cal. Auguſti. In tertio annus 14 Philippi cum Chriſti 1073. Hoc regnante Caſimirus ex Monacho Cluniacenſi rex Poloniæ factus, ſanctiſſimè vixit.

e Frag. Flor. Aimo. 5. c. 47. *Philippus rex Franciæ.*

e Henrico I. ex Anna Ruſſorum regis filia genitus Philippus puer regnare aggreſſus eſt, tutore ei dato Balduino Flandrenſi Comite. Cujus nepotem Arnulphum à Roberto patruo principatu ſuo ejectum Philippus armis reſtituere conatus, à Roberto ſuperatus eſt. quo in conflictu Arnulphus occubuit, anno, ut putat Sigebertus, 1072. Uxorem habuit Bertam

Frag. Hiſt. Franc. à Rob. f ad Phil.
g Sigeb. Aimo. l. 5. c. 49.
h Berthol.

f Florenſis ducis Friſiæ filiam; Roberti Flandrenſis ſororem. ex qua Ludovicum genuit. g Qua deinde repudiata, Bertradam Fulconis Andegavenſium Comitis conjugem adſcivit. Ob id ab Urbano Pontifice ſacrorum interdictus uſu h anno 1094, biennio poſt, cùm ei cumulatè ſatisfeciſſet, cum Eccleſia reconciliatus eſt. Ab eodem Urbano apud Clarum montem Arverniæ opidum celebrata Synodus eſt i anno 1095, menſe Novembri, Indictione 3, ut ait Tyrius: in qua Pontifex ad ſacram in Palæſtinam expeditionem Chriſtianos hortatus eſt; k Petri Eremitæ Galli, qui Hieroſolymis urgendæ rei cauſſa venerat, oratione commotus. Eo veluti claſſico excitus Occidens variis locis ac temporibus collectos ad eam militiam fudit exercitus.

i Berthol. Vvil. Tyr. 1. c. 14. Aimo. 5. c. 48. Platina.
K Vvil. Tyr. 1. c. 11. & 13.

l Vvill. Tyr. 1. c. 2. Math. Pariſ.
m Tyr. 8. c. 24.
n Id. 9. c. 1.
o Id. c. 5. Sig. 1089.

l Godefridus Bulionius anno 1096, Auguſti 15 die, cum ſuis profectus, poſt infinitos labores, m anno demum 1099, Julij 15 die, feria 6, hora circiter diei nona, Hieroſolymam expugnavit, omniúmque ſuffragiis n primus rex electus eſt. o Fuit hic Euſtachii Bononienſis Comitis filius, Ida matre, Godefridi Gibboſi Lotharingiæ

Ducis ſorore: qui ſine liberis moriens cognominem ſororis filium heredem, ac ſucceſſorem inſtituit. A. 987. Chriſti ad 1108.

*a* Philippi mors incidit in annum 1108, tertio Kal. Aug. regnavítque annis 49, menſibus 2, diebus 7. & in Floriacenſi cœnobio ſepultus eſt. *a* Fragm. Flor. Aimo. 5. c. 49.

Eo ſeptimum annum regnante, *b* magna in Anglia rerum facta converſio eſt; peregrinæ in originis principem tranſlato imperio. quod hoc fere modo accidit. Ethelredus Angliæ rex ex veteri Angloſaxonum ſtirpe, Emmam Richardi hujus nominis ſecundi Northmannorum ducis ſororem habebat in matrimonio, ex eâque Alfredum, & Eduardum ſuſceperat. Hic ab Suenone Daniæ rege victus, atque inſula coactus excedere circa annum 1013, ad Richardum confugit uxoris fratrem. cujus auxilio, poſt Suenonis obitum, ejus filio regnante Canuto, regnum recuperat. Sed ab Canuto deinde ſuperatus moritur *c* anno regni 38, Chriſti 1016. Hujus filius Edmundus (quem ex Ethelgina priori conjuge procrearat) cum Canuto pacem ea conditione fecit, ut regnum ex æquo inter ſe dividerent. quod in ſolidum anno elapſo Danus accepit. Non enim uno plus anno regnavit Edmundus. Erant Canuto ex concubina filii duo Haraldus, & Sueno. Ergo ut legitimam prolem ſibi aliquando ſufficeret, Emmam Ethelredi olim conjugem, è Northmannia revocatam ſibi copulavit; genitóque ex ea Canuto mortuus eſt anno 1036. Hunc Haraldus excepit, tum Canutus. Quo vita functo, regnum Alfredo Ethelredi filio defertur, Danis occiſis omnibus, octavo & viceſimo anno, quàm Suenone rege in Angliam venerant.

*b* Vvill. Malmeſ. Roger. Vvill. Gemmet. Neubr. Matth. Pariſ. Polyd. 7.

*c* Polyd.

Alfredus cùm ad regnum capiendum trajeciſſet in Angliam, clam à Goduino trudicatur præpotente viro, qui Thiram Canuti ſecundi ſororem conjugem habebat, ex eáque Haraldum genuerat. Is ut parricidii à ſe ſuſpicionem averteret, auctor Anglis fuit, ut Edoardum Alfredi fratrem è Northmannia excitum regem facerent. Sic Edoardus paternum imperium re- *Sanctus Edoardus rex Angliæ.*

A. 987. Chriſti ad 1108.

cepit circa annum Chriſti 1043, & Goduini filiam Editham in conjugium adſcivit: qua cum perpetuum integritatis florem retinuit, multis atque eximiis virtutibus, ac virtutum à Deo teſtibus illuſtratus miraculis. *a* ob quæ annis in regno tribus & viginti confectis, menſibúſque ſex, in cœlum receptus eſt anno 1066, atque in cœlitum deinde numerum adſcriptus. Poſt hunc Haraldus Edithæ frater regnum occupat. quod cùm vivens Edoardus Vuillelmo Notho Northmanniæ duci propinquo ſuo pollicitus eſſet; hic Haraldum traductis è Northmannia validiſſimis copiis acie profligavit, in qua Haraldus ipſe fortiter pugnans occubuit *b* anno 1066, pridie Eidus Octobres, Sabbato. Quo ex tempore Northmanni deinceps in Britannia regnarunt, anno 618 poſtquam Angli, & Saxones in eam inſulam adventarunt, quod anno 449 accidit.

*a* Roger. Par. 1.

*b* Roger. Malmeſ. l. 3. Neubrig. Matth. Pariſ. Vuillel. Gem. l. 7. c. 37.

Hoc ſæculo docti, ac ſancti viri non pauci prodiêre. *c* Hilpericus eruditum computum edidit ânno 1005. *d* Franco item Scholaſticus Leodicenſis de quadratione circuli ſcripſit anno 1047.

*c* Sigeb.
*d* Id.

*e* Leo ipſe IX ſumma doctrina, parique morum integritate vixit, ex Tullenſi in Galliis epiſcopo Romanus creatus Pontifex, anno 1049. Item Humbertus Cardinalis, qui Græcos ipſos & Conſtantinopoli coram diſputando, & ſcribendo poſtea confutavit. Lanfrancus ex Abbate Cantuarienſis factus epiſcopus *f* anno 1070; & qui ei ſucceſſit anno 1109, diſcipulus ipſius Anſelmus, ambo, ſed hic præſertim, ſanctitate & litteris lucem ætati illi prætulerunt. Atque hic quidem multis pro Eccleſiaſtica libertate laboribus exiliíſque confectus deceſſit *g* anno 1109, octavo Cal. Maii, ipſo die S. Marci, ætatis 76, pontificatus 16.

*e* Sigeb. Leo. Oſt. 2. c. 82.

*f* Vuill. Malmeſ. 1. Matth. Pariſ.

*g* Edinerus in ejus vita. Malmeſ. Matth. Par. &c.

*h* Claruit inſuper utriſque ornamentis Ivo ex Præpoſito S. Quintini Belvacenſis, Carnotenſis creatus epiſcopus ab Urbano II, anno 1092. *i* S. Odilo Arvernus ex Brivatenſi cœnobio ad Cluniacenſe tranſlatus poſt S. Majolum anno 993, cùm annos huic ſex & quinquaginta præfuiſſet, migravit in cælum anno 1048 Calendis

*h* Ivo Ep. 1. Sigeb.

*i* Sigeb. & vitæ ejus apud Sur.

ipſis Januariis. *a* Sanctitatis inſuper commendatione celebris fuit Arnulphus cœnobii S. Medardi in Sueſſionibus monachus, atque ejuſdem deinde urbis epiſcopus. Nec non Theobaldus Francus nobilis; qui Vicentiæ in Venetis cella concluſus duodecimo pòſt anno moritur, ac multis à Deo poſt obitum miraculis ornatur: cujus oſſa in Gallias deportata ſunt. Meminit Sigebertus anno 1050.

A. 987. Chriſti ad 1108.
*a* Sig. 1080.

*b* Tulit & doctrinæ pariter ac ſanctitatis laudem hoc ſæculo S. Bruno Colonienſis, & Remenſis Eccleſiæ Canonicus, ac Scholarum magiſter: à quo Carthuſienſium ordo inſtitutus eſt anno 1086, adjuvante Hugone Gratianopolitano præſule ſanctiſſimo. quorum exordia deſcribit *c* Petrus Cluniacenſis: nec non Guibertus Abbas Nongentinus; qui S. Brunonis æqualis fuit; in *d* Tractatu de vita ſua: neque Canonici illius Pariſienſis meminerunt ambo; qui poſt obitum redivivus, denuntiatione feralis de ſe judicii, circunſtantes exterruiſſe fertur: uti nec Sigebertus, qui eâdem vixit ætate. Quam tamen hiſtoriam complures docti graveſque viri literis prodiderunt.

*b* Sigeb. 1084. Vita S. Hugo. apud Sur. Apr. 1.
*c* Petrus Clun. l. 2. de Mirac. c. 28.
*d* Cujus fragmen. edidit Cl. Hemeræus in Carthuſiano.

Ciſtercienſis ordo biennio poſt, anno nempe 1098, ortum habuit, ut Sigebertus eſt auctor; à S. Roberto Moliſmenſi Abbate cœptus.

*e* E contrario Berengarius Andegavenſis Archidiaconus infamis auctor hæreſis: quæ Chriſti corpus reipſa ſanctiſſimo contineri Euchariſtiæ Sacramento negat: Francorum nomini dedecus adſperſit. Hic verò cùm ſæpe damnatum à ſe repetiſſet errorem, eum anno 1088 moriens, poſtremò retractaſſe dicitur.

*e* Malmesb. l. 3. Sigeb. 1051.

A. 1109. Chriſti ad 1200.

## *De Italicis, ac Germanicis rebus ab anno 1109 ad 1200 circiter, Imperatoribus Henrico V, Lothario, Conrado III, Friderico Ænobarbo, Henrico VI. Tum de ſchiſmate duplici: déque S. Bernardo, & aliis inſignibus viris.*

CAP. XX. *a*

*a* Otho Friſ. 7. c. 14. & l. 1. de geſt. Frid. Gotfr. Viterb. Sigeb. Vrſper.

*b* Sigeb. Gotfr. Dodechinus. Vrſpr.

*c* Idem.

*d* Anſel. in App. ad Sigeb. Rob. de monte. Gotfr. Vrſperg.

*e* Otho 7. c. 16.

*f* Anſel. in Append. Vrſperg.

*g* Idem.

*h* Anſel. Vrſperg.

*i* Anſel.

*k* Vrſperg. Otho Friſ. 7. c. 16.

Vrſperg.

VIolentum Romanam in ſedem patris animum, cujus ultorem ſe profeſſus erat, non imitatus eſt ſolùm, illo mortuo; ſed etiam ſuperavit Henricus V, quarti filius. Quippe Romam ut advenit, Paſchali 2 manum injecit; ab eóque per vim jura extorſit omnia, de quibus tantum erat certamen exortum. Sic Imperator ritu ſolito conſecratus eſt *b* anno 1111, Indictione 4. Verùm quàm primùm Italia deceſſit, irrita illa eſſe decreverunt *c* Romani Patres, ſuperſtite Paſchali; & eo vita-functo, ſucceſſores illius Gelaſius II, & Callixtus II. *d* Henricus ritè creato Gelaſio anno 1118. Burdinum ei Papam oppoſuit, ſuorum electum ſuffragiis, ex Hiſpania fugitivum hominem; quem Gregorium nominarunt. *e* Diris ob hæc Callixti Papæ ſententia devotus, cùm ſe paullatim ab ſuis deſtitui cerneret, paternæ calamitatis exemplo territus, ad officium rediit; reſciſſis omnibus, quæ per tyrannidem expreſſerat. *f* Hoc modo pax Eccleſiæ reddita eſt anno 1122. *g* Biennio pòſt in Ludovicum Franciæ regem comparato exercitu; ut Henrico Angliæ regi, cujus Mathildem filiam duxerat, opem ferret, occurſu Francorum abſterritus pedem retulit. & *h* anno 1125 Trajecti deceſſit ex morbo *i* feria 5 Pentecoſtes. vel, ut aliis placet, *k* 10. Kal. Junii, quod fuit Sabbatum poſt Pentecoſten, regni 19, imperii 14. Hoc Imperatore Otho Bambergenſis epiſcopus Pomeranos Chriſtianis rudimentis imbuit *l* anno 1124, Indict. 2.

*m* Otho Friſ. 7. c. 17.

Vacuum Henrici morte Germanorum imperium in Lotharium Saxonem *m* repugnan-

tem

rem licet, invitúmque transfertur *a* anno 1125. Moderatum, & amantem juſtitiæ principem, imprimiſque pium *b* Annales fuiſſe teſtantur. Hic Henrici propinquos Fridericum, & Conradum, illius ſorore genitos, ſub initium regni æmulos habuit. *c* quibus ob contumaciam Honorius Papa ſacris interdixit. Eoſdem poſtea S. Bernardus Imperatori reconciliavit. Fœdum per id tempus in Eccleſia Romana diſſidium fuit, poſt Honorii Papæ obitum anno 1130: cùm huic ritè ſubjecto Gregorio, qui Innocentius II vocatus eſt; Petrus Leonis ſub Anacleti II nomine ab adverſa parte eſſet electus. *d* Innocentio pars orbis Chriſtiani maxima parebat, Bernardi opera potiſſimùm Clarevallenſis Abbatis, viri omni præconio majoris, qui in recuperanda Eccleſiæ concordia, auctoritate, ac miraculis, multorum inſtar fuit. Anacletum fovebat Rogerius Rogerii fratris Roberti Guiſcardi filius, Comes Siciliæ; & Apuliæ, Calabriæque dux poſt Vvillelmi patruelis obitum, qui in annum incidit 1127. Hunc ſibi ut obnoxium haberet Anacletus, *e* regium ei nomen indulſit anno 1130. Lotharius Romam adiens cum Innocentio, & Bernardo Clarevallenſi, Imperatoris honore eſt affectus. quo anno ſolem defeciſſe *f* Annales obſervant 4 Non. Aug. Ea defectio contigit anno 1133: quo Lotharium coronatum iiſdem in Annalibus proditur. Poſtea cum Rogerio bellum habuit Imperator: quo Apulia tota, Campaniáque pulſo, Rainaldum ibi ducem conſtituit. ac ſubinde revocatus in Germaniam, in itinere per Autumnum *g* diem obiit anno regni 13, imperii 6, Chriſti 1137. *h* alii ſequentem præfiniunt.

*i* Ab hoc ferunt inſtitutum eſſe, ut ex jure civili Romanorum judicia fierent. ex quo legum ſcientia Bononiæ, & in aliis Italiæ urbibus publicè doceri cœpta.

Conradus III Friderici Sueviæ Ducis, ac ſororis Henrici Junioris filius regnare cœpit *k* anno 1139, nec à Pontifice redimitus eſt: credo quòd ejus tempore civilibus bellis ardebat Italia: Rogerio poſt Rainaldi obitum impunè cun-

A. 1093 Chriſti ad 1200.
*a* Otho Friſ. Addit. ad Lamb. Anſel. Vrſper. Goth. Ioan. Villa. 4. c. 35.
*b* Oth. Friſ. Chr. 7. c. 17. & 1. de geſt. Frid. c. 16. Vrſp. Anſel. Got.
*c* Otho. 7. Chron. c. 17. Anſel. Got.
*d* Vita S. Bernar. Plat. S. Bernardus.
*e* Anacleti diploma apud Baron. 1130.
*f* Anſel. Rob. de Mon. Vrſp.
*g* Auct. Gembl. Rob. de Monte. Gotfr.
*h* Vrſper. Onufr.
*i* Sigon. Vide Vrſperg.
*k* Otho Friſ. 7. c. 22.

A. 1109. Chriſti ad 1200.

*a* Otho Friſ. 7. c. 24.

*b* Vrſper.

*c* Otho Friſ. 1. de geſt. Frid. c. 27. & ſeq.

*d* Otho Friſ. Chr. 7. c. 29.

*e* Otho Friſ. Chr. 7. c. 31. & ſeq.

*f* Vvill. Tyr. l. 16.

*g* Otho à S. Blaſio in App. Friſing. & Otho Friſ. in 1. de geſt. Frid. c. 58. Append. Lamb. Rob. de Monte.

*h* Otho 1. de geſt. Frid. c. 93.

*i* Baron.

*k* Otho Friſ. in rebus geſt. Frid. & Radevic. Friſ. de iiſdem. Otho à S. Blaſ. Ioan. Villa 5. c. 1.

*l* Otho à S. Blaſ. App. Lamb. Dodech. Auctar. Sig. Vrſp.

cta vaſtante. *a* Quem dum armis perſequitur Innocentius, ab eodem captus eſt, & cum honore habitus, Apuliam ei, & Calabriam, Capuæque principatum cum regis titulo conceſſit *b* anno 1139, Julii 24.

*c* Interim Romæ Arnaldus Brixianus Abailardi diſcipulus ſub monachi habitu ſeditionibus, ac tumultibus omnia miſcebat. Quo auctore populus, Jordano creato Patricio, ad uſurpandam antiquæ libertatis imaginem, Pontificis excuſſit jugum: *d* cùm eodem tempore civitates mutuis invicem odiis, ac bellis tota Italia quaterentur. *e* Sedatis utcumque Romanis motibus ab Eugenio III, qui ex Abbate, ac diſcipulo ſancti Bernardi Pontifex anno 1145 factus eſt; cùm Edeſſam à Saracenis in Oriente eſſe captam fama vulgaſſet; certatim Principes ad ſacram expeditionem nomina profeſſi ſunt. *f* imprimiſque Conradus Germaniæ, & Ludovicus Franciæ reges. qui hortante ſancto Bernardo Crucis inſigne ſumpſerunt; & Hieroſolymam profecti ſunt: quorum ille 50000 habebat in exercitu; hic equitum 30000, præter ingentem peditum numerum: ut ſcribit Auctar. Gemblacenſe. *g* Factum id eſt anno 1147. Sed Græcorum fraude vexati, nullo operæ pretio facto redierunt. Mors Conradi incidit *h* in annum 1152, quintodecimo Kal. Mart. fer. 6. *i* Hoc rege Gratianus Bononienſis monachus Decretalium opus condidit anno 1151. At S. Bernardus annos 1153 diem obiit ætatis anno 63, cùm anno 1113 in Ciſtercienſe cœnobium cum pleriſque ſeſe recepiſſet, ut in ejus vita, & apud Robertum de Monte legitur. Nam Sigebertus anno 1112 Chronicon finiit. Mortuus jam erat Eugenius Bernardi diſcipulus octavo Eidus Jul. anni ejuſdem 1153.

*k* Summa in Friderico Ænobarbo, qui Conrado patruo ſubrogatus eſt, ad omne decus indoles fuit. Sed eam pertinax in Romanum Pontificem odium, violatáque Eccleſiæ concordia obſcuriorem reddidit. *l* Creatus anno 1152 Germaniæ rex, Imperatoris nomen ab Adriano IV. Romæ eſt adeptus anno 1155. Mox eidem offen-

Digitized by Google

ſus Pontifici, ſimul ac deceſſit *a* anno 1160, ſucceſſori ejus Alexandro tertio Victorem oppoſuit in Papienſi conventiculo. Inde cum Liguribus; & Longobardis pro Pontifice decertantibus bello ſuſcepto, ſæpe illorum obtrivit exercitus. Mediolanenſes verò pervicaciùs rebellantes præcipuè contudit: illorum urbe penitus everſa *b* anno 1162. Sed iterata Ligurum defectione, & ex improviſo accepta clade fractus, in Romani Pontificis poteſtate fuit. Itaque anno 1177 pax Eccleſiæ redditur.

A. 1109. Chriſti ad 1200.
*a* Otho à S. Blaſ.
*b* Otho à S. Blaſ. Auct. Aquicinct.

Fridericus, tanti ut ſceleris aboleret invidiam, audito Hieroſolymam ab Saladino captam eſſe anno 1187, eò cum Germanorum viribus inſignis cruce contendit. ac multis in Thracia, & Aſia contra Imperatorem Conſtantinopolitanum, ac Saracenorum regulos fortiter geſtis, Tarſi in præfrigida Cydni unda per æſtivos calores fervidum abluens corpus extinguitur *c* anno 1190. Regnavit annos 38, imperavit 35.

*c* Vrſper. Auct. Aquicinct. Otho à S. Blaſ.

Henricus IV Ænobarbi F. aſperis, truculentiſque moribus fuiſſe traditur. Regni collega factus à patre *d* Conſtantiam Rogerii primi Siciliæ regis filiam duxit, annum viceſimum & alterum agens, anno 1186, Indictione 6, ſexto Cal. Februar. quam *e* falsò quidam monacham fuiſſe referunt, & quinquageſimo ætatis anno nupſiſſe.

*d* Gotfrid. Viterb. Auctar. Aquicinct. Ioan. Villa. 5. c. 15. & ſeq.
*e* Anton. & Pand. l. 4. aliique Vide Baron. A. 1197.

Mortuo Friderico, imperii coronam cum uxore ab Cæleſtino III cepit *f* anno 1191: cùm priùs *g* Tuſculum Romanis coactus eſſet dedere: qui oppidanis, à quibus ſæpe victi fuerant, infenſi, eos partim nece, partim exilio affecerunt, oppidúmque diruerunt. Henricus mortuo Vvillelmo Rogerii filio, Apuliam, & Calabriam, & Siciliam recepit: atque in Siculos præſertim omne genus immanitatis exercuit anno 1193, & ſequentibus.

*f* Auct. Aquicinct.
*g* Vrſp.

*h* Alexio Angelo Orientis Imperatori, ejus imminens regno, tantum terroris objecit, ut ad tributum pendendum adegerit: quod dum à ſuis colligit anno 8 regni, *i* Chriſti 1179, Meſſanæ obiit Henricus, *k* veneno, ut quidam putant, ab uxore ſublatus: Friderico

*h* Nicetas, Chron.
*i* Auct. Aquicinct.
*k* Vrſper.

A. 1118. Christi ad 1204. adhuc infante relicto. cùm priùs à Romano Pontifice anathema ei dictum eſſet, quòd *a* Richardum Angliæ regem è Palæſtina redeuntem, *b* anno 1190 in vincula conjeciſſet, ſéque ipſum coëgiſſet pretio redimere.

*a* Roger. in Annal.
*b* Otho à S. Blaſ.

## *Orientalis Imperii res ab anno* 1118 *uſque ad* 1104; *quo Latini Conſtantinopolim occuparunt.*

CAP. XXI. GRæcorum imperium Joannes Comnenus, qui & Calojonnes, Alexii filius, iniit *c* anno 1118, patre aliquanto commodior, ac bellicis rebus illuſtrior. Nam in Thracia Scythas, & Hungaros Iſtrum tranſgreſſos *d* quinto imperii anno profligavit, tum Perſarmenios in Aſia.

*c* Nicetas Choniates. Vvil. Tyr. l. 11. c. 31. & lib. 12. c. 5.
*d* Nicetas.

*e* Secundùm quam victoriam indicto triumpho, quadrigis albis impoſitam B. Virginis effigiem ſolemni in urbem pompa revexit. In Aſia deinde multiplici rerum geſtarum gloria decoratus, Antiochiam uſque pervenit; ut ab Raimundo *f* principe urbem illam ex pacto reciperet. Qua ſpe fruſtratus, pervaſtato illius agro, per Ciliciam reverſus eſt. Ubi in venatu ſagittam intento arcu dirigens, ejus cuſpide toxico illita manum perſtrinxit. Ita graſſante paulatim veneno periit Aprili menſe: cùm imperaſſet *g* annos 24, menſes 8. Id accidit *h* anno 1143; altero poſt Edeſſam è Saracenis captam, ut indicat *i* Vvillelmus Tyrius. Proinde expugnata fuerit Edeſſa anno 1142. quod *k* alii ad annum 1145 referunt. *l* Tyrus porro anno 1124 in Chriſtianorum poteſtatem redacta fuerat.

*e* Idem. *Ioannis Comneni pietas in B. Virginem.*
*f* Nicetas Tyr. l. 15. c. 22.
*g* Vvil. Tyr. 15. c. 23.
*h* Otho Friſ. 7. Chr. c. 28.
*i* Tyrius l. 16. c. 3. & 4.
*k* Otho Friſ. 7. c. 30.
*l* Vvil. Tyr. 13. c. 14. Anſel. Gembl.

*m* Manuelem Comnenum, natu licèt minorem, Iſaacio fratri Joannes amborum pater prætulit, Imperatorémque eſſe juſſit; hominem ſubdolum, & Chriſtianis rebus, quæ ad Latinos ſpectabant, infeſtum, & iniquum adeò, ut cum Saracenis in illorum conſpiraret exitium.

*m* Nicetas. *Manuel Comnenus.*

*n* Satis conſtat Conradi Germanorum, ac Lu-

*n* Vvil. Tyr. 16.
*o* Nicetas.

A. 1118. Christi ad 1204.

dovici Francorum regis exercitus illius fraude ac perfidia deletos eſſe, anno Christi 1147. *a* Quam Latini nominis injuriam ultus eſt Siciliæ rex Rogerius, qui Græciæ litora claſſe circumvectus, latè cuncta vaſtavit. Sub exitum vitæ *b* Manuel eo venit amentiæ, ut Saracenorum dogma tantum non adſciſceret. Tandem longiora ſibi imperii ſpatia pollicentem tricesimo & octavo illius anno vita deſtituit, *c* Indictione 14 ineunte, menſe Septembri, anni Christi 1180. *d* Hunc Vuillelmus Tyrius plurimum ab munificentia prædicat, obiiſſéque dicit Octobris 3, imperij 40, vitæ 41. In quo valde eum fugit ratio. *e* Vixit Manuelis temporibus eruditus ille Homeri interpres Euſtathius Theſſalonicenſis epiſcopus; qui Muhammedanam impietatem aſſerere cupienti magna conſtantia reſtitit, auctore Niceta.

*a* Nicetas.
*b* Idem.
*c* Idem.
*d* Vvil. Tyr. l. 22 c. 5.
*e* Nicetas. *Euſtathius Homeri interp. ei.*

*f* Alexius Manuelis filius duodecim circiter natus annos patri ſuffectus eſt, Ludovici Francorum regis gener: cujus filiam Agnetem, ut rectè *g* Guillelmus Tyrius appellat, octennem Manuel ei deſponderat. Nicetas Annam vocat. *h* Hic triennio ferè nomen Imperatoris habuit; atque ab Andronico Manuelis patruele, quem in conſortium imperii per vim acceperat, necatus eſt, nondum expleto quintodecimo ætatis anno. Quod antequam faceret, *i* Francos, ac Latinos Conſtantinopoli trucidari juſſit Andronicus: quorum conſilio ac præſidio plurimùm uſus erat Manuel, quóſque tyrannidi ſuæ interceſſuros noverat.

*f* Nicetas. *Alexius.*
*g* Guil. Ty. 22. c. 4.
*h* Nicetas.
*i* Guil. Tyr. 22. c. 10. & ſeq.

Quam ſuorum cladem haud minori Græcorum ſtrage, ac direptione, qui elabi fuga potuerunt, ulti ſunt Latini. Nam Thraciæ, Græciæque maritimam oram valida claſſe prætervecti, quicquid obvium fuit, ferro ignique populati ſunt.

*Latini Conſtantinopoli ceſi.*

*k* Andronicus occiſo Alexio ſolus anno 1183 imperare cœpit. Agnetem Alexio deſponſam undecim annos natam, grandi jam ætate ſibi matrimonio junxit. Nec diu per tan-

*k* Nicetas. *Andronicus.*



Digitized by Google

A. 1118. Chriſti ad 1204.
*Miſeranda mors Andronici.*

tum ſcelus parto gravifus eſt regno. Poſt biennium enim dum Iſaacio Angelo molitur necem, populari orto tumultu comprehenſus ipſe, ac per urbem camelo vectus, altera abſciſſa manu, oculóque effoſſo, à furente plebe laniatus eſt. cum inter tot rerum verborúmque ludibria unum hoc diceret: *Domine miſerere;* & *Quid contritum calamum infringitis?* Periit anno Chriſti 1185. Hîc finis Comnenorum fuit.

a Nicetas.
*Iſaacius Angelus.*

a Iſaacius Angelus ejuſdem factione populi delatum Auguſti nomen accepit: ídque annis 9 retinuit, ac menſibus 8. Siculorum claſſem vicit ad Strymonem, captis illius præfectis Richardo, atque Balduino. Cyprum ab Iſaacio Comneno tyranno fruſtrà claſſe repetiit. Cum Myſis, ſive Valachis, parùm ſecunda bella geſſit. Federicum Ænorbarbum per Thraciam Aſiámque Palæſtinam petentem conatus intercludere, magnò ſuo damno, illius in ſe arma concitavit. Ab Alexio Angelo fratre cum oculis ereptum illi eſt imperium anno Chriſti 1195.

b Nicetas.
*Alexius Angelus.*

b Alexius Angelus aſſumpto Comneni nomine imperavit annos 8, menſes 3, dies 10. Iſaaci filiam Irenem Philippus Germanorum Imperator habebat in matrimonio. Ad eam Alexius ejus frater Conſtantinopoli profugit: cujus hortatu Veneti duce Dendulo, cum Balduino Flandrenſi Comite; aliíſque ad ſacram militiam nomina profeſſis principibus ſocietatem ineunt adversùs Alexium Comnenum. Qui per hoſtium contemptum nullis ad reſiſtendum paratis copiis, capta incenſáque Urbe, Debeltum fuga petiit, anno 1203: quo remoto

c Nicetas. Vide & Ioan. Villa.

Iſaacius Angelus cæcus iteratò cum Alexio filio ſpeciem adumbravit priſtinæ dignitatis c Indict. 6. Sequenti anno 1204, Indictione 7, cùm nec ambo iſti inter ſe concordes eſſent, & adversùs illos Alexius quidam Murſiphlus tyrannidem invaſiſſet; fœderatorum claſſis Conſtantinopolim expugnavit, die Aprilis 12, feria 1. hebdomadis ſextæ Quadrageſimæ, ait

*Conſtantinop. à Latinis capta.*

Digitized by Google

Nicetas. qui character indicat annum Chriſti 1204. A. 1108. Chriſti ad 1223.

Tum de communi conſilio è Latinorum genere primus Conſtantinopoli datus eſt Imperator Baldinus Flandrenſis, annum agens 32, *a* à Græcis ipſis, quod magno virtutis argumento ſit, ſummoperè laudatus.

*a* Nicetas. Vide Rigor. in Philippo.

## *De Francorum regibus, Ludovico VI, Ludovico VII, & Philippo Auguſto.*

## Ab anno Chriſti 1108, ad 1223.

CAP. XXI.

FRanciæ regnare cœpit anno 1108 Ludovicus VI cognomento Craſſus; ut *b* ejus Diplomata teſtantur: annum agens non 12, vel 13, ut *c* Sugerius prodidit: ſed 30 circiter: ut qui anno ætatis 60, regni 30 deceſſerit, eodem auctore Sugerio. Aurelianis inunctus, coronatúſque eſt à Demberto Senonenſi: id agente cumprimis *d* Ivone Carnotenſi: quòd tum Rhemenſi Archiepiſcopo minimè cum Ludovico conveniret. Sed neque Rhemis conſecrari reges neceſſarium eſſe, pluribus idem Carnotenſis Ivo diſſerit. Ludovici vitam ſcripſit Sugerius Abbas S. Dionyſii. Obiit ex morbo, Chriſti *e* anno 1137, *f* Kal. Aug. cùm regnaſſet annos 30.

Clarevallenſe cœnobium eo regnante conſtitutum eſt: cujus primus Abbas fuit S. Bernardus *g* anno 1115. Præmonſtratenſis ordo cœpit anno 1120, auctore S. Noberto. *h* Floruit eodem tempore Hugo à S. Victore: & cognominis alter Gratianopolitanus Epiſcopus, qui *i* anno 1132 moritur, vir ſanctiſſimus.

*k* Ludovicus VII, cognomine Junior, Francorum ſceptra ſuſcepit anno 1137. qui Alienoram Vvillelmi ducis Aquitaniæ filiam, ex ejus ſuprema voluntate, in conjugem accepit, cum eáque dotalem illius ditionem. *l* Hic ille eſt Vvillelmus Pictavorum Comes, & Aquitaniæ dux; quem Anacleti partes contra in-

*b* Lib. 3. Orig. S. Dio. c. 13.

*c* Suger. in vitâ Ludo. Groſſi.

*d* Vide Ivon. Ep. 70. Aim. 5. c. 49.

*e* Auctar. Gembl. Veſtmonaſt.

*f* Sigeb.

*g* Anſel. Gembl. Rob. de monte.

*h* Trith.

*i* Anſel. Gembl. & Rober.

*k* Suger.

*Ludovicus Iunior.*

*l* Vita S. Bern. l. 2. c. 6. & Theobal. in vita S. Guil. apud Sur. Febr. 10.



Digitized by Google

A. 1108. Christi ad 1223.

Guillelmus Pictavensis.

a Sugerius in Ludov. Juniore. Robert Auctor. Gemb. Suge. Vvil. Tyr. l. 16. c. 18. Joan. Vill. 4. 34.

nocentium pertinacius tuentem S. Bernardus anno 1135 meliorem ad mentem reduxit. Quem quidem brevi posteà, hoc est sub exitum Craſſi, & Ludovici Junioris initium, in Hiſpania mortuum eſſe; quo S. Jacobum veneraturus adierat, teſtis eſt a Sugerius, qui ætate illa vixit: nec non Robertus de Monte, qui anno 1137 obiiſſe confirmat; in 6 feria Paraſceve, in æde S. Jacobi, ibique ante altare ſepultum. Ex quo Theobaldus ſcriptor ejus vitæ redarguitur, qui in annum 1156 mortem illius rejicit.

b Auct. Gembl.

c Vvil. Tyr. l. 17. c. 8.

Ludovicus anno 1147, poſt Pentecoſten, ſacramento in ſacram militiam dicto, proficiſcitur in Palæſtinam cum b 50000 equitum, magnoque peditum numero. Sed Græcorum magis perfidia, quàm Saracenorum vi tantus exercitus periit. Itaque poſt c annuam moram ibi factam reverſus in Gallias, anno 1150 cum Alienora conjuge divortium fecit: & Alphonſi VII, qui ſe Imperatorem appellavit Hiſpaniæ, filiam duxit: quam Mariam Tyrius, & Sugerius vocant: Beatricem d Annales Hiſpani. e Alienora ſequenti anno Northmanniæ Duci, eidémque Andegavenſium Comiti nupſit Henrico, qui poſt Stephanum regnavit in Anglia, ejus nominis ſecundus anno 1154: quo Stephanum obiiſſe 8 Cal. Nov. & 14. Jan. Dominica die conſecratum Henricum, f Anglorum Annales referunt. g Semen id atrociſſimi belli fuit, quod de Aquitaniæ poſſeſſione Francos inter, & Anglos ortum eſt anno 1156, h quod utcunque ſedatum eſt poſt annos ſex; Margareta Ludovici filia Henrici filio deſponſa. i Hujus Henrici tempore S. Thomas Cantuarienſis epiſcopus pro Eccleſiæ tuenda libertate primùm exilium, deinde glorioſam mortem obiit anno 1171, à ſicariis in Eccleſia trucidatus. k Cujus parricidiis qualemcumque ſuſpicionem Henricus rex publica luit pœnitentia; magniſque viciſſim ab illo beneficiis affectus eſt.

d Vveſt. Monaſt. Matth. Pariſ.

e Ruderic. Par. 3. c. 31. Alph. à Carth. c. 77. Suger. Vveſtm. Matth. Pariſ. Aim. 5. c. 32.

f Rogerius de Hovedem Vveſtmonaſt. Matth. Pariſ.

g Affligen. ad Sigeb.

h Auct. id.

i Quadrip. Hiſt. Roger. Vveſt. monaſt Matth. Pariſ. Otho à S. Blaſ. Auct. Aquicinct.

k Iidem Ann. Angl.

l Rigord in vita Philip.

Ludovicus Pariſiis anno moritur 1180, l Septemb. 28, feria 5, regni anno 44. Eo regnante floruit Petrus Lombardus Pariſienſis epiſcopus,

Magiſtri Sententiarum vocabulo notior: & Petrus Comeſtor.

A. 1108. Chriſti ad 1223.

Philippus Ludovici F. Auguſtus, & Adeodatus vulgò nuncupatus, ſuperſtite adhuc patre rex ſalutatus eſt *a* anno 1179, Calend. Novemb. Sequenti verò ſolus regnavit, ætatis annum auſpicatus 16. *b* Quippe natus eſt 9 Cal. Sept. in octava Aſſumptionis, *c* feria 7, qui character anno congruit 1164, non 1165, ut eſt apud Rigordum, & Aimoini Auctarium. Qui in ipſo regni exordio, poſt patris obitum, Judæos per innocentum puerorum cædem Chriſtianis ſacris illudentes, & aliorum ſcelerum conjunctos comprehendi primùm tota Gallia juſſit *d* 16 Calend. Martias, die Sabbati. quæ nota eſt anni 1181. tùm in ſequente Julio menſe perpetuo multavit exilio. Exinde poſtquam Hieroſolymam à Saracenis captam audiit, ſacramento dicto, in Orientem cum Richardo Angliæ rege profectus eſt *e* anno 1190; *f* ac ſequente pervenit in Palæſtinam: ubi Acconam cum fœderatis principibus 4 Non. *g* Jun. anno 1191. quem haud dubium facit Solis defectio: quæ ab Rigordo, Rogerio, & Veſtmonaſterienſi incidiſſe dicitur in diem Dominicum, 23 Junii. Verùm ea belli ſocietate in ſimultatem ac diſcordiam verſa, Philippus eodem anno rediit in regnum. *h* Richardus Cypro, quam in poteſtatem redegerat, Templariis, & ſubinde Guidoni Hieroſolymitano quondam regi vendita; ac Saracenorum millibus quinque morte multatis, in reditu ab Leopoldo Auſtriæ duce interceptus *i* anno 1194 in Angliam revertitur: bellúmque cum Philippo rege quinque circiter annos gerit: *k* donec anno 1199 in caſtelli cujuſdam obſidione, miſſo è balliſta ſpiculo ictus occubuit 8 Id. April. feria 3, ait Rogerius. ſepultúſque eſt in Monaſterio Fontis Ebraldi: ubi & patris illius corpus jacebat. Richardo ſucceſſit Joannes ejus frater, *ſine terra* vulgò nominatus, qui cùm Philippo bellum inſtauravit; atque Angliæ, Hiberniæque regna *l* Romano Pontifici ſubjecit anno 1213, quæ indicto annuo tributo,

*Philippus Auguſtus.*

*a* Rigord.

*b* Idem.

*c* Aimo. 5. c. 56.

*d* Rigord.

*Iudæi pulſi è Francia.*

*e* Rogerius.

*f* Rigord. Auct. Aquicinct.

*g* Vveſtm.

*h* Rigor. Vrſper. Pius 2. in Aſia.

*i* Rigor. Vveſtm.

*k* Rigor Roger. Vveſtm. Matth. Par. Auct. Aquic.

*Anglia Rom. Pont. ſubiecta.*

*l* Roger. Vveſtmon. Matth.

Ar. 1108. Chriſti ad 1223. beneficii loco deinceps haberet. *a* At Philippus
*a* Rigor. anno duplici parta victoria; cùm & Anglos Ludovicus ejus filius in Pictonibus; & Othonem Imperatorem in Flandria viciſſet ipſe; utriuſque monumentum ad Silvanectum oppidum conſti-
*b* Vveſt. Matth. Par. Rigo. tuit Victoriæ cœnobium. *b* Sub hæc Ludovicus in Angliam tranſmittens, pulſo Joanne, eam in deditionem accepit. Sed ſtatim atque inde digreſſus eſt, ad Henricum III Joannis filium to-
*c* Rigor. ta defecit. Id anno 1214 accidit. *c* Exceſſit ex humanis Philippus anno 1223 pridie Id. Jul. anno regni poſt patris obitum exacto 43, minùs menſibus ferè 3.

# RATIONARII TEMPORUM PARTIS PRIMÆ, LIBER NONUS.

## Annos continens à Chriſti 1200 ad ætatem noſtram.

***Quæ in Germania, & Italia contigere ab anno 1200 ad 1250, ſub Philippo, Othone, Friderico II. ac de diro ſub hoc ſchiſmate: déque viris ſanctitate, vel literis inſignibus.***

CAPUT I.

EXTINCTO, *a* uti ſuprà meminimus, Henrico ſexto Friderici filio, in ſucceſſore deligendo procerum ſciſſa concordia eſt: aliis imperii decus ad Henrici fratrem Philippum; aliis ad Othonem Saxoniæ ducem trahentibus. Philippo favebat cognominis Franciæ rex: Othoni Innocentius tertius; qui Friderici execrati olim principis oderat ſtirpem. Prior Aquiſgrani Philippus imperium auſpicatus eſt *b* anno 1198. Eòdem paullo pòſt Otho pervenit, ac regni adeptus inſignia, bellum cum Philippo aliquanti temporis habuit. *c* donec inter ſe ita pacti ſunt; ut quandiu ſuperſtes Philippus eſſet, titulo regis abſtineret Otho: poſt illius obitum ritè eum uſurparet.

*a* Vſperg. Vincent. Bellov. l. 26. c. 59. Siffrid. Prag. Incer. Auct. Alberto præfixum. Blond. l. 6. Dec. I.

*Philippus Imp.*

*b* Siffrid. Prag. Incer.

*c* Vrſper.

A. 1100. Chriſti ad 1250.

a Vrſperg. Vincen. To. 1. l. 29. c. 10. Frag. Incer. auct. Siffrid. Antonius Trithem.

a Regnavit Philippus annos 10. ac Chriſti 1208, Junii 23. ab Othone quodam Palatino interficitur. Cujus uxor Iſaacii Conſtantinopolitani Imperatoris filia, audita viri nece, vitam & ipſa finiit.

b Vincent. l. 29. c. 106. Vrſp. Rob. de Monte. Siffr. Chr. Citic. Anton. Ioan. Villa. 5. c. 35.

c Vrſper Vinc. To. 4. l. 30. c. 53. Rigor. Anton. Part. 2. Tit. 9. c. 3.

Vacuam morte competitoris Germanici regni poſſeſſionem adiit Otho, ac Philippi ex pacto filiam duxit. b Quem anno 1209 Romæ Innocentius Imperatorem ritè pronuntiavit. Sed eundem contra datam fidem Romana jura violantem ab communione repulit anno 1210. Hic ille eſt Otho, qui cum Richardo avunculo Angliæ rege contra Philippum Francum c ad Bovinas pugnans, acieque victus aufugit anno 1214. A quo proximus annus Lateranenſe Concilium dedit Romæ ab Innocentio III celebratum: ad quod ex omnibus orbis Chriſtiani provinciis adfuêre d epiſcopi 412. In eo *Tranſubſtantiationis* cum vocabulo dogma firmatum: ac Joachimi Abbatis damnatus eſt liber, quem contra Petrum Lombardum ediderat.

d Vrſperg. Vide To. 4. l. 30. c. 64. Anton. Tit. 19. To. 3. c. 1. paragr. p. 6. Chr. Incert.

e Chr. Colmar. Frag. Incert. Trithe. in Hirſang. Chr.

f Vſper. Monac. Bad. Chro. Colmar. Frag. Incer. Auct.

*Fredericus.* II.

g Vinc. To. 4. l. 31. c. 1.

Otho Imperator deſtitutus ab omnibus, ac dolore tabeſcens, obiit anno e 1216: etſi nonnulli ſequente, alii 1218 mortuum velint. Eodem anno 1216 f Innocentius è vita diſceſſit, 16 Julii: cui ſuffectus eſt Honorius tertius.

Fridericus II Henrici VI filius, Friderici Ænobarbi nepos, Othone exauctorato anno 1211, ut ait g Vincentius, tertio ab Philippi patrui morte Germanorum ſuffragiis eligitur; cùm ſe hactenus Sicilia, & Apulia materno regno contineret. h Imperator verò anno 1219, circa S. Cæciliæ feſtum diem, Romæ dictus eſt ab Honorio. Sed fatali generi ſuo in Romanum Pontificem inſtinctus odio, datam fidem fefellit. Ob id ſacris interdictus ab Honorio primùm, Joanne Brenno Hieroſolymorum rege deprecante, cum eo in gratiam rediit, ſub i annum 1222. quo Iolantam Brenni filiam duxit, mortua Aragonum regis filia k Maria, è qua Henrium, & Conradum ſuſceperat. l Ex illo Siciliæ regibus Hieroſolymitani regni titulus acceſſit. m Idem Saracenos Siciliæ montibus dejectos in Apuliam tranſtulit, ac Nuceriæ collocavit.

h Vrſper. Chro. Incert. Colm. Citiz. Trithe. Vide Ioan. Vill. l. 6. c. 1.

i Vinc. T. 4. l. 30. c. 125. Vrſperg.

k Trith. in Hirſau. Crh.

l Mond. Pad. 1224.

m Mon. Pad. 1220.

Sublato è vivis Honorio anno 1227, ſuffectus eſt Gregorius IX. *a* qui Fridericum ex pacto, & jurejurando in Palæſtinam proficiſci cunctantem anathemate multavit. *b* Imperator anno ſequente in Syriam navigans, turpi cum Sultano pactione rem Chriſtianam prodidit, à quo Hieroſolymam precario, ac ſpecie tenus impetravit. Reverſus ab Oriente totam inteſtinis odiis, & factionibus Italiam replevit, quæ tum in duas eſt diviſa partes: quarum uni, quæ Pontifici ſtudebat, Guelforum nomen inditum; Gibellinorum alteri, qui Fridericum ſequebatur. Ea nomina apud Piſtorium audita primùm ſub annum 1240, ut auctor eſt *c* Blondus; ut autem *d* Nauclerus affirmat, longè anteà, Conrado III regnante, in pugna quadam teſſeræ inſtar militaris aſſumpta; ſed ſub Friderico ardentioribus propagata ſtudiis; civilem peſtem, ac perniciem latè per Italiam ſparsêre. *e* Gibellinæ partis columen in Transpadanis erat Ecelinus ſtirpis Teutonicæ tyrannus: qui 34 annis Tridentum, Tarviſium, Patavium, Veronam: Brixiam, aliáſque urbes oppreſſas tenuit; Friderico gratus imprimis, cui decem annos ſuperſtes fuit. Quippe anno 1260 in conflictu ſagitta ſaucius, & ab hoſte captus interiit anno ætatis octogeſimo. *f* Fridericus Henricum filium in Germania rebellantem redegit in poteſtatem, & in Apuliam relegavit anno 1235. ubi ſequente anno deceſſit. Cùm autem nihil de odio in Romanam ſedem, ac pervicacia remitteret, cum Innocentius IV, qui Gregorio IX, ejúſque ſucceſſori Cœleſtino *g* anno 1241 functis, poſt biennii interregnum, ſubſtitutus eſt, à Chriſtianorum ſocietate ſubmovit in Lugdunenſi Concilio: quod generale habitum eſt anno 1245: eíque abrogavit imperium. In eodem Concilio rubri pilei inſigne Cardinalibus datum proditur. Sub hæc novus adversùs Fridericum deſignatus Imperator, Henricus Haſſiæ, ac Thuringiæ Lantgravius biennio haud amplius præfuit; & anno 1247 mortuus eſt, cui *h* Guillelmus Hollandiæ comes proximo ob hoc anno Septemviralibus comitiis ſuffe-

A: Istud. Chriſti ad 1250.
*a* Trithe.
*b* Ild. & Villa 6. c. 27.
*Guelfi & Gibellini.*
*c* Blond. Dec. 2. l. 7.
*d* Trithe. Nauc. Gen. 42. p. 933. Vide Ioan. Villa. 5. c. 37.
*e* Vide Monach. Pad. l. 2.
*Ecelinus tyrannus.*
*f* Blond. Frag. Incer. Blond. & Æneas Sil. l. 7. Dec. 2.
*g* Vinc. l. 31. c. 1. Anton. Tith. 19. c. 45. Mont. Pad. Blond l. 7. Dec. 2 Ioan. Villa. 6. c. 25.
*h* Siffrid. Mon. Pad.

Digitized by Google

K. 1251. Christi ad 1300.

ctus eſt; Friderico in Ciſalpinos tumultus intento. Siquidem Longobardicum ab eo nomen omne defecerat. Contra quos bellum adortus Parmam obſedit anno 1247. Sed Parmenſium ſubita eruptione disjectus, fugatúſque vix in Cremonenſem agrum evaſit anno 1248. *a* Biennio pòſt, anno videlicet 1250, *b* Indict. 8. Octobris 18, vita exceſſit in Apulia, anno imperii 32, ætatis 57. *c* Fama eſt à Manfredo, quem ex concubina genuerat, compreſſo in ſtratis ore præfocatum fuiſſe.

*a* Mon. Pad. Villa. 6. c. 42. *b* Trith. *c* Blond. Dec. 2. l. 7. Anton. Tit. 19. c. 6. paragr. 4.

*d* Friderico imperante, religioſi Ordines inſtituti duo, auctoribus SS. Dominico, & Franciſco. quorum initia variis annis attribuuntur. Obiit prior *e* anno 1221. Franciſcus verò *f* anno 1226. Præter quos illuſtres fuêre S. Antonius Patavinus, è Minorum familia Alexander Alenſis, è Dominicanis: Albertus magnus: Vincentius Belvacenſis. Item Guillelmus Pariſienſis, aliíque, quorum Vincentius & Antoninus meminêre. Feminæ quoque pietate celebres extitere, Elizabetha Lantgravii Thuringiæ uxor: & *g* Maria Oegniacenſis, cujus vitam Jacobus Vitriacenſis edidit.

*d* Ioan. Villa. 5. c. 23. & 24. *SS. Dominicus, & Franciſcus.* *e* Vincent. l. 30. c. 124. Siffrid. Colm. *f* Trithem. *g* Vincent. l. 30. & Anton.

## *De rebus Germaniæ, & Italiæ ab anno 1251 ad 1300 circiter, tum de Conrado, Manfredo, Conradino: atque accitis in Siciliam Francis, & eorundem clade Sicula. ac de Hiſpanis Siciliam occupantibus.*

CAPUT II.

IN Romani imperii ſpem rex ab Germanis, creatus Guillelmus Batavus, Friderico ſublato, ſexto anno, qui fuit *h* Chriſti 1256, periit, Friſiorum inſidiis exceptus.

Poſt hunc diſtractis Germanorum principum ſtudiis *i* anno 1257, alii Richardum Cornubiæ principem regis Angliæ fratrem, Romanorum regem renuntiant; Alphonſum alii Caſtellæ regem, aſtronomiæ ſcientia celebrem. *k* Hic ſolo

*h* Colm. Chron. Siffrid. *i* Trith. in Hir. Chron. Vide Ioan. Villà. 6. c. 75. *k* Trith.

Digitized by Google

contentus imperii titulo, pedem ex Hiſpania non movit. Richardus Francofurtum advolans, ibíque ritè regnum auſpicatus, cùm effuſis ſumptibus opes omnes exhauſiſſet, in contemptum venit eorum, à quibus erat accitus. Itaque in Angliam è veſtigio rediens, vacuum Germaniæ reliquit imperium: diúque interregnum fuit, *a* donec Gregorii X Pontificis mandato indictis comitiis *b* Rodulfus ex Alſatiæ comite anno 1273 deligitur; quem ab juſtitia, pietate, bellicáque virtute multum *c* hiſtoriæ prædicant. Hic Ottocarum regem Boëmiæ rebellantem prælio vicit, & occidit, anno 1278: *d* annóque regni 19 mortuus eſt, *e* Chriſti 1291.

A. 1251. Chriſti ad 1300.
*a* Trith.
*b* Siffr. Colmar. Chron.
*c* Siffrid. Trith.
*d* Siffr. Colm.
*e* Villa. 7. c. 145. Siffr. Trithem.

*f* Proximo ab hoc anno Romanorum rex ſalutatur Adolfus Naſſauvius Comes. *g* qui propter crudelitatem & rapacitatem, in ordinem redactus eſt, eíque ſubrogatus Albertus Rodolfi F. Auſtriæ dux, contra quem Adolfus commiſſa acie ad Vvormatiam occidit *h* anno Chriſti 1298.

*f* Anton. Naucl. Villa. 7. c. 152.
*g* Siffrid.
*h* Idem. Albertus Argentin.

Interim per Italiam civilibus armis infeſta erant omnia. Conradus Friderici II filius ad occupandum Apuliæ ac Siciliæ regnum venit è Germania *i* anno 1251, domitíſque Neapolitanis, & eorum disjectis mœnibus, utrâque potitus Sicilia, à Manfredo fratre, Friderici ſpurio, veneno necatus eſt k anno 1254, relicto filio *l* Conrado, quem Conradinum Itali nominarunt.

*i* Blondus Dec. 2. l. 8. Anton. Tit. 20. c. 1. Naucl. Villa. 6. c. 44.
*k* Colma. Chron.
*l* Trith.

*m* Manfredus interim, quaſi pro pupillo regnum adminiſtrans, adverſus Romanos Pontifices, Saracenorum, qui Luceriam obtinebant, auxilio bellum gerit,

*m* Blond. Anton. Naucl. Nangis in vita S. Lud. Io. Villa. 6 c. 47, & 90, & l. 7.

Urbanus IV, qui apud Trecaſſes in Galliis oriundus, anno 1261 Alexandro IV ſuffectus erat; iis cujus edicto anniverſarius Dominici corporis inſtitutus eſt dies; Carolus Andegavorum Comitem S. Ludovici, Germanum Siciliæ regem dixit.

*Carolus Andegav. Siciliæ rex.*

Quam ad profectionem dum ſe ille comparat, Urbanus obiit, eíque ſucceſſit Clemens IV. de cujus voluntate Carolus Romanæ Senator urbis, & rex utriuſque Siciliæ factus, cum pacto

*n* Siffrid. Blondus Dec. 2. l. 8. Anton. Trithe. Naucl. Nangis.

Digitized by Google

Ann. Christi ad 1300.
a Pand. Vil. 7. c. 9. & ſeq.
Conradini mors.

annuæ penſitationis aureorum duodequinquaginta millium, Manfredum *a* anno 1266 ſuperavit, & occidit. ac biennio poſtea Conradinum cum exercitu in Italiam à Gibellinis excitum ad Fucinum lacum devicit, & in poteſtatem redactum capite multavit anno 1268. cujus morte, Friderici, ac Suevicæ familiæ ſtirps prorſus extinguitur.

b Trith. Blond. Dec. 2. l. 8. Nang. in Philippo Ioan. Villa. 7. c. 44.
c Nangis in vita Philippi.
d Blond. Parel. l. 8. Par. 2. Antoni. Tit. 20. c. 4. Nang. in vita Philippi Pand. Collenut. 10. Villa. 7. c. 57. & ſeq.

Anno 1274 Gregorius X, qui Clemente mortuo anno 1270, ſequente eſt electus. *b* Indict. 14, generalem Lugduni Synodum celebravit, in qua de Romani Pontificis creatione nonnulla conſtituit: Græcóſque ad Romanæ concordiam Eccleſiæ recepit. *c* Convenerunt ad hoc Concilium Epiſcopi 500. *d* Petrus Aragonum rex Manfredi gener, cujus filiam Conſtantiam in matrimonium habebat, hortatu Joannis Prochytæ olim domini, nec-non Michaëlis Palæologi Græcorum Imperatoris, qui ſibi ab Carolo metuebat, ad invadendam Siciliam, tanquam dotalem, animum adjecit. Itaque ambobus inſtigantibus, per totam Siciliam occulta conſpiratione facta, eodem die, qui Reſurrectioni Dominicæ ſacratus erat, ſigno, quod convenerat, ad veſpertinam ſynaxim, ut moris eſt, edito; armati Siculi nec opinatò Francos opprimunt, ac ſine ullo ætatis, ſexûſve diſcrimine crudeliter mactant; adeò ut prægnantium uteros excutiendis fœtibus ferro ſcrutati ſint. Inde Siculæ veſperæ in proverbium ceſsêre. Id anno *e* 1282, Martii 30 contigit. His auſpiciis Panormi Petrus Siciliæ regnum adiit; tenuítque diris licèt ab Romano Pontifice devotus. quod Carolus, incaſſum armis repetere aggreſſus, cladem inſuper accepit, Carolo Claudo ejus filio navali pugna ſuperato, captóque *f* anno 1284. Huic præter ſpem, quod affinis ſui Conradini necem ulturus putabatur, pepercit Petrus. *g* qui anno 1285, quo Siciliæ rex Carolus Januarii 7 diem clauſit, ut in Philippi vita ſcribit Nangiſius, cùm datum in prædam ex ferali ſententia patrium regnum defenderet, contra Philippum Franciæ regem dimicans occubuit; dictis ex teſtamento heredibus filiis, Friderico Ara-

Veſperæ Siculæ.
e Blond. Dec. 2. l. 8.
f Colm. Villa. 7. c. 92. & ſeq.
g Blond. l. 8. Dec. 2.

Digitized by Google

goniæ, Jacobo Siciliæ. qui, Conſtantiæ matris rogatu; Carolum certis conditionibus *a* anno 1288 dimiſit: inter quas hæc erat, uti Aragonum regi cum Romani Pontificis gratia Siculi regni jus impetraret. quod eſſe ratum vetuit Nicolaus IV. ex quo bellum de integro ambos inter exarſit. *b* quod ſequeſtre Bonifacio VIII, qui S. Cœleſtino III ſponte ſe abdicanti ſucceſſerat. anno 1299 pacatum eſt, cum Jacobus Sicilia ceſſiſſet. Verum Siculi *c* Friderico Jacobi fratre ad regnum evecto, Carolo, ac Pontifici reſtiterunt.

Per eadem tempora inteſtinis motibus reliqua omnis ardebat Italia: Venetis præſertim, ac Genuenſibus potentiſſimis civitatibus mutuam in perniciem tota atrocitate bacchantibus, quarum diſſenſio parvis ex initiis apud Ptolemaidem Syriæ oppidum exorta ſub annum *d* 1260, mutuas utriſque calamitates attulit.

Ea tempeſtate ornabant Eccleſiam omni ſanctitatis ac literarum gloria, SS. Bonaventura, & Thomas Aquinas. *e* qui ambo anno 1274 in cœlum recepti ſunt. Thomæ item præceptor Albertus M. *f* qui anno 1280 obiit, anno ætatis 87. *g* Petrus quoque Martyr anno 1252 ab hæreticis obtruncatus eſt. Obiit & S. Clara B. Franciſci popularis *h* anno 1252. Et ex eodem ordine S. Ludovicus Toloſanus Epiſcopus Caroli II Siciliæ & Apuliæ regis filius. *i* Vixit & Nicolaus Lyranus hoc tempore, Doctor Pariſienſis ex Minorum ordine.

*k* Raimundus Lullus Majoricicenſis circa annum 1290 in ea inſula floruit ambigua fama. S. Ivo in Aremoricis, & S. Rochus in Narbonenſi provincia ſanctitate præſtiterunt.

An. 1211. Christi ad 1300.

*a* Naucl.

*b* Fazel. Dec. I. 9. Naucl. Villa 8. c. 13.

*c* Naucl.

*d* Blondus Deca. I. 8.

*e* Naucl.

*f* Trith. in Chron. Hirſaug.

*g* Anton. Colmo

*h* Anton.

*i* Naucl.

*k* Bernar. de Lutzemb.

A. 1205. Christi ad 1300.

*De Latinis Conſtantinopoli imperantibus, ac rebus in Oriente geſtis ab anno 1205 ad 1300. Vbi de recuperata à Græcis Conſtantinopoli: Tartarorum excurſione: ac terra ſancta Chriſtianis penitùs erepta.*

CAP. III. *Balduinus Imperator Conſtantinop.*

Conſtantinopolim Latini annos octo & quinquaginta tenuerunt. Primus in ea regnavit, ut dictum eſt, Balduinus, qui cum expeditionis ſociis imperium partitus eſt: Venetis præſertim, ac Genuenſibus. quorum illi Ægæi maris inſulas, Cretam, & Eubœam, aliáque ceperunt; ait *a* Blondus. at Genuenſes Cretam occupaſſe Nicetas prodidit. *b* Bonifacius Montisferrati Marchio novum Theſſalonicæ regnum inſtituit.

*a* Blond. Dec. 2. l. 6.
*b* Niceph. Greg. l. 1.
*c* Nicetas.

*c* Balduinus anno vertente à Bulgaris victus, captúſque anno 1205, Indict. 8, Aprilis 15, ac menſes ſedecim in vinculis habitus, per ſummos cruciatus ab Joanne Bulgarorum rege perimitur. *d* Ac tum demum Henricus Balduini frater ad imperium evehitur anno 1206. Quam Latinorum moderationem haud præpropere ſibi regnum uſurpantium ante legitimi principis obitum, Nicetas prædicat, popularium ſuorum ambitionem, immanitatémque deteſtans; qui per Imperatorum cædes ad tyrannidem graſſari ſolebant. Henricus 10 circiter imperavit annos. Moritur enim *e* anno 1 Honorii tertii, Chriſti 1216. cui ſucceſſit Petrus Antiſſiodorenſis: qui Iolantam Henrici ſororem, ut *f* Nicephorus auctor eſt: vel ut alii, filiam duxerat, *g* Hic ab Honorico III Romæ coronatus, dum in Thraciam proficiſcitur, à Theodoro Dyrrachii principe perfidiosè captus, & à Theodoro Laſcari trucidatus eſt.

*d* Nicetas. *Henricus Imp.*
*e* Anton. Tit. 19. c. 3.
*Petrus Imp.*
*f* Niceph. Greg. p. 11. & 40.
*g* Anton. T. 19. c. 3.
*Robertus Imp.*

Robertus Petri filius poſt hunc imperavit. Inde Balduinus Roberti frater. qui *h* anno 1261 recuperata ab Græcis Conſtantinopoli, in Occidentem reverſus, ad Carolum Siciliæ regem

*h* Nangis in vita S. Ludovic. pag. 448. Nic. g. 58. Nunc.

Digitized by Google

adiit, ejuſque filiam filio ſuo deſpondit: Conſtantinopoli promiſſa, ſi illius ope recuperare poſſet. Itaque Latini Conſtantinopoli potiti ſunt annis 58.

A. 1205. Chriſti ad 1300.

Latinis Conſtantinopolim obtinentibus, *a* Theodorus Laſcaris à Græcis Imperator creatus, Nicææ in Bithynia ſedem habebat; homo bellicis rebus inclytus. qui Turcas ab Alexio ſocero contra ſe concitatos magna ſtrage delevit, eorúmque Sultanum ſuapte manu peremit. Moriens *b* anno imperij 18, Chriſti 1222, ſucceſſorem deſignavit generum Joannem Ducam. à quo pleraque de Latinis recepta. *c* Imperavit annos 33, & mortuus eſt anno Chriſti 1255.

*a* Nicetas, Niceph. Greg. p. 7.
*Theodorus Laſcaris.*
*b* Niceph. p. 11.
*c* Idem in fine l. 2.

Theodorus Laſcaris Joannis filius patrem excepit *d* annos natus 33. qui quarto anno imperii, Chriſti 1259 moritur. ſiquidem ætatis *e* anno 36 obiit, ſex annorum filiolo relicto Joanne. Verùm

*d* Idem initio. l. 3.
*e* Idem l. 3. p. 29.

*f* Michaël Paleæologus Comnenus, maternum ab Alexio Comneno trahens genus, & Andronici Palæologi filius, excæcato poſt annos 4 pupillo *g* decimum annum agente, imperium uſurpat. Cujus artibus Conſtantinopolis per Alexium Cæſarem cum 800 haud amplius militibus proditione capitur. Subinde tamen imminentem Conſtantinopoli Carolum, regem Siciliæ veritus, ad Romanæ concordiam Eccleſiæ reſpexit; ac legatos in Africam uſque miſit ad S. Ludovicum anno illo, quo mortuus eſt, 1270, ut ſcribit *h* Pachymeres. Anno verò 1274 *i* Lugdunenſe Concilium, cùm eò legatos ſuos deſtinaſſet, & conditum in eo decretum fidei ratum habuit. *k* Idémque Siculam in Francos conſpirationem anno 1282 opibus & auctoritate ſua promovit. Obiit anno *l* Græcorum 6791, Chriſti 1283. &, quod in Latinos propenſior fuiſſet, ſéque cum Romano Pontifice conjunxiſſet, *m* ab Andronico filio ne plebeio quidem ritu ſepultus haud procul caſtris, in quibus tunc erat, humo eſt obrutus: cùm imperaſſet annos poſt Joannis pupilli abdicationem circiter 23.

*f* Idem l. 4. Ioan. Vill. l. 6. c. 72.
*g* Niceph. p. 41.
*Michael Palæologus Conſtantinopolim recuperat.*
*h* Pachym. in Fragm. à nobis editis p. 390.
*i* Vide Niceph. Gregor. l. 5.
*k* Anton. Tit. 20. c. 4. paragraph. 1.
*l* Niceph. p. 72.
*m* Idem. 6.

A. 1205. Christi ad 1300.
a Niceph. Greg.
*Andronicus Imp.*

*a* Andronicus Michaëlis filius mortuo Michaële filio, ejus filium Andronicum deſignavit heredem imperij. qui adverſus avum rebellans ſæpius, tandem extrema ſenectute confectum abdicare coëgit, captâ Conſtantinopoli. Ita privatus exceſſit *b* anno Græcorum 68,0, Chriſti 1332.

*b* Niceph. l. 10. p. 215.
*Tartarorum eruptio.*

Hoc ſæculo Tartarorum gens hactenus Indiæ regibus ſubjecta, eorum excuſſo jugo, privatóque conſtituto imperio *c* ſub annum 1202, latè per orbem diffuſa, vaſtitatem circumtulit. Horum pars, Georgiana, Armenia, aliiſque direptis provinciis, Tranſſylvaniam, & Poloniam populabunda percurrit *d* circa annum 1241 *e* Bathone duce. quo amiſſo, fame compulſi poſt triennium ſeſe receperunt. *f* Pars altera Coraſmios Parthici generis ſedibus ſuis pepulit: qui ab Ægypti Sultano pretio conducti, Francis in Palæſtina fuſis, Dominicum ſepulchrum everterunt ſub *g* annum 1244. Hos inſecuti Tartari Perſidem invadunt, *h* ac Turcas, eorùmque Sultanum Iconij regnantem in fugam conjiciunt *i* Sequente anno Turcæ pactione tributi pacem ab illis rediment. His de cauſſis Innocentius quartus Dominicanæ familiæ Monachos aliquot ad Tartaros miſit. cujus profectionis hiſtoriam *k* Vincentius exponit.

*c* Vincen. l. 29. c. 69. Naucl. Gen. 41 Vol. *g*. Vide Ioin. in hiſt. S. Ludov. p. 192. Ioan. Vill. 6. c. 28.
*d* Monach. Pad.
*e* Naucl. Vol. 2. Gen. 42.
*f* Vincen. l. 29. c. 88.
*g* Vinc. ib. &c. 89. & l. 31. c. 1.
*h* Vinc. 30. c. 50.
*i* Vinc. c. 31. c. 28. Nang. in vita S. Ludov.
*k* Vinc. l. 31. Ioan. Vill. 6 c. 61.

In Palæſtinam quoque Chriſtianæ quædam expeditiones factæ ſunt. *l* quarum una celeberrima fuit anno 1218: quando Leopoldus Auſtriæ dux, & Andreas Hungariæ rex, cum Joanne Brenno Hyeroſolymitano Damiatam obſeſſam poſt menſes 18 expugnarunt. Sed dùm ſucceſſu hoc elati barbaros perſequuntur, immiſſo in eorum caſtra Nilo, pacis conditiones ab illis accipere, ac quæ ceperant reddere ſunt coacti anno 1221. *m* At biennio antea Conradinus Saphadini filius Hyeroſolymam funditus diruit, præter templum Domini, & turrim Davidis. Poſtea Innocentius IV in Lateranenſi Concilio anno 1245 Chriſtianis principibus ſacræ militiæ ſignum edidit. quo S. Ludovicus excitatus cum valida manu trans mare navigavit *n* anno 1248 Totabelli moles in Ægypti urbem Damiatam.

*l* Mon. Pad. Vinc. l. 30. c. 84. & ſeq Blōd. Dec. 2. l. 7. Trithe. in Chr. Hirſ. Oliv. Scho. Ioan. Vill. 5. c. 39.
*m* Vinc. 30. c. 86.
*Expeditio S. Ludovici.*
*n* Nang. Vinc. l. 31. c. 89. Ioan. Siffri. Non.

Digitized by Google

incubuit. quæ anno 1249 in Francorum poteſtatem venit. Sed in eorum caſtra peſtilenti è circumjectis paludibus afflata lue, deditionem facere, paciſque leges accipere coacti ſunt; ut Damiata reddita tutò inde liceret egredi. *a* Poſtremò anno 1291, Ptolemais, Tyrus, & quicquid in Syria Chriſtiani nominis reſiduum erat, ſub Turcarum ditionem venit: ex eóque ſacras expeditiones in Orientem Chriſtiani deſiêre facere.

A. 1200. Chriſti ad 1300. Pad. Sanut l. 3. part. 12. Nauc. Ioan. Villa. 6. c. 37. *a* Sanut. l. 3. part. 12. c. 21. & 22. Blond. Dec. 2. l. 8. & 9. Nauc.

## *De rebus Francicis ab anno circiter* 1200 *ad* 1300, *ſub Philippo, Ludovico VIII, Ludovico IX, Philippo Audace, ac Philippo Pulchro.*

CAP. IV. *b* Hiſt. Albig. Vinc. l. 29. & 30. Anton. Tit. 19. c. 3. *Albigenſe bellum.*

*b* Regnante in Galliis Philippo pium bellum in Tectoſagis, ac Narbonenſi, quam Occitaniam vocant, provincia motum eſt adversùs Albigenſes hæreticos, Manichææ ſectæ colluviem. quorum partes Raimundus Toloſanus comes, & Aragonum rex impigrè tutabantur. Contra quos Innocentii III hortatu Catholici principes coorti ſunt, duce ab omnibus conſtituto Simone Montefortio, viro peræquè religioſo ac ſtrenuo. Qui illorum ſæpe debellatis copiis, in Toloſana obſidione glorioſam mortem oppetiit *c* anno 1218. Idem bellum ab Ludovico VIII, Sancti patre, anno 1226 inſtauratum, ab ejus filio 1229 terminatum eſt. quo Raimundus Comes, ejuratâ Lutetiæ Pariſiorum hæreſi, filiam ſuam Alphonſo S. Ludovici fratri cum Toloſani Comitatus dote collocavit.

*c* Vinc. 30. c. 35. Ant.

*d* Eâdem tempeſtate ſacrum alterum in Hiſpaniis bellum contra Saracenos Alphonſo Caſtellæ rege ſecundum fuit. Miramolinus Tuniſii rex totam vincendo pervagatus Hiſpaniam, Arelatum, & Avenionem uſque perruperat. Sed anno 1212 regum quatuor, Caſtellæ, Aragoniæ, Luſitaniæ, & Navarræ oppoſitis ad Toloſam Hiſpaniæ oppidum copiis tanta ſtrage profligati ſunt Arabes, ut ducenta millia ceci-

*d* Roder. Sanct. part. 3. c. 35. Franc. Tarapha. Maria. l. 11. c. 32. & ſeq. Blond. Dec. 2. l. 6.

A. 1200. Chriſti ad 1300.

diſſe dicantur: è Chriſtianis viginti quinque haud amplius occubuerunt. Ea pugna facta eſt Julii 16, feria 2, ut Mariana ſcribit. Secundùm quam Saracenorum in Hiſpania res inclinare cœperunt: adeo ut paullatim amiſſis cæteris provinciis, nihil eis præter Granatenſe regnum reliquum fuerit.

*Ludovicus VIII.* a Geſta Lud. VIII. Vinc. l. 30. b Geſta Lud. VIII.

a In Galliis Ludovicus VIII Philippo patre mortuo regnavit anno 1223. qui ſequente anno, Rupella, aliiſque cis Garumnam expugnatis oppidis, citeriore omni Aquitania Anglos expulit b anno 1224. Biennio pòſt Chriſti 1226, ex Albigenſi expeditione rediens, in Arvernis apud Montempenſerium anno regni 4 ex morbo periit, Non. 8, quæ tum in Dominicam incidit.

c Nangis, Vincen. 30. c. 120. *S. Ludovicus IX.*

c Eodem anno, prima Adventus Dominica apud Remos conſecratus eſt Ludovicus IX octavi filius, Francici decus nominis, ætatis anno 12, etſi Vincentius 14 tribuat. qui inter Sanctos ob innocenter actæ vitæ meritum à Bonifacio VIII eſt adſcriptus. Hic initio principatus Theobaldum Campaniæ, & Hugonem Marchiæ Comites, alióſque contra novum regem conjuratos principes armis ad obſequium compulit. Pace dehinc ubique parta, gravi ex morbo recreatus d anno 1244, crucis inſigne cepit: atque in Ægyptum, eo, quem ſuprà demonſtravi, exitu bellum invexit. Quo perfunctus, quinque in Palæſtina per omnia Chriſtianæ pietatis officia exegit annos: Blanca interim matre procurante regnum, Alphonſi Caſtellæ regis, & Eleonoræ Henrici II Angliæ regis filia.

d Nangis, Vincent. loin.

Poſt cujus obitum eò reverſus, omnes regiæ pariter & Chriſtianæ virtutis numeros implevit. e Sed vehementioribus in dies propagandæ religionis accenſus ſtimulis; quaſi prior ex voto ſucceſſiſſet, novam contra Saracenos in Africam expeditionem obiit anno 1269. ac ſequente, caſtris ad Tunetum poſitis, vulgata per exercitum lue contactus ſanctiſſimam efflavit animam 8 Cal. Sept. anno ætatis 56, regni 44, Chriſti 1270.

e Iid. & Ioan. Vill. l. 7. c. 36.

f Nangis. Villa. c. 39.

f Eodem, quo mortuus eſt Ludovicus, die,

Carolus Siciliæ rex ejus frater cum valida claſſe ad Africæ littus appulit. cujus auxilio Franci animis erecti barbaros ita contuderunt, ut ad pacem poſtulandam vel iniquis conditionibus adigerent. A. 1200. Chriſti ad 1300.

*a* Philippus Ludovici filius *Audax* dictus, anno 1270 Francorum rex appellatus in Africa, ſequente anno, ipſo die Aſſumptioni Virginis ſacro, apud Remos de more coronatus eſt. Ejus patruus Alfonſus Pictavorum, ac Toloſatium comes, ex Africa rediens moritur in Tuſcia. cujus vacuam ſucceſſoribus hereditatem Philippus adiit. Vaſcones, qui Navarræi vocantur, expugnata Pompeiopoli ad obſequium reduxit *b* anno 1276. *c* Petro verò Taraconenſium rege, à quo Siciliam occupatam antea docuimus, ab Romano Pontifice ſacrorum uſu prohibito, ejúſque regno in Carolum Valeſium Philippi filium tranſlato, ut in ejus poſſeſſionem illum mitteret Philippus, totis viribus Tarraconenſem oppugnavit anno 1284: ac Gerunda potitus eſt. cujus in obſidione Petrus lethali accepto vulnere deceſſit. *d* graſſante peſtilentia, dum ſe inde Franci recipiunt, Rogerius Tarraconenſis claſſis præfectus nec opinantes aggreditur. Qui igne oppido ſimul ac navibus ſuis injecto, per Pyrenæi anguſtias ferro ſibi iter aperiunt. Philippus ingraveſcente morbo Perpiniani diem obiit Octobri menſe anno 1285. *e* qui trium morte regum inſignis ad memoriam fuit, Caroli Siculi, Petri Tarraconenſis, & Philippi Franci. Regnavit Philippus annos amplius 15. *f* Filios ſuperſtites habuit ex Iſabella Tarraconenſi Philippum Pulchrum, & Carolum Valeſium. Ex Maria Brabantina Ludovicum Ebroicenſem.

*Philippus Audax.*
*a* Nangis in vita Philippi.
*b* Nangis.
*c* Iid. & Ioan. Villa. l. 7. c. 201. & ſeq.
*d* Vill. 7. c. 104. Gaguin. Æmil.
*e* Paul. Æmil.
*f* Gaguin. Æmil. Til.

*g* Philippus Pulcher regnum adiit anno 1285. ſed anno 1286, octavo Eid. Janu. conſecratus, 29 regnavit annos. quibus aſſidua ferè cum Anglis, & eorum fœderatis Flandris bella ſuſcepit. Edoardus II Angliæ rex Northmanniam, & Aquitaniam invadens, magna clade repreſſus eſt duce Carolo Valeſio, anno 1293, per eúmque Aquitania recepta.

*Philippus Pulcher.*
*g* Annal. Franc. Gaguin. Æmil.

A. 1200. Christi ad 1300.

Guido Flandrenſis Comes Edoardi partes ſecutus cum eo victus eſt ad Furnas anno 1295. Poſt anno 1299 Flandri ab eodem Valeſio perdomiti, rurſus ab rege deficiunt. *a* cujus exercitus ad Curtracum cum ſeditioſis infeliciter pugnavit anno 1302. Sed biennio poſtea ad Audomaropolim eorum profligatis copiis, res ad compoſitionem eſt deducta.

*a* Ioan. Vil. 8. c. 55.

*b* Cum Bonifacio quoque Pontifice ejus nominis VIII Philippo negotium fuit: qui ſacram militiam detrectantem Franciæ regem anathemate perculit anno *c* 1302. Quem Sarra Columnenſis cum Nogareto equite Franco in Italiam profectus, improviſo comprehenſum Anagniæ, Romam perduxit; ubi ex mœrore animi Octob. 12 vitam finiit anno 1303. Huic ſubjectus Benedictus Philippum communione reſtituit. Benedicto Clemens V ex Archiepiſcopo Burdegalenſi ſubrogatus eſt anno *d* 1305. qui Pontificiam ſedem Avenionem tranſtulit: ubi annis hæſit amplius 70. *e* Hujus decreto damnari Templarii, déque iis ab Philippo rege ſumptum ſupplicium anno 1307: & eorum fortunæ partim Hoſpitalariis, ut vocant, adjudicatæ; partim in fiſcum relatæ. Exceſſit è vita Philippus, ut *f* quibuſdam placet, anno 1313, *g* alii ſequenti malunt, Novembris 29; quod & pluribus probatur. Ex quo liquet eum triceſimo regni anno ineunte mortem obiiſſe.

*b* Ioan. Vil. 8. c. 62. Blon. Dec. 2. l. 9.
*c* Chron. Colmar. Conrad. Vecer. in Henr. 7. Plat. Vill.
*d* Ioan. Villa 8. c. 80. Ber. Guidonis Plat. *Templarii.*
*e* Albert. Argent. Plat. Villa. 8. c. 92.
*f* Gaguin. Æmil.
*g* Ioan. Villa. 9. c. 65. Til.

Rege S. Ludovico *h* Robertus Sorbona Theologus collegium Theologorum inſtituit; quod hactenus illius nomen retinet; *i* circa annum 1343.

*h* Ioinvil
*i* Geneb.

De

A 1300 Chriſti ad 1400.

## *De Imperii Occidentalis rebus in Germania, & Italia.*

### Ab anno 1300, ad 1400.

CAP. V.

*a* ALbertus Auſtriacus Romanorum rex Rudolphi Imperatoris filius, ab Joanne fratris filio anno 1308 Cal. Maiis nefariè trucidatur, anno regni 10: eiſque Henricus Lutzemburgenſis dux *b* Calend. Novemb. ſublegitur. Qui in Italiam profectus, contra Gibellinam factionem bellum fortiter gerit: ac plurimis, quâ vi, quâ deditione potitus oppidis, Romæ *c* anno 1312 coronatur. Neapolitanum regnum per id tempus obtinebat Robertus ex anno 1309, quo Carolus II cognomento Claudus ejus pater obierat. Hunc Henricus armis perſequens, Imperatoria auctoritate proſcriptum Italia ſtatuerat pellere. *d* Sed in eo conatu, anno 1313 in agro Senenſi, non ſine veneni à Dominicano Monacho dati ſuſpicione, eſt extinctus.

*a* Contra. Veccar. in vita Henrici VII. Alb. Argent. Blond. Dec. 2. l. 9. Nauc. *b* Albert. *Henricus Lutzemb. Imp.* *c* Albert. Nauc. Vill. 9. c. 42.

Poſt menſium 14 interregnum, diviſis bifariam principibus, plures Ludovicum Bavariæ ducem, Fridericum alii Auſtriacum Imperatorem deſignant. Ludovicus injuſſu Romani Pontificis, qui tùm Avenione ſedem habebat: *e* (Erat is Joannes XXII, qui poſt Clementis V. obitum, biennio interjecto, Pontificatum inierat anno 1316, ſeptimo Id. Aug. Sabbato) pro Imperatore ſe gerens illius exacerbavit animum, Igitur Friderico victo, captóque anno 1323, exultantem Ludovicum Joannes diris execratur ſequente anno. *f* Quo contempto Bavarus Italiam adiit: ac Romæ imperii ſumptis inſignibus, Petrum Corbarienſem ex Franciſcanorum ordine ad Pontificatum evexit, qui Nicolaus V. appellatus eſt.

*d* Conrad. Veccar. Alb. Argēt. Naucl. Blond. Dec. 2. l. 9. Villa. 9. c. 51. *Ludovicus Bavarus.* *e* Bernar. Guidonis, Naucl. Plat. Ioann. Vill. 9. *f* Blond. Albertus. Plat. Villa. 9. 10.

*g* Inter hæc fervebat Italia civilibus diſcordiis: paſsímque dominatum per civitates occupabant principes viri: quibus legitimam deinde poteſtatem Benedictus XII Papa permiſit; ut eorum contra Bavarum parata haberet auxi-

*g* Villa. 9. & 10. Blond. Dec. 2. l. 10. *Turbæ in Neapolitano regno.*

A 1300 Chriſti ad 1400.

lia. Sic Scaligeri Veronæ, viciniſque in oppidis: Eſtenſes Ferrariæ: Gonzagæ Mantuæ conſederunt.

*a* Ioann. Vill. l. 10. c. 225.
*b* Iidem lib. 12. c. 9.

Robertus rex Neapolitanus *a* anno 1333, Joannam neptem Andreæ Caroli Hungariæ regis filio ſeptenni deſpondit. *b* De hinc anno 1 43, paulio ante mortem, quæ Januar. 19 accidit, Joannæ Andreæque nuptias peregit. Joanna biennio poſt, *c* anno ſcilicet 1345, Andreæ laqueo gulam fregit: & Ludovicum Tarentinum ſibi copulavit. Tum Ludovici Hungariæ regis metu, qui ad ulciſcendam fraternam necem in armis erat, *d* pacem fœdúſque cum Siciliæ rege compoſuit anno 1347: indéque ſe in Provinciam, quæ juris ipſius erat, recepit ſequenti anno, *e* quo Ludovicus Hungarus Neapolitanum regnum invaſit. *f* Ab hac Clemens VI ſummus Pontifex Avenionem emit: Joannámque certis cum Hungario pactis editis Neapolitano regno reſtituit.

*c* Ioann. Vill. c. 50. & ſeq. Alb. Naucl. Pand. 5. Matt. 5. Vill. 1. c. 8.
*d* Fazel. poſter. Dec. l. 9.
*e* Ioan. 5. Ioan. Vill. 12. c. 106. & ſeq.
*f* Plat. Paul. Æmil.
*g* Geſta Pont. A juit. Pandul.

Ludovicus Bavarus obiit *h* anno 1347, Octob. 11: cùm ſuperiore anno novus adversùs illum deſignatus Cæſar eſſet.

*h* Albert. Nauc. Vide Ioann. Vill. l. 12. c. 59. & 105.

*i* Carolus IV. Lutzemburgenſis Joannis regis Boëmiæ filius. qui anno 1355, *k* die Paſchatis, 5 Aprilis, Romæ coronam accepit: ac ſtatim ex lege, quam ei ſummus Pontifex dixit, Roma, & Italia ceſſit. Imperavit annos ab obitu Ludovici 31, menſéſque propemodum duos. *l* Mortuus eſt enim anno 1378, Novemb. 29: cùm biennio antè, Chriſti 1376, redemptis magna pecuniæ vi Septemviralibus ſuffragiis, Vvenceſlaum filium Romanorum regem creaſſet.

*i* Nauc. Trithe. Albert.
*k* Matt. Vill. 5. c. 2.
*l* Albert.

*m* Eodem anno 1376 Gregorius XI, hortante S. Catharina Senenſi, quæ tum ſanctitate clarebat, Avenione profectus Septembri menſe Romam rediit, anno poſt tranſlatum inde ſedem in Gallias 71. Verùm *n* poſt Gregorii mortem, quæ incidit anno 1378, fœdum ac diuturnum ſciſma fuit ad annum circiter 40: cùm alii Romæ, Avenione alii Pontifices ſederent. Id Joannæ Neapolitanæ operâ inſtitutum, quæ Urbanum VI, Gregorii ſucceſſorem verita, Gallicanarum partium Cardinalibus animos fecit, ut

*m* Hiſtor. Rom. Pont. à Boſq. edita Naucl. Plat.
*n* Naucl. Plat. Onuf. Froiſſar. l. 2. c. 12.

*Schiſma diuturnum.*

Digitized by Google

illatam prioribus comitiis ſibi vim cauſſati, Clementem VII. novum Pontificem facerent. Is Avenionem ſeceſſit: quem Joanna ſecuta *a* Ludovicum Andegavenſem Caroli Francorum regis fratrem adoptat: quam anno denique 1381 Carolus Dyrrachinus Caroli Dyrrachini filius; in quem Urbanus Neapolitanum regnum tranſtulerat; eodem, quo Andream olim conjugem necarat, mortis genere ſuſtulit. Ludovicus *b* biennio poſt aditam Italiam, infectis, ut ferunt, veneno fontibus, cum pleráque nobilitate periit *c* anno 1383.

A 1000 Christi ad 1400.

*a* Naucl. Æmil. Pand. Collen. 5.

*b* Naucl.

*c* Ioan. Tilius.

*d* Urbano V. ſummo Pontifice, S. Brigitta Romam venit, ubi tum erat Pontifex, & inſtitutum à ſe ordinem ratum ut eſſe vellet obtinuit circa annum 1366. Nec multo pòſt Jeſuatis S. Joannes Columbinus initium dedit. Eadem ætas & viros tulit eruditos, Franciſcum Petrarcham, & Joannem Bocacium Etruſcos: Paulum Burgenſem Theologum; Bartolum, & Baldum Juris ſcientia nobiles. Ludovico verò Bavaro imperante Joannes Okam ſubtilitate ingenii præſtitit.

*d* Naucl. Vol. 2. Gen. 46.

*Sancti, vel eruditi.*

*e* Venceſlaus poſt Caroli patris obitum annos circiter 22 ſic adminiſtravit imperium, ut conſenſu principum *f* anno 1400 ſumma illi dignitas abrogata ſit. *g* Hoc Imperatore tormenti bellici genus, quod ab fremitu *bombardam* vocant, inventum dicitur, quodam auctore Germano: illóque Veneti primum bello uſi feruntur eo, quod ad foſſam Clodiam cum Genuenſibus geſſerunt anno 1380. *h* Ab eodem Imperatore Joannes Galeatius Mediolanenſium dux renuntiatus eſt ingenti perſoluto pretio. qui occiſo Bernabone avunculo, eodémque ſocero ſuo, Mediolanum invaſerat, eúmque dominatum firmiſſimis præſidiis, ac ſummorum principum affinitatibus impenſè firmaverat. Hujus filiam Valentinam Ludovicus Aurelianenſis, Caroli ſexti Francorum regis germanus habebat in matrimonio. *i* Ipſe magnis ſucceſſibus in dies elatior totius Italiæ principatum agitabat animo: cum præter Inſubres, Bononiam, Senas, Peruſiam, Piſas, Umbriæ partem, Veronam in-

*Venceſlaus.*

*e* Naucl. Egnat. Æmil. in Carol. VI.

*f* Tom. un. Germ. ſcript. in in fine Trit.

*g* Polyd. l. 2. de Inv. c. 10.

*Bombardæ inventio.*

*h* Anton. Matt. Palmer.

*i* Anton.



Digitized by Google

A 1300 Chriſti ad 1400.

ſuper & Vicentiam cum aliis civitatibus obtineret; ac Florentinorum rebus inhiaret, quibus cum aſſiduum illi bellum erat.

a Meyer. l. 14. Froiſſ. lib. 4.

Venceſlao Imperatore, *a* anno 1396, cùm Sigiſmundus rex Hungariæ ejus frater contra Bajazethum Turcarum principem per Pannonias dira clade graſſantem ab Chriſtianis opem peteret, magnam Galli expeditionem fecerunt: cui Philippus Burgundiæ dux Joannem præfecit filium. Sed avidius initio ad Nicopolim certamine, noſtrorum temeritate Turca ſuperior fuit. Multi in prælio, & in vinculis immaniter occiſi. Dux ipſe Joannes cum aliis principibus viris ægrè vitam impetravit; grandíque ære eſt redemptus.

## *Franciæ res ab anno 1300 ad 1400 circiter ſub Ludovico Hutino, Philippo Longo, Carolo Pulchro, Philippo Valeſio, Carolo V, & VI.*

CAP. VI. *b* *Ludovicus Hutinus.*
*b* Gaguin. Æmil.
*c* Annal. Franc.

IN Galliis Ludovicus Hutinus; quæ vox rixoſum & pervicacem ſignificat; poſt Philippum Pulchrum regnavit anno 1315; cùm jam Navarræorum rex creatus eſſet, ac ſedecimo menſe mortuus eſt. *c* Hic Senatum in regio Palatio Lutetiæ collocatum ordinarium inſtituit. Deceſſit anno 1316, Junii 5, Clementia uxore gravida relicta, quæ Joannem poſthumum peperit. Sed eo intra diem octavum vita functo, Francorum rex, rejecta Johanna Hutini filia, ex lege Salica, nuncupatus eſt.

*Ioannes Poſthumus.*

*d* Iidem.

*d* Philippus Longus Hutini frater: qui annis 5 ſceptrum tenuit, obiitque anno 1322, Januarii 6.

*e* Iidem. *Carolus Pulcher.*

*e* Carolus hunc germanus excepit, cognomento Pulcher: cui anno 1328, ſexto regni, mortuo cùm nullus ex Philippi Pulchri ſtirpe reliquus eſſet.

*f* Iid. & Villa. 10. c. 88. *Philippus.*
*g* Froiſſ. l. 1. c. 4.

*f* Philippus Valeſius, Caroli Valeſii, qui Philippi Pulchri frater erat, filius ex eadem Salica lege ſucceſſit, nequicquam obſiſtentibus Anglis; *g* quorum rex Edoardus tertius Iſabella

Philippi Pulchri filia genitus regnum ſibi vendicabat. Quæ contentio populum utrumque longo, ac difficili bello, maximíſque calamitatibus penè conſumpſit. A 1300 Chriſti ad 1400.

*a* Cœptum id eſt bellum anno 1336, Roberto Atrebatum Comite ad Anglum deficiente; quòd in lite quadam ſua cum Matilde Burgundionis ducis conjuge ab Philippo injuriam ſibi factam diceret. *a* Froiſſ. l. 1. Gag. Æmil.

Victi primùm ad Cluſas in Flandria navali certamine Franci *b* anno 1340, Junii 23. Rurſus iidem ad Creſſiacum cæſi ſunt. quo in prælio principes undecim, equites 1200, peditum 30000 ceciderunt. Id anno contigit 1346, *c* Augusti 26, ſabbato. Ex eo *d* Caletum oppidum in poteſtatem venit Anglorum. *b* Froiſſ. 1. c. 51. Pont. Rom. Hiſt. Boſq. in Clem. VI. Gag. Æm. Vill. 11. c. 109, & 1 12. *c* Froiſſ. 1. c. 132. *d* Idem 1. c. 129. Alb. Argent.

Has Francorum clades utcumque compenſavit *e* Humbertus Viennenſium princeps, qui *f* anno 1349 Delphinatum Philippo regi vendidit, & in Dominicanam familiam adſcriptus eſt. *g* Excellit è vita Philippus anno 1350, *h* Auguſti 22 die, regni anno 23. De die tamen annales diſſentiunt. *e* Froiſſ. 1. cap. 146. Matth. Vill. 1. c. 25. *f* Albert. Gag. Æmil. Matth. Villa. ib. *g* Iidem. *h* Froiſſ. 1. cap. 113. Matth. Villa. 1. c. 74.

*i* Hujus regis tempore de Eccleſiaſtica juriſdictione magnopere certatum eſt; hinc Petro Cunerio, qui regius in Senatu Pariſienſi advocatus erat, regum jura contra Clericos aſſerente, inde Petro Bertrando Auguſtodunenſi Epiſcopo, poſteà Cardinali, horum propugnante partes. quibus poſt aliquanti temporis altercationem rex ipſe Philippus cauſſam adjudicavit, anno 1329, illo ipſo die, quo S. Thomas Cantuarienſis pro Eccleſiaſtica tuenda immunitate mortem oppetierat. Ex eo Philippus Catholici cognomen obtinuit. *i* Æm. Til.

Joannes Philippo patri ſufficitur, ex Joanna Roberti Burgundionum ducis filia genitus. qui hereditarium cum Angelorum rege bellum infeliciore, quàm pater, adminiſtravit exitu. *k* Cum Eduardo Vvalliæ principe, regis Eduardi filio, in Pictonibus acie commiſſa ſuperatus, *l* Sept. 18, anno 1356, captúſque, in Angliam adducitur cum Philippo filio: & poſt annos quatuor pace compoſita dimittitur. Tot exhauſtis calamitati- Ioannes rex. *k* Froiſſ. 1. cap. 159. & ſeq. Matth. Villa. 7. c. 15. *l* Matth. Villa. ibi Gag. Æm.

A 1300 Chriſti ad 1400.

bus cùm ſe ſacrum ad bellum pararet, Philippo filio Burgundiæ duce nuncupato, trajecit in Angliam, uti fœdus cum Edoardo rege ſanciret: itaque anno 1364 mortem obiit, Aprillis 8, regni 14: regnavítque

*Carolus V.*

Carolus V. illius filius, cognomento *Sapiens*, qui annno decimoſeptimo regnum cum vita finiit, Chriſti 1380. Hujus tempore de minoris Britanniæ jure inter Bleſenſem Carolum, & Joannem Monteforttium grave bellum eſt ortum; cui finem Bleſenſis mors attulit. *a* qui in prælio confoſſus, poſt obitum miraculis ad ſanctitatis fidem claruiſſe fertur, circa annum 1369. Quo anno Philippus Audax Burgundiæ dux, regis Caroli frater, Margaretam Ludovici Flandriæ Comitis filiam duxit. Unde poſteà, mortuo ſocero, dotalem Flandriam eſt adeptus anno 1384, quam civilibus exhauſtam diſſidiis lenitate, ac prudentia recreavit. Eâdem tempeſtate bellum cum Anglis inſtauratum eſt. *b* Quippe Armeniacus comes, & Aquitani Vaſcones ab Eduardo Vvalliæ principe haud æquis exactionibus opprimi ſe apud regem Franciæ queſti, perpulerunt, uti vadimonium ei ab Carolo denunciaretur: Eo detrectante, bellum de integro ſumptum eſt: quo Joannes Montefortius Britanniæ minoris regulus ad Anglos defecit. Eo bello, & ſuperiore, quod Joanne rege geſtum eſt, Bertrandi Gueſclini Aremorici prædicatione major omni virtus extitit: *c* qui paullo antè in Hiſpania contra Petrum Caſtellæ regem pro Henrico notho illius fratre pugnans; æternum ſibi armis decus pepererat. Nam hujus præſertim operâ, poſt varias fortunæ vices, Petrum debellavit Henricus, & interfecit *d* anno 1369.

*a* Gag. & Æm.

*b* Froſſar. 1. c. 246. Gag. Æm.

*c* Hiſt. Gueſcl. Froiſ. l. 1. c. 245. Gag. Mariana.

*d* Tarapha.

*Carolus VI.*

*e* Longiùs, quàm inde ab S. Ludovico ad hanc ætatem cæteri, ſed majore, quàm hactenus, Franciæ damno, regnavit Carolus ſextus quinti filius, anno 1380, nundum ætate gerendis rebus idonea. cui tutores ex patris teſtamento dati ſunt patrui, Joannes Biturigum, & Philippus Burgundiæ duces: Andegavenſium duci Ludovico patruorum natu maximo rerum admi-

*e* Froſs. l. 2. Gag. Æmil.

Digitized by Google

niſtratione permiſſa. Magnæ deinceps domi, foriſque turbæ; atque ob immanem tributorum modum, populares motus erupêre. Si quidem Ludovicus Andegavenſis, quem ab Joanna Neapolitana adoptatum ſuprà demonſtravi, in Italicam expeditionem, aliáſque impenſas brevi ærarium exhauſit. Sed is in Italia paulo pòſt periit *a* Sub hæc Flandrenſe ſuſceptum eſt bellum. Cauſſam illius attulit Flandrorum, præſertim Gandavenſium, rebellio: qui duce Philippo Artevellio, Comitem ſuum Ludovicum oppugnare auſi, Francorum ut fidem imploraret, adegerunt.

A 1300 Chriſti ad 1400.

*a* Ioann. Til. Meyer. Gag. Æmil.

Primum ab Carolo rege militiæ rudimentum contra Flandros poſitum eſt Roſebequenſi prælio, quo cæſa dicuntur rebellium 40000, in quibus dux Artevellius occubuit *b* anno 1382, Nov. 27, feria 5. *c* Biennio pòſt Ludovicus Flandrenſis vita ceſſit anno ineunte 1384, Januarii 30. *d* cujus heres Philippus Audax Burgundiæ dux compreſſa ſeditione pacem reſtituit anno 1385. *e* At rex Carolus Britanniæ minoris infenſus regulo Joanni, cùm in eum duceret exercitum, in Cenomanis, ardore ſolis icto capite, in amentiam incidit. quâ ex intervallo redeunte, rerum poteſtas ad patruos rediit, Joannem Biturigum, & Philippum Burgundionum duces; Ludovico regis fratre Aurelianorum duce rejecto: quod implacabilis Burgundionem inter, & Aurelianenſem, & utriuſque ſtirpem odii ſemen extitit: Philppus Audax *f* anno deceſſit 1404. Ejus filius Joannes Nivernenſis dux patre vehementior, ſuſceptam cum Aurelianenſi Ludovico ſimultatem hujus nece non dubitavit exequi, ſubmiſſo clam ſicario, qui Lutetiæ inopinantem eſt adortus, *g* 10 Cal. Decemb. 1407. Exinde civile bellum majorem in modum exarſit: eodémque tempore & externum, Anglo veteri hoſte, qui Aurelianenſi ſuppetias tulerat, latè cuncta vaſtante. Angliæ tunc regnabat Henricus Lancaſtrius: in quem, Richardo rege perpetua cuſtodia damnato, regnum inſulani tranſtulerant *h* anno 1399.

*b* Froiſ. l. 2. c. 116.
*c* Iidem. 2. c. 48. Gag. Æmil. Meyer.
*d* Froiſ. 2. c. 178. Meyer.
*e* Froiſ. 4. c. 43. Æmil. Gag. Meyer.

*f* Meyer.

*g* Alanus Carter. Monſtrel. l. 1. c. 36. Gag. Æmil. Meyer.

*h* Froiſ. 4. c. 107. & ſeq. Gag. Æmil. Meyer.

Ad hunc infeſto exercitu Gallias petentem

A 1300 Chriſti ad 1400.

adjunxit ſe Philippus Burgundionum & Flandrenſium princeps, Joannis patris ulturus cædem, *a* qui apud Monterigolum (oppidum id eſt ad Iconæ, Sequanæque confluentes) quò ad Carolum Sexti filium colloquendi gratia venerat; in ejus conſpectu trucidatus eſt *b* anno 1419. Igitur tantis auctus præſidiis Anglus, obſiſtente nullo incendii more brevi cuncta corripuit. Inter hæc Carolus per publicas, privatáſque tot ærumnas, exactis in ſumma poteſtate annis 42, vivere deſiit *c* anno 1422. Octob. 22.

*a* Alanus. Monſtrel. 1: c. 211. Olivar. 1. c. 2.

*b* Meye. Gaguin. Æmil.

*c* Monſtr. l. 1. c. 297. Gaguin. Æmil.

## *De Conſtantinopolitanis reliquis Imperatoribus ad urbem uſque Turcarum armis occupatam. ubi & de Turcarum origine, & incremento. necnon de Vſumcaſſane, Iſmaële Sopho, & hodierni Perſarum dominatus exordio.*

CAPVT VII.

AD eum, quem retuli, modum mutuis bellis ac tumultibus Occidente concuſſo, nihilo pacatiores in Oriente res ſæculo iſto fuerunt. Languebat Conſtantinopolitanum Imperium; ac velut in littus ejecta maris bellua, multis confoſſa vulneribus paullatim cum morte luctando deficit; aut per interiora ſerpente veneno, tandiu ſe corpus animantis utcumque ſuſtinet, dùm ad cor virus lethale pervenerit: ita Græcorum regnum, graſſante per ejus viſcera barbarie, aliiſque ſuper alias acciſis provinciis, ſed ipſa demum imperii, & arce capta, Conſtantinopoli, funditus eſt everſum

Poſt Andronici ſenioris Michaëlis F. mortem, quæ anno 1332 accidit Conſtantinopoli regnatum eſt à Palæologorum ſtirpe reliqua annis 121.

*d* Andronicus junior avo, ut ſuprà dictum eſt, ejecto, imperavit annis circiter octo, uſque ad 1341. quo decedens, tutorem ambobus filiis, Joanni Palæologo, & Manueli, Joannem Cantacuzenum dedit. Poſt annos 16, Chriſti 1357, Cantacuzeno pulſo, Joannes Palæologus 27

*d* Egnac. Cuſpin. Onuf.

Digitized by Google

imperavit annis: atque anno 1184 Manuelem ſucceſſorem habuit. Is 37 expletis annis, *a* Chriſti 1419, Joanni filio reliquit imperium. quod ille 17 annis obtinuit. Demum anno 1445 Conſtantinus cœpit octavus, ultimúſque, cujus octavo anno, Chriſti 453, Conſtantinopolis in Turcarum venit dominatum. A 1300 Chriſti ad 1400. *a* Vide Vigner. Tom. 3. Bibl.

*b* Gentis origo Turcicæ, quæ hoc ſæculo magna habuit incrementa, & ſequente, Græcorum nomen obliteravit; variè ab auctoribus traditur. Plerique oriundos è Sarmatia, vel Scythia, putant. Qui egreſſi Caſpiis portis, jam tum Heraclio imperante, *c* circa annum 625, Perſidem populati ſunt, & Romanis contra Choſroen auxilio venerunt. Poſtea Conſtantino Monomacho regnante, *d* ſub annum 1042, Perſis, quorum erant ſtipendiarii, ſubactis, Mahometicam ab illis ſuperſtitionem hauſêre. Inde in Syriam, Cappadociam, cæteráſque minoris Aſiæ regiones infudêre, ſeſe, in plures diviſi principatus. è quibus, oppreſſis, extinctíſque reliquis, unius Othomani poſteri rerum potiti ſunt: à quo in Turcarum deinde principibus Othomanorum nomen reſedit. Horum primordium anno Chriſti imputari ſolet *e* 1300. Sed ſi Othomanus 29 annos imperavit, ut produnt annales Turcici, & anno Hegiræ 727, obiit, qui annus orſus eſt Chriſti 1326, Novembri exeunte, neceſſe eſt Othomanum, ante annum Chriſti cœpiſſe 1300, alioqui 27 ſolos in regno tranſegerit.

*b* Chalc. *Turcarum origo.* *c* Theoph. Cedre. Niceph. Brev. *d* Curop. *e* Annal. Turc. 1. Eguat.

Primus igitur Othomanus intra *f* 29 annos, quibus præfuit, incredibiliter rem auxit Turcicam, magnámque Bithyniæ ſubegit partem: ac Pruſæ ſedem regni conſtituit. I. *f* Annal. Turc. Chal.

Moriens Urchani filio regnum tradidit anno Hegiræ 727, Chriſti 1326. qui Myſiam, Lycaoniam, Phrygiam, Cariam, cæteráque ad Helleſpontum, & Euxinum uſque ditioni ſubjecit ſuæ: dum inter ſe Cantacuzenus, & Palæologi odiis, armíſque certant. Regnavit annis 32. II.

*g* Amurathes Urchani patri ſucceſſit, anno Hegiræ 759, qui iniit anno Chriſti 1357, mortuo jam fratre natu majore Solimano: qui primus in Europam traduxiſſe copias ſuas in Annalibus III. *g* Annal. Turc.

A 1300 Chriſti ad 1400.

a Annal. Turc. Chalcond.
b Annal.
c Cuſpin.

Turcicis proditur anno eodem Hegiræ 759. Amurathes a Callipolim, b Hadrianopolim, ac circumjectas provincias occupavit. Huic annos c nonnulli 2, imputant. Annales Turcici 22. Idcirco mortuum eſſe ferunt anno Turcarum 791, qui anno 1388 Chriſti, ultimo Decembris initium habuit. Igitur anno 1389

IV. Bajazethes Amurathis filius, qui & Gilderim in Annalibus Turcicis nominatur, paternum cepit imperium, longè omnium ferociſſimus, ac fortiſſimus. Hic Theſſaliam, Macedoniam, Phocidem, Atticam, Myſiam, & Bulgariam Turcicæ ditionis fecit. Conſtantinopolim verò pluribus obſedit annis.

d Froiſſ. 4. c. 67. Gag. Æmil. Chalcd. 2.

d Contra quem Emmanuel Imperator Caroli ſexti Francorum regis imploraturus opem venit in Galliam. Sed & Sigiſmundo Hungariæ rege idem poſtulante, principes aliquot viri ſacræ militiæ nomen dederunt. inter quos Joannes Nivernenſis erat Philippi Burgundionis filius. Sed dum inconſultè, temeréque ruunt in prælium, partim interempti, partim à barbaris capti ſunt, unà cum Joanne ipſo.

e Annal. Turc. Chal. l. 3. Nau. Gen. 47. Biſart. 9. Hiſt. Perſ. *Tamberlanes.*

e Nec multò pòſt tempore Bajazethis tot ſecundis rebus elati ſuperbiam ultus eſt Deus. Quippe Tamberlanes, quem Temirem Annales Turcici, & Chalcondylas vocant, cum Tartarorum infinita multitudine in Aſiam irrupit, occurrentémque Bajazethem, cæſis Turcarum 200000, vivum in poteſtatem redegit, & incluſum cavea feræ inſtar ad ludibrium circumduxit. cujus ille calamitatis voluntaria ſibi morte quæſivit exitum. Tartaricam hanc excurſionem, cladémque Bajazethis Annales Turcici anno Hegiræ tribuunt 804, qui anno cœpit Chriſti 1401: Bajazethem verò annos imperaſſe 14 ferunt: Tamberlanem annos 40. Bajazethem Froſſardus, aliíque priſca ſimplicitate *Lamorabaquinum* vocant; credo deducto ab Amurathe vocabulo; quaſi fuerit *Amurathberg*. Bajazethi ſuperſtites fuère 5 filii. f horum unus & ordine quintus

f Annal. Turc.

V. Iſa Zebelis, cùm ſe Imperatorem feciſſet, à Solimane fratre peremptus eſt. qui anno Hegiræ

Digitized by Google

805 regnum arripuit, hoc eſt Chriſti 1402, vel 1403, ac ſeptem annos in eo vixit. Eo ſublato, frater ejus A 1300 Chriſti ad 1400.

Muſa ad annum uſque 4 præfuit: quo eum frater ejus occidit VII.

Muhammedes 1 anno Hegiræ 716, qui eſt Chriſti 1413. cui ſucceſſit anno Hegiræ 824, Chriſti 1421 VIII.

Amurathes ejus filius. Hic ex Aſia tranſportatis per Helleſpontum copiis, Theſſalonicam cepit. Contra Hungaros, & Vladiſlaum regem, qui poſt Albertum Cæſarem ab Hungaris adſcitus erat, ac Joannem Huniadem ducem fortiſſimum bellum habuit, in quo ſæpè victus; ad extremum anno 1444 Chriſtianos Vvarnenſi prælio profligavit. *a* quo rex ipſe Vladiſlaus periit Novembris die 10. Fuit eidem cum Scanderbego Epiri rege bellicoſiſſimo acre certamen. cujus dum regni caput Croiam obſidet, ex mœrore deceſſit *b* anno regni 31, ætatis 75, Hegiræ 855, Muharram 8, feria 4. Hic eſt annus Chriſti 1451, quo Muharram anni Hegiræ 855 iniit Februarii 3, feria 4. ut mendosè Annales Turcici Muharram 10 concipiant. IX.

*a* Cuſpin.

*b* Annal. Turc. Leuncl. Barl. in Scander.

Succeſſit Amurathi Muhammedes 2 ejus filius. qui anno ſequenti Conſtantinopolim obſedit, expugnavítque anno 1453, Maii 29, feria 3. *c* quod alibi oſtendimus. X.

*c* Lib. 11. de Doct. Temp. c. 53.

Natus iſte Chriſtana matre, ſed religionis contemptor omnis, *d* ac diſciplinis variis eruditus, præſertim Aſtronomiæ; tum Græcæ, Latinæ, Arabicæ, Perſicæque linquæ uſu promptus, incredibili fuiſſe crudelitate perhibetur, ac perfidia. Summus idem belli dux, Turcicas res majorem amplificavit in modum. Duo quippe Chriſtianorum evertit imperia. Nam præter Conſtantinopolitanum, *e* Trapezuntinum quoque cum Colchide in ſuam poteſtatem tranſtulit; Davide Comneno Uſumcaſſani ſocero, qui ibidem imperabat, cum tota familia Conſtantinopolim abducto, ac paullo poſt interempto. Quod imperium, capta ab Latinis Conſtantinopoli, Iſaacius Comnenus ante annos circiter 250 fundaverat. Ad hæc, regna 12, urbes

*d* Chalcond. l. 8.

*e* Chalcond. l. 9. Paul. Mahom. Leuncl.



Digitized by Google

A 1300 Chriſti ad 1400.

ſupra 200 expugnaſſe fertur. Idem ab Tauruno, quam *Belgradum* vocant, Joannis Huniadis virtute pulſus; Corinthum, Lemnon, Mitylenam, Eubœam Venetis eripuit: Genuenſibus Theodoſiam, ſeu Capham. Rhodum fruſtra tentavit. Hydruntum in Italia cepit. Obiit anno 1481, Maii 3, ætatis, ut *a* quidam aſſerunt, 53. *b* ut alii produnt, 58. alii denique 76 vel 74. Omnino 53 annos exceſſit, ſiquidem filius ejus vixit annos 74, & 31 regnavit. Nam ex 53 & 31 conſiunt 84, quibus demptis 74, reliqui eſſent 10, quot natus Muhammedes 2 Bajazethem genuiſſet. Id verò minus eſt credibile. Quare Nauclero forſitan adhibenda fides eſt, qui annnos 51 illum vixiſſe refert.

*a* Paul. Iov. in lib. de reb. Tur. Supp. Chal. & Hiſt. Turc.
*b* Naucl.

XI. *c* Bajazethes huic filius, ejus nominis ſecundus à Prætorianis ſufficitur, natu majori antelatus Ziſimo. qui quidem ad Chriſtianos fugiens, in Italia mortuus eſt, quo tempore Carolus VIII Francorum rex Neapolitanum regnum armis vendicabat.

*c* Paul. Iov. hiſt.

Hic Venetis Naupactum, Metonam, Dyrrachium ademit. Coactus denique conſpiratione procerum, abdicavit imperium, ídque Selimo filio conceſſit anno ætatis 74, regni 31, Chriſti 1512.

XII. Selimus Mammalucos, ſive Circaſſos in Ægypto debellavit; eorúmque Sultanum Tommambaiſum apud Cairum ſuſpendio necavit, anno *d* Hegiræ 923, Chriſti 1517, Aprillis 9, qui fuit Rabie prioris 17. Exinde Turcarum ditioni contributa eſt Ægyptus. Triennio pòſt Selimus exceſſit, Hegiræ *e* anno 926, Schebalis 7; hoc eſt Chriſti 1520, Sept. 22, imperii 9.

*d* Annal. Turc. Lennel. Iov. Supp. Chal.
*e* Iid. Annal. &c.

XIII. *f* Solimannus Selimi filius vir prudens, &, ut barbarorum captus eſt, ſatis commodus: nec minus acer, & bellicoſus, Belgradum expugnavit anno 1521. Sequenti, Rhodum; ſexto, quam obſidione vallarat, menſe, Decembris 22. Fuſis Hungarorum copiis, & occiſo rege eorum Ludovico; Budam occupavit anno 1526. Ab Viennæ mœnibus magna accepta clade rejectus anno 1529, Albam regiam, Strigonium, aliáque deinceps Pannonum oppida ſubegit. Ejuſdem

*f* Iidem.

Digitized by Google

auſpicis Barbaroſſa nobilis pirata Tunetum expugnavit in Africa. Nec minus proſperè contra Perſas per ducos ſuos pugnavit. *a* Melitam obſedit anno 1565. Inſequenti verò ad Sigetum Hungariæ arcem moritur propè octogenarius, imperii 47, Chriſti 1566. A 1300 Chriſti ad 1400. *a* Hiſt. Obſid. Melit. Supp. Chal.

Hinc Selimus II: quo imperante Cyprus in Turcarum ditionem pervenit anno 1571 obiit anno 1574, imperii 8, poſt memorabilem ad Naupactum Chriſtianorum victoriam, quæ anno 1573 accidit. XIV.

Dehinc Amurathes III, qui anno 1595 defunctus eſt, imperii 21. XV.

Machometes III, iners, & in libidines reſolutus. Atque hic anno 9, Chriſti 1604 obiit. XVI.

Achemetes annos 14 regnavit; periitque Chriſti anno 1617. cujus filiorum natu maximus Oſmannus duodecim haud amplius erat annorum. Ob id Imperator à Prætorianis ſalutatus eſt. XVII.

Muſtapha Achemetis frater, homo vecors, & ſtolidus; qui in cella ſolitariam, & incluſam vitam degebat. Sed eo poſt menſes duos in cuſtodiam retruſo. XVIII.

*b* Oſmannus Achmetis filius Sultanus renuntiatur, ingentis animi puer, & ſupra captum ætatis magnarum rerum cupidus. Sed ejus conatus fortuna primùm, deinde vita deſtituit, per ſummam illi indignitatem à ſuis erepta. Vix egreſſum ex ephebis vehemens deſiderium ceperat ulciſcendæ cladis, quam in Moldavia recentem à Polonis acceperat, ſimúlque Poloniæ ipſius invadendæ. In hanc igitur expeditionem univerſis viribus, opibúſque collatis, cùm quadringenta circiter millia hominum eduxiſſet; cum maxima ſuorum jactura, ignominiáque repulſus eſt. Ad centum millia Turcarum variis in præliis cæſa memorantur; præter cæteram multitudinem, quam per moræ diuturnitatem fames, morbúſve conſumpſit. Hanc ille calamitatem aſſiduis per id tempus Prætorianorum militum ſeditionibus imputans, de iis exauctorandis, ac mutandis deliberare cœpit: immo verò ſedem imperii Conſtantinopoli in Syriam, ac XIX. *b* Suppl. Chalcon. lib. 10.

A 1300 Chriſti ad 1400.

Damaſcum tranſportare ſtatuit. Quo ejus patefacto conſilio, milites ab illo deficiunt: & Muſtapham patruum è cuſtodia retractum Imperatorem renunciant. tum Oſmannum regni exutum inſignibus, miſerandóque per urbem ſpectaculo in equo ductum laqueo præfocant, *a* Maii 20., feria 6., anno 1622.

*a* Suppl. Chalc. lib. 10. p. 931.

Ad hunc modum Turcarum imperium iterum adeptus eſt Muſtapha. Sed anno ſequente, Septembri menſe priſtinam in ſortem, & carcerem retruſus eſt, eíque

XXI. Amurathes ſubſtitutus, Oſmanni frater, qui eo ipſo, quo hæc ſcribimus, anno 1632 adhuc regnare dicitur.

*b* Volaterr. l. 7. Biſartus. l. 9. Hiſt. Perſ. p. 294. & ſeq.

Hactenus Othomanorum familia. *b* Præter quam tres aliæ principes extiterunt, Aſſimbeiorum, Candelororum, Caramannorum. poſteriores duæ Ottomanorum armis oppreſſæ, ac regnis pulſæ ſuis, ad Aſſimbeios perfugerunt: qui Cappadociam, minorémque Armeniam occuparant: cùm quidem Synopem Ponticam Candelori; Caramanni Ciliciam haud exiguo tempore tenuiſſent.

*Vſumcaſſanes.*

Ex Aſſimbeis ortum duxit Uſumcaſſanes, qui à Bajazethe primo Turcarum Imperatore ejectus Armenia, cum Caſane patre ad Tamerlanem Tartarorum regem ſeſe recipit; ab quo, ejúſque poſteris in regnum reſtituti ſunt. Poſtea devictis Tartaris, Perſarum imperio potitus eſt *c* ſub annum 1470. Inde contra Turcas & Mahometem II haud ſatis proſperè pugnavit, *d* circa annum 1474. *e* quo tempore Mahometes Paphlagoniam, & Trapezuntem ſubegit; Davidémque ſocerum Uſumcaſſanis, cum reliqua omni Comnenorum ſtirpe, Conſtantinopolim abduxit. *f* Bellum nihilominus cum Turcis, ſed & Orientalibus pleriſque populis, Uſumcaſſanes non deſtitit facere: quo longè latéque ditionis ſuæ fines protulit. Ex quo tam illuſtre ſibi orbe toto peperit nomen; ut ad eum Callixtus Pontifex Romanus literas daret, quibus ad perſequendos armis Ottomanos illum excitabat: idémque & facerent Veneti, & cum eo fœdus, ad ſocietatem conjungerent. *g* Vixit octo & ſe-

*c* Biſar. l. 9. p. 317. & l. 10.
*d* Annal. Turc.
*e* Biſar.
*f* Biſar. 16. id.
*g* Biſar. ib. p. 329.

ptuaginta annos, & Chriſti 1478, Nonis ipſis Januariis mortuus eſt. Jacuppus hunc filius excepit: íſque poſt annos 7 ab adultera uxore unà cum filiolo veneno extinctus eſt. quod & illa ipſa bibere antè coacta eâdem die periit. Secuti ſunt deinde reges alii ad Iſmaëlem uſque Sophum; cujus paullo altiùs repetenda mentio eſt.

A 1300 Chriſti ad 1400.

a Mahometis Saracenorum, & Turcarum legiſlatoris patruelis, ac gener fuit Hales; eidémque ſucceſſit. Qui cùm traditam ab illo ſuperſtitionem partim additis quibuſdam; partim aliter, atque uſu receptum erat, interpretando, mutaſſet; novam ſectam condidit. Sed ea paullatim neglecta in obſcuro jacuit; cùm Homaris alterius Mahometis interpretis diſciplina potior haberetur. donec b ſub annum 1350 regulus quidam nomine Sophus ad Halim referens originem, longo intervallo intermortuam diſciplinam reſtituit, eo fidentius, quòd Turcæ Tartarorum adhuc imperio premebantur. c Hujus ſectæ commendationem auxit deinde ſanctitatis, doctrinæque opinione Guines ejus filius: quem Tamerlanes Scytha ſumma in veneratione fertur habuiſſe. Tum Guinis filius Sicaidares, Harduellis à patria dictus, iiſdem artibus ſibi, ac ſectæ ſuæ auctoritatem addit: quem Aſſumbeius Uſumcaſſanes generum optavit, data illi in matrimonium Martha; quam ex Trapezuntini Imperatoris filia ſuſceperat. Ad hunc Halis inſtituta prædicantem cùm ingens ex Armenia, & Perſide concurſus hominum fieret, Ruſtanus Perſarum rex ſubmiſſis percuſſoribus Sicaidarem cum pleríſque factionis illius oppreſſit. Iſmaël Sophus Sicaidaris filius adhuc puer elapſus eſt. nec non Techelles illius diſcipulus, qui virtute ac ſcientia nihilo magiſtro inferior putabatur, Iſmaël, ut primùm adolevit, patris veſtigia perſequens, novæ ſectæ pretium accendit: ac cùm oris ſpecie, facundia, animi magnitudine; & induſtria præſtaret; brevi ſummam ad potentiam pervenit.

a Biſar. l. 6. p. 295. & l. 10. p. 323. Suppl. Chalc. l. 2.

b Biſar. l. 1. 383.

c Iidem.

*Iſmaël Sophus.*

d Victo denique, & occiſo rege, Perſidis imperium ab Turcis ad indigenas poſt longa ſpatia tranſtulit ſub annum 1499. quod in hodiernum

d Biſar. Iovius Suppl. Chalc.

Digitized by Google

A 1400 Chriſti ad 1437.

uſque diem illius obtinent poſteri : bellúmque cum Othomanis penè aſſiduum exercent : ita Chriſtianorum rebus conſulente Deo : ut præpotens hoſtis, utrimque diſtractis viribus, ſuſtineri faciliùs poſſit.

## *De Roberto, & Sigiſmundo Imperatoribus; ac de iis, quæ in Germania & Italia geſta ſunt.*

## Ab anno 1400, ad 1437.

CAP. VIII. *Robertus Imp.* a Anton. 3. Par. Tit. 22. c. 3. Naucl. Langius. Chron. Germ. l. 26. Cuſpin.

VEnceſlao Romanorum rege ab ea dignitate propter inertiam remoto, Robertus Bavariæ dux ei ſufficitur *a* anno 1400. Qui adversùs Galeacium Vicecomitem Mediolani ducem à Florentinis accitus in Italiam, nullo operæ pretio facto in Germaniam rediit : graviſſimum ibi, unde digreſſus erat, bellum relinquens. Galeacio paullo pòſt mortuo, *b* quod anno 1402 incidit, pleræque civitates ſe ab ſervitute vindicarunt ; & in aliorum aliæ ditionem venerunt. Veronam & Patavium recepêre Veneti *c* anno 1405. quo Scaligerorum, & Carrarienſium dominatus extinctus eſt. Piſæ Florentinorum jugum accepêre. Quæ rerum mutatio magnas, ac propemodum exitiabiles Italiæ turbas attulit. *d* Ladiſlaus tunc Apuliæ regnabat Caroli Dyrrachini regis Apuliæ, ac deinde Pannoniæ, filius, qui per Schiſmatis occaſionem, Romam haud ſemel occupare conatus, *e* ab Ludovico Andium duce Ludovici ejus, qui contra Carolum Dyrrachinum bellum movens in Apulia deceſſerat, filio victus ac expreſſus eſt *f* anno 1410. ſed victoria uti neſciens Ludovicus infeſtare in Gallias revertitur.

*b* Anton. Palm. Naucl.

*c* Naucl. Sanſovinus. Anton.

*d* Pand. l. 5. Palm. Naucl. Barlet. 10. Scanderb.

*e* Pand. 5. Palmer.

*f* Pand. 5. *Schiſma perſeverat.*

Vetus inter hæc, ac pertinax diſſidium lacerabat Eccleſia ; duobus Pontificibus Petri ſedem eodem ſibi tempore defendentibus. Sed ejus, qui in Gallia degebat, mutato Petri Lunenſis in Benedictum nomine, ut cauſſa deterior, ſic in dies minor etiam apud ſuos erat auctoritas. Itaque deſtitutus à Francis, in Hiſpaniam, unde

Digitized by Google

erat oriundus, receſſit: ubi perdiu Aragonum ſe ſuſtentavit opibus. In Italia Gregorius XII hærebat. *a* De ambobus in ordinem cogendis convenêre Piſis utriuſque partis Principes: iiſque abrogato Pontificatu, Alexandrum V. ex Minorum ordine ſubrogarunt anno 1409. Quo facto unum hoc aſſecuti ſunt, ut ad duos Pontifices tertium adjicerent.

A 1400 Chriſti ad 1437.
*a* Anton. Palm. Naucl.

*b* Moritur an. 1410 Robertus an. imperii 10.

*c* Sigiſmundus poſt hunc à Septemviris Imperator deſignatus eſt ex Hungariæ rege, Caroli IV Imperatoris filius; Vinceſlai Imperatoris frater. Quem prudentia, magnitudine animi, liberalitate, ac cæteris ampliſſima fortuna dignis ornatum fuiſſe virtutibus ferunt: niſi quòd bellicis in rebus felicitas deerat. Pietate verò, ac religionis ſtudio longè præſtitit. Quippe ut Eccleſiæ pacem redderet, cùm legatos circumquaque miſit ad principes; tùm Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Italiam adire non dubitavit ipſe. nec priùs acquievit, quàm Joannem XXIII, qui anno 1410 Alexandro ſuffectus erat, ad cogendam Synodum adduxit.

*b* Naucl. Chr. Germ. Onufr.
*c* Anton. 3. Par. Tit. 22. c. 6. Naucl. Palm. Chr. Germ. Cuſpin.
*Sigiſmundus Imp.*

Igitur Sigiſmundi operâ *d* anno 1414, *e* Indictione 7, cœptum eſt Conſtantiæ generale Concilium 5 Novembris, feria 2, & quinto inde anno terminatum eſt, Chriſti 1418, *f* Aprilis 22, feria 6. *g* In eo Concilio Vuiclephi, & Ioannis Huſs damnata hæreſi, hîc ipſe, qui tùm aderat, cùm ſe clam tentaſſet eripere, nec in Eccleſiæ poteſtate eſſe vellet; flammis eſt addictus *h* anno 1415, Julii 6, feria 7. Anno ſequente Hieronymus Pragenſis eâdem de cauſſa par ſupplicium tulit. Poſtquam autem Joanni XXIII, & Benedicto XIII Pontificatus abrogatus eſt; Odo Columnenſis eorum loco deligitur anno 1417, *i* Novembris 11, qui dies S. Martino ſacer eſt, feria 5. Ob id Martinus V appellari voluit.

*d* Concil Conſtant. Anton. Æneas Silv. Hiſt. Boëm. c. 38. Naucl Langius Chron. Citiz. Chr. Germ. Plat.
*e* Concil. Conſtant. Seſſ. 1.
*f* Ib. Seſſ. 45.
*g* Æn. Silv. c, 36.
*h* Chron. Citiz. Hiſt. Boëm.
*i* Conc. Conſt. Seſſ. 42.

Ita poſt annos 40 ſchiſma ſublatum eſt, *k* repugnante licet Benedicto: qui cùm anno 1424 deceſſiſſet in Hiſpania, ab duobus reliquis ejus factionis Cardinalibus ſublectus *l* Clemens VIII quarto pòſt anno coactus eſt in ordinem: Hinc

*k* Naucl, &c.
*l* Lang. in Citiz. Chron.

Digitized by Google

A 1400 Chriſti ad 1437.

eſt quod annis 50 perſeveraſſe ſchiſma ab nonnullis proditur. Hujus Concilii tempore Sabaudiæ princeps dux è comite primùm à Sigiſmundo ſalutatus dicitur anno 1415.

*a* Æn. Silv. c. 37. & ſeq. Nauc. Langus.

*a* At Joannis Huſſii ſectatores, qui jamdudum Boëmiam hoſtiliter incurſabant, illius ulturi mortem, toto per eam provinciam furore bacchati ſunt. Addebat animos Venceſlai regis ignavia. quo mortuo Chriſti anno 1419, contra Sigiſmundum ejus ſucceſſorem, Joannem Ziskam *b* audacem hominem, ac manu, & conſilio promptum ducem conſtituunt. Is brevi magno collecto exercitu plurima Boëmiæ oppida vi cepit; Sigiſmundi copias ſæpè delevit: urbem in præaltis rupibus, loco natura munitiſſimo, condidit, *c* cui Thaboris indidit nomen. unde *Thaboritæ* ſunt dicti. Moriens ſuis edixiſſe fertur, ut cadaveri ſuo detracta cute, tympanum ex ea facerent; cujus percuſſi ſonitus in præliis terrorem hoſtibus afferret. *d* id anno 1424 contigit.

*b* Æneas Silv. c. 38. &c.

*c* Æn. Silv. c. 40. & 46.

*d* Naucl.

In Italia rege Ladiſlao defuncto, anno, ut *e* Pandulfus auctor eſt, 1414, ſoror ejus Joanna Neapolitanum regnum tenuit, levis, & impudica femina. *f* Quæ Jacobo Borbonio Marchiæ Comiti nupta, eundem poſtea ſummum ſibi jus in regno vindicantem fugere coëgit in Galliam; ubi contemptis opibus, Veſontione in Franciſcanum ordinem eſt allectus.

*e* Pand. l. 5. Anton. Par. 3. Tit. 12. c. 7. Plat. in Mart. 5.

*f* Olivar. March. c. 1. Pand. Collenut.

*g* Joanna Martini V. Pontificis alienatum ab ſe animum, & Sfortiæ ducis fortiſſimi converſa in ſe arma metuens, Alfonſum Aragoniæ, Siciliæque regem in auxilium evocat, quo cum de adoptione, ac regni ſucceſſione paciſcitur *h* anno poſt obitum Ladiſlai ſeptimo.

*g* Barthol. Facius l. 1 & ſeq. *Alfonſus Aragoniæ rex Neapolitanum regnū adit.*

*h* Pand.

*i* Jam enim Ludovicum Andegavenſem ejus nominis tertium, ſecundi filium, Martinus acciverat, in eúmque Neapolitani jura regni, abdicata Joannâ, tranſtulerat; dato illi adjutore Sfortia. Hinc Alfonſum inter & Ludovicum atrox bellum extitit. Secuta mox reginæ cum Alfonſo ipſo diſcordia: ex qua Ludovicus Sfortiæ operâ in gratiam, & adoptionem receptus anno 1431 regnum obtinet. *k* Triennio pòſt Lu-

*i* Barth. Facius 1. & ſeq. Pand.

*k* Facius l. 4. Pand.

Digitized by Google

dovicus morbo periit, anno 1434: eodémque Joanna, Rainero, qui & Renatus dictus eſt, Ludovici fratre, herede dicto. qui tum à Philippo Burgundione captus attinebatur. a Alfonſus interim prioris adoptionis jure fretus, regnum occupare nititur. Sed à Genuenſibus navali victus certamine, captúſque, ad b Philippum Mediolani ducem, cujus in ditione tùm erat Genua, perducitur: à quo humaniſſimè eſt acceptus, & paullo pòſt dimiſſus; ad recuperandum regnum revertitur; quod jam Iſabella Renati uxor, & liberatus à Burgundione Renatus ipſe poſſederant. c Capta eſt ab Alfonſo Neapolis, per eundem aquæ ductum intromiſſo milite, per quem Beliſario duce Romanus olim irruperat. d Evenit hoc anno 1442. Quo ex tempore Renato in Gallias reverſo, Alfonſus ſine competitore regnavit; placatóque Eugenio, jus ſibi, ac Ferdinando poſt ſe notho filio natum accepit.

A 1400 Chriſti ad 1457.

a Pand. l. 6. & Fac.

b Pand. ibid. Palm. Fac. lib. 4.

c Fac. l. 7. Pand. 6.

d Pand. Palm.

1.

Per hæc tempora Philippus Maria Vicecomes, Joannis Galeacii filius, poſt Joannis Mariæ fratris necem, Mediolano potitus e circa annum 1415, bellorum ubique cauſſas ferens, pace cum Florentinis compoſita, Genuenſes, ejecto duce Thoma Fregoſo, ſibi ſubjecit. f cum Florentinis deinde, Venetíſque ſuſceptum bellum, auctore per legatum Martino Pontifice, terminavit anno 1427. Sed brevi poſtea rurſus ad g arma redierunt.

e Naucl. de eo Facius l. 4. ſub fin.

f Anton. Par. 3. Tit. 22. cap. 8.

g Anton. ib. c. 9. & ſeq.

Martinus interim Papa, Baſileenſe indicto Concilio, migravit è vita anno 1431: cui ſublectus eſt Eugenius IV. Is Baſileenſes patres vetuit ultrà progredi. Sed nihilominus conventus agere perſeverarunt; & in Eugenium ipſum ſententiam dixerunt. h Ab anno itaque 1431, Indictione 9, quo primùm coiêre, die Decembris 7, Feria 6, i ad 1448, diémque 17 Calend. Jun. annis ſeptemdecim Baſileæ conſtiterunt. Sed Eugenii legitimi Pontificis cauſſa potior fuit. Itaque Synodus iſta auctoritate caruit. k & qui in ea Pontifex creatus erat, Amedeus ex Sabaudiæ duce Felix V. appellatus, anno 1439, Novemb, 17, poſt Eugenii mortem ſponte ſe abdi-

*Baſileenſe Concilium.*

h Concil. Baſil. Seſſ. 1.

i Seſſ 45. Lang. in Chron. Citiz.

k Concil. Baſil. Seſſ. 39.

Digitized by Google

A 1400 Christi ad 1417.

a Tilius.

cavit, & à Nicolao V Eugenii ſucceſſore, anno 1449 in purpuratorum procerum adſcriptus eſt ordinem. a Pragmatica tamen ſanctio ab illa Synodo conſtituta, in Galliis ab Carolo VII rege, ac Senatu Parienſi recepta eſt anno 143., nec niſi poſt annos plures Franciſco rege ſublata.

b Plat. Cuſpin. Onufr.

c Naucl. Citiz. Chron.

d Plat. in Eug. Naucl.

Ante hoc tempus Sigiſmundus Imperator obiit 9 Decemb. b anno Chriſti 1437, ætatis 70, viceſimo ſeptimo poſtquam eſt electus; ſexto verò, quàm ab Eugenio Pontif. redimitus eſt Romæ. c quod anno 1432 factum eſt. d quo & Franciſcum Gonzagam Marchionem Mantuæ eſſe juſſit.

e Chron. Citiz. anno 1417.

f Chron. Cit. Trith.

g Paul. Iov. in log.

h Trith.

i Idem.

k Idem.

l Anton. ſ. par. tit. 22. c. 15.

m Trith.

e Hoc Imperatore præſtanti ingenii fama vixerunt, Petrus Aliacenſis Cameracenſis epiſcopus: Joannes Gerſon Pariſienſis Academiæ Cancellarius, f ad Conſtantienſem Synodum legatus à rege Franciæ miſſus: Emmanuel Chryſoloras, homo Græcus; qui patria ſtudia primus in Italiam reportavit, & g Conſtantiæ per Concilii tempus interiit: h Leonardus Aretinus; Poghius, ambo Itali, i Joannes de Turrecremata Cardinalis: Alfonſus Toſtatus Abulenſis in Hiſpania epiſcopus: k Thomas Valdenſis: Dionyſius Rikel Carthuſianus, vir peræquè doctus, & ſanctus, qui anno 1471 obiit: Paulus ex Judæo Chriſtianus, & Burgenſis epiſcopus: Flavius Blondus Foroliavienſis, hiſtoricus: Nicolaus de Tudeſchis Cardinalis, & Panormitanus Archiepiſcopus, Canonici juris ætate illa princeps. Sanctitate autem imprimis antecelluerunt, l Bernardinus Senenſis ex Minorum collegio: & Laurentius Juſtinianus Patriarcha Venetus: Vincentius Ferrarienſis m Hiſpanus, qui obiit 1418: Catharina Senenſis, aliique: quorum omnium ætas partim ex eorum ſcriptis, partim ex illorum temporum hiſtoriis, chronicíſque comperta.

## *Quæ Alberto, Friderico, & Maximiliano Impp. geſta ſunt in Germania, Pannonia, Oriente, Italia, Cypro: déque viris illuſtribus.*

## Ab anno Chriſti 1438 ad 1500 circiter.

CHAP. IX.

Sigiſmundi ſoceri morte vacantem Imperii titulum accepit Albertus Auſtriæ dux *a* anno 1438. Qui per brevi tempore maximis rebus adversùs Moravos, Boëmos, Turcáſque confectis in expeditione conſtra poſtremos iſtos vita functus eſt Cal. Nov. anno imperii altero, Chriſti 1439.

*a* Naucl. Cuſpin. Onuf. Vide Æn. Sil. de Hiſt. Boëm. c. 56. & in Europa Böſ. Dec. 3. l. 4.

*b* Quo ánno Baſileenſibus interdictos ab Eugenio cœtus nihilo ſecius habentibus, Pontifex legitimum tota ex Eccleſia conventum apud Florentiam collegit. Ad quem Joannes Palæologus Conſtantinopolitanus Imperator affuit, cum Joſepho Patriarcha; qui eodem ibi deceſſit anno. Græci cum Latinis in concordiam rediêre: nec-non Armeni; quibus Catholicæ formulam fidei ſcripſit Eugenius. Verùm Græci in Orientem reverſi, Marco Epheſino, & Scholario viris eruditis agentibus, ab Romana ſe ſocietate divellunt.

*b* Flor. Conc. Plat. in Eug. Palmer. Citiz. Chr. Naucl. *Florentinum Concilium.*

*c* Fridericus Auſtriæ dux, Herneſti F. anno 1440 Romanorum adiit regnum. quo imperante *d* quietior, quàm ſolebat, fuit Germania: cum reliquæ partes Europæ civilibus & externis undique bellis ſtreperent.

*c* Cuſpin. Onuf. Palm. Naucl. Citiz. Chron. *d* Egnat. *Mediolanenſes res.*

Franciſcus Sfortia ejus filius, qui Ludovicum Andegavenſem ſecutus, in Apulia contra regem Alphonſum egregiè certarat, *e* à Philippo Mediolani principe; cujus ſpuriam filiam *f* Blancham duxerat; ad ejus hoſtes Venetos tranſiens, res illius evertit. *g* Philippus ſine hærede vita fungitur, ſexto Id. Auguſt. anno 1448. quo anno Sol eodem menſe defecit, die 29, hora diei 7, ait Antoninus. Ex quo Bandulphi error, & Platinæ convincitur; qui Philippi mortem ſu-

*e* Naucl.

*f* Palm.

*g* Anton. 3. Par. Tit. 21 c 12. paragraph. 1. & 2. Plat. in Nicol. V.

A 1438 Chriſti ad 1500.

periori adſcribunt anno. Franciſcus verò Mediolanenſes fruſtra ſibi libertatem aſſerere conantes coëgit in poteſtatem: diſſimulante Aragonum, & Apuliæ rege Alfonſo, quem ab Philippo ſcriptum heredem Pandulfus Collenutius affirmat. Nec minus Aurelianenſium dux Carolus Ludovici F. eam ſibi vendicabat provinciam: utpote Valentina Joannis Galeacii filia, Philippi ſorore genitus. At Veneti tam potentis vicini metu cum Alfonſo fœdus percutiunt. Florentini adversùs utroſque Franciſci ſocietatem expetunt. Sic atrox in Italia redingratum eſt bellum. Cum Alfonſo poſtea Franciſcus Sfortia pacem, amicitiámque fecit *b* anno 1454: & Alfonſo illius nepoti, Ferdinandi nothi filio, Hippolytam Mariam filiam in matrimonium dedit. *c* Poſt annos inde 4 obiit Alfonſus ſenior Calend. Jul. ætatis anno 66, Chriſti 1458: Aragoniæ ac Siciliæ regnis Joanni fratri relictis. Neapolitanum Ferdinandus filius accepit. *d* Laudatur ab hiſtoricis Alfonſi regis invictus, ac generoſus animus, tum in literas, earúmque cultores excellens amor: cui vicem ii celebranda apud poſteros illius fama retulerunt.

Anton. 3. par. Tit. 22. c. 12.

*b* Pand. l. 6.

*c* Pand. 6. Monſtr. 1. Jov. l. 1. hiſt.

*d* Pius 2. in Eur. c. 65. Pand. 6. Facius.

*Alfonſi in literatos amor.*

In Pannonia & Albania Chriſtianam rem ea tempeſtate ſuſtinuit principum duorum inclinata virtus, Joannis Corvini Huniadæ, & Alexandri Epirotarum regis, qui *Schanderbegus* vulgò dicitur. *e* Prior Vvalacho patre; Græca matre natus, haud obſcuro genere, in vico Corvino, inde cognomen alterum habuit. Huniades verò ab agro ejus nominis appellatus eſt, quem ei Sigiſmundus attribuit.

*Joannes Huniades.*

*e* Bonfin. Dec. 3. l. 3. Chalc. l. 8.

Hujus egregia fortitudo incumbenti in Europæ perniciem Amurathis potentiæ moras objecit: & ad pacem cum Vladiſlao rege Hungariæ æquiſſimis conditionibus ineundam compulit. Sed eam Turcis Aſiatico bello diſtentis, temerè diſturbarunt Hungari, haud levi Chriſtianæ rei damno. *f* Siquidem eorum exercitus ab Turcis ad Vvarnam profligatus eſt. quo in prælio cum Vladiſlaus ipſe rex; tum Julianus Cardinalis repetendi contra fœdus belli auctor oc-

*f* Pius Pont. Eur. c. 5. Bonfin. Dec. 3. l. 6. Naucl.

Digitized by Google

cubuit, anno 1444, Nov. 10. die. *a* Secundùm hanc calamitatem Ladiſlaus poſtumus Alberti Cæſaris filius, ex Elizabetha Sigiſmundi filia, rex ab Hungaris eligitur quinquennis puer, curatore addito regni Joanne Huniade; quod Ladiſlaum Fridericus Imperator; *b* cujus fidei cum regni corona mater illum commiſerat; nollet reddere. *c* Quàm ob cauſſam iratus Huniades, anno 1445 Auſtriam, aliáſque Friderici provincias pervaſtavit. Cum Amurathe quoque perſæpe feliciter pugnavit: &, eo apud Croiam Epiri mortuo, cum ejus filio Machomete. à quo *d* anno Chriſti 1453 capta eſt Conſtantinopolis, Maii 29. *e* Hunc verò triennio poſt Taurinum, quam Albam vocant, obſidentem cum magna Turcarum ſtrage, ignominiáque depulit anno 1456, ipſo die S. Magdalenæ ſacro. Ejus victoriæ cauſſà Transfigurationis Dominicæ ſolemnem agi diem Calliſtus Papa decrevit. Hac in pugna, cæteríſque per id tempus cum Turcis ſecundo Marthe obitis, Joannis Capiſtrani viri ſanctiſſimi ex Minorum ordine ſpectata pietas eſt. Hoc enim agente, crucis inſigne plerique ſumpſerunt; & ad ſacrum bellum nomina ſunt profeſſi.

*f* Eodem anno Joannes Huniades Tranſſilvaniæ princeps, Vaivodam mos eſt dicere, felici exitu diem obiit 4 Id. Spt. nec multo pòſt Capiſtranus ipſe. *g* cujus ſanctimoniam prodigiis illuſtrem reddidit Deus.

Ladiſlao rege defuncto *h* 10 Calend. Dec. anni 1458, Matthias Corvinus Joannis filius rex ab Hungaris eligitur, nulla re patris diſſimilis. à quo Turcæ non ſemel profligati.

*i* Scanderbegus Turcarum manibus elapſus, paterna Epiri ditione recuperata; ingruentes perſæpe cum infinitis millibus Turcarum reges parva manu ſuperavit, ſummóque, quoad vixit, iis terrori fuit. Hunc anno Chriſti 1443, quarto Cal. Dec. regnare cœpiſſe, & 23 regni, 16 Cal. Feb. anni 1466 obiiſſe, tres & ſexaginta natum annos, auctor eſt *k* Marinus Barletus.

Apud Italiam *l* Eugenio Papa mortuo anno

Ad 1438 Chriſti ad 1500.
*a* Æn. Silv. in Europ. Bonfin. &c. *Hungaricę rer.*
*b* Pius 2. in Eur.
*c* Bonfin. Dec. 3. l. 7.
*d* Anton. par. 3. Tit. 22. cap. 13. Bonfin. Dec. 3. l. 8. Naucl. Palm. Chr. Citiz.
*e* Iid. & Æn. Silv. Boëm. Hiſt. c. 65. l. 8.
*f* Bonfin. Anton. &c.
*g* Naucl.
*h* Æn. Silv. c. 70. Boëm. Bonfin. Dec. 3. l. 8.
*i* Barlet. Æn. Silv. in Europ. c. 15. *Scanderbegus.*
*k* Lib. 13. Hiſt. Scand. in fine.
*l* Plat. Anton. Par. 3. Tit 22. c. 12. Chr. Citiz.

A 1438 Chriſti ad 1500.
a Plat. Anton.

1447, Februarii 25, a Nicolaus V. ſubſtituitur, doctorum hominum, ac bonarum artium longè ſtudioſiſſimus. Itaque nemini uni plures ab eruditis inſcripti ſunt libri. Tum Vaticanam bibliothecam, conquiſitis undique, & ex Oriente uſque, voluminibus inſtruxit. b Obiit octavo Pontificatus anno, Chriſti 1455, Martii 25. Quem Calliſtus III excepit: eóque functo Pius II vir doctiſſimus, qui Æneas Silvius antea vocabatur, anno 1458 Pontificatum iniit. cujus ad bellum Turcis inferendum conſilia deinceps omnia ſpectarunt, c Ob id cum Ferdinando Neapolitano rege Alfonſi filio pacem conſtituit, ac d Mantuam frequentes ad concilium adeſſe juſſit, ut de bello gerendo ſtatueretur. Sed ab externis bellis ad domeſtica converſis principum ſtudiis, nihil perfici potuit. Cœtus ille Mantuanus octavo menſe dimiſſus. f Alfonſi cognita morte Joannes Renati Andegavenſis, quem ab illius regni poſſeſſione depulſum in pátriam rediiſſe ſuprà ſignificavi, filius, magno exercitu collecto, in Apuliam profectus eſt: collatíſque ſignis Ferdinandum acie victum, & caſtris exutum egit in fugam. Actúmque de eo foret, ni Scanderbegus, illius, & Pii Pontificis adductus precibus, ex Epiro ſuccurriſſet. Hujus auxilio Ferdinandus pulſis hoſtibus brevi omnia in poteſtatem accepit, Hæc de Italica Scanderbegi expeditione ab incurioſis, vel ingratis omiſſa ſcriptoribus g Maurinus Barletus queritur.

b Plat. Anton. c. 14.
c Pand. l. 6. Naucl. Plat.
d Palm. Plat. Nauc.
e Palmer.
f Naucl. Pand. 6. Barlet. Chalc. 8.
g Lib. 10. de geſt. Scand.

Per idem tempus Genuenſes bello ab Alfonſo rege vexati, Carolo VII Franciæ regi ſe in fidem tradidêre h anno 1458. ad quod miſſus Joannes Renati filius eam urbem præſidio munivit. i Sed poſt annos tres ab Francis defecit, Proſpero Adurno duce. quam Ludovicus XI Franciſco Sfortiæ Mediolanenſium duci conceſſit k anno 1464. l quo anno Pius Pontifex Anconæ mortem obiit, brevi tempore magna collecta gloria. Sex enim duntaxat annis præfuit. Hunc Paulus, qui ſecundus numerabatur, eſt ſecutus.

h Palm. Til. in Chron.
i Palm.
k Palm.
l Id. Palm. Plat. Naucl.

Dum per Europam Chriſtiana res inteſtinis turbatur odiis, in Aſia quoque per eam calami-

tas

-tas afflixit. *a* Cyprum inſulam Richardus Angliæ rex Græcis ademptam Guidoni Luſiniano Gallici generis permiſerat; qui Hieroſolymitani ſibi regni jus aſſumebat.

A 1438 Chriſti ad 1500.
*a* Pius Pont. in Aſia. cap. 97. Naucl. Hiſt. Cypri.
*Cypri regnum ut ad Venetos pervenerit.*

In ea poſteris illius regnantibus, Genuenſes, popularium ſuorum facta illic cæde, validam ad ulciſcendum claſſem Trugoſio imperatore comparant. Brevi tota, cum rege ac regina, inſula in poteſtatem venit. Illis, cùm aliquanto tempore in carcere detenti eſſent, tandem data venia eſt. Sed regno vectigal impoſitum, & Salamis, quæ aſt *Famaguſta*, negotiationibus frequens emporium, victori ceſſit in prædam. Natum in carcere filium rex appellari Janum voluit, quòd *Genuam* vulgò *Ianuam* mos eſt dicere. Hunc Ægypti Sultanus, capta direptáque Cypro, ac multis occiſis mortalibus, ſtipendiarum fecit. Mortuo ſucceſſit Joannes filius, præ luxu ac deliciis, mulieris quàm viri ſimilior. qui Helenam ex Palæologorum ſanguine in conjugium accepit, ex qua Carlottam genuit; ex concubina verò Jacobum. Carlotta Ludovico ducis Allobrogum filio nupſit. Jacobus; quem, ut ab regni ſpe pater excluderet, ſuaſu Helenæ, Nicoſienſem præſulem fecerat, utroque defuncto, Cypri potiundæ cupidior, quàm Chriſtianum decebat, Ægypti Sultanum adiit. cujus in verba nefario dicto ſacramento, ab eodem inducitur in regnum, Ludovico Carlottæ conjuge pulſo, *b* ſub annum 1459. Pòſt Genuenſibus ejectis, ac recepta Salamine, Jacobus Æcaterinam Marci Cornelii filiam è Venetis ſibi conjugem arceſſit. quam Senatus Venetus in filiam adoptavit. *c* Extincto rege, ejúſque poſtumo Jacobo, id regnum in Venetorum poteſtatem hereditario jure pervenit, anno 1476.

*b* Nacl.
*c* Iid. & Pat. Im

Fridericus Imperator finem vivendi fecit *d* anno 1493, Auguſti 19, imperii anno 53. cui Maximilianus ſucceſſit ejus filius, Romanorum rex ante 7 annos creatus.

*d* Cuſpin. Nauc Chr. Spenheim Trith. Suppl. Palm.
*Maximilianus.*

*e* Hic ad annum uſque pervenit Chriſti 1519, imperii 26, ac pridie Id. Jan. ætatis anno 63 deceſſit. Multi hoc imperante, magníque, præ-

*e* Onoſt. Cuſpin.

A 1438 Chriſti ad 1500.

ſertim in Italia, ſub ejus initium motus extitêre: qui in Francicis rebus exponentur.

*Nova regiones patefactæ.*

a Tarafa. Mariana.

b Naucl. Maria.

Ut illa tunc memoratu triſtia: ſic lætati iſta contigere. *a* Ferdinandus Hiſpaniæ rex Granatam, qua in urbe Maurorum reliquiæ conſederant, expugnat anno 1492. quo Saracenorum in Hiſpania dominatus poſt annos, quàm eò venerant, 780 deſiit. *b* Eodémque anno, 171 familiarum millia Judaici generis in exilium abiere, quæ ad 80000 capitum fuiſſe dicuntur.

c Hiſt. Ind. Append. Palm.

d Oſor. l. 1. de geſt. Emm.

Complures in extremis Orientis, Occidentiſque finibus ignotæ regiones adiri cœptæ; patefacto ad eas per Hiſpanas Luſitanáſque claſſes itinere. *c* Chriſtophorus Columbus patria Genuenſis, nauticæ rei ſcientiſſimus, ſub Ferdinandi & Iſabellæ regum auſpiciis anno 1492, ex Hiſpania ſolvens, novas reperit inſulas. cujus exemplum ſecuti reliqui paullatim vaſtam illam aperuere continentem; quæ partem orbis terrarum quartam efficit. *d* Eodem incenſus ſtudio Vaſcus Gama Luſitanus Emmanuelis juſſu Olyſſipone profectus in Orientem anno 1497, ſeptimo Id. Jul. ſequente anno, 13. Cal. Junias, Calecutum appulit: Indicíſque commerciis, ac Luſitanorum ad ea navigationibus iter oſtendit.

*Viri illuſtres.*

e Palm. Paul. Iou.

f Lib. de Menſe c. 16.

g Palm. Trith.

h Palm. Iou.

i Io.

K Iou.

l Iou.

m Trith.

Literæ, Friderico regnante, per Italiam in ſplendore magno fuerunt, Græcorum doctiſſimis, qui capta Græcia ad eam accurrebant, æmulatione ſui Latinorum acuentibus ſtudia. Princeps ut dignitate, ſic eruditione, Græcorum eſt habitus Beſſario Cardinalis. *e* quem anno 1472 legatum vidit Gallia. unde Romam rediens Ravennæ obiit ætatis anno 77. Theodorus item Gaza Theſſalonicenſis, qui *f* anno 1470 librum de Menſibus ſcripſit, *g* obiítque 1478. *h* Georgius Trapezuntius Cretenſis obiit 1485: *i* Argyropylus Byzantinus, & Demetrius Chalcondylas eodem vixere tempore. *K* Inter Latinos eximiè floruit Pius II Pontifex, qui Æneas antè Silvius appellatus eſt. Laurentius item Valla, acri mordacíſque ingenio *l* mortem obiit anno 1457. Franciſcus Philelphus, *m* qui 90 natus annos

Digitized by Google

A 1438 Chriſti ad 1580.

moritur anno 1481. *a* Flavius verò Blondus hiſtoricus anno 1473, ætatis 57. *b* Nicolaus Perotus, Platina; qui Pontificum Romanorum vitas perſcripſit ad Paulum uſque ſecundum. Matthæus Palmerius Florentinus Chronici ſcriptor; *c* qui ob hæreſim de Angelis ſcripto proditam incendio punitur, ut ait Trithemius. alij non ipſum, ſed ejus librum exuſtum aſſerunt. quod & ſimilius vero. Domitius Calderinus, qui *d* anno periit 1477. *e* Rodolfus Agricola. *f* Joannes de Monte regio Mathematicus: is moritur Romæ anno 1476. Secuti ſunt Joannes Picus Mirandulanus; Hermolaus Barbarus; quem ætatis anno 39, Chriſti 1493 extinctum eſſe ſcribit Trithemius. Angelus Politianus *g* obiit 1494, *h* ætatis 40. Marſilius Ficinus, Sabellicus hiſtoricus, S. Antoninus epiſcopus Florentinus. Neque verò commemorare omnes attinet; de quibus Trithemius ætatis ejuſdem ſcriptor, & Paulus Jovius in Elogiis, compluréſque alii ſcripſerunt.

*a* Palm.
*b* Iou. Trith.
*c* Trith.
*d* Idem.
*e* Id.
*f* Palm. Trith.
*g* Trith.
*h* Palm.

*Typographia inventa.*

Commodùm autem accidit, ut cùm, deterſa barbarie, literæ caput efferrent, tot magnorum ingeniorum commendandis æternitati fœtibus ars typographica prodiret *i* anno 1440; repertore Joanne Guttembergio equite Moguntino.

*i* Palm. an 1457.

A 1438 Chriſti ad 1500.

*De rebus Francicis, aliiſque cis Alpes geſtis Carolo VII, Ludovico XI, & Carolo VIII Franciæ regibus. ac de Italicis etiam motibus, qui hoc poſtremo regnante cum Francicis rebus implicati ſunt.*

CAPUT X. *Angelicum bellum.*

REgnum Carolus ſeptimus ingreſſus eſt anno 1422 miſerum & exercitum; pleraque Franciæ Anglis obtinentibus: quibus cum, in ultionem paternæ necis, dux Burgundiæ Philippus vires ſuas conjunxerat. Prima in Gallias Anglorum eruptio *a* anno 1415, Henrico V. rege, contigit. Quo ad Azincurtum, haud procul Caletum oppido, pugna commiſſa eſt: in eáque flos Gallicanæ nobilitatis partim occidit, partim in manus venit hoſtium. Captus eſt Aurelianenſium dux Carolus, qui *b* 25 annis in cuſtodia fuit: aliíque principes. Prona deinceps Anglis omnia Burgundi ſocietas fecit: qui Franciæ regem, neque mentis, neque juris ſui compotem, cum regina, ejúſque filia Catharina, in poteſtatem habebat. Henricus occupata regni arce Lutetia *c* anno 1418, *d* biennio pòſt in Tricaſſibus Catharinam in conjugium accepit, cum dote regni; excluſo Carolo Delphino. Verùm perbrevem fructum tanti ſucceſſus habuit Henricus, extinctus eo ipſo, quo Carolum VI periiſſe docuimus, *e* anno 1422. Auguſti 29. Huic Henricus VI; Carolo poſt menſes duos vita functo Carolus VII ſufficitur. Perpetuus ex eo curſus Anglicanæ victoriæ fuit: deficientibus à Carolo in dies oppidis. Prima dehinc ad Aurelianos nobiliſſimam Celticæ urbem, rerum inclinatio facta eſt. *f* Eam Anglus obſederat anno 1428, quarto Id. Octobr. Sariſberienſi duce, qui in ea obſidione cæſus eſt: propugnante verò Joanne Notho, Ludovici Aurelianenſium ducis, qui à Joanne Burgundo interfectus eſt, naturali filio. Ultima jam metuentibus oppidanis raro ad hanc diem prodigio Deus opem attulit.

*a* Alan. Monſtr. l. 1. c. 13, 9. Nauc. Meyſ. Æm. Gagu.

*b* Monſtr. l. 3. f. 106.

l. 1. c. 143. *c* Id. c. 224. *d* Alan. Monſtr.

*e* c. 285: 1 Olivar. 1. c. 3. &c.

*f* Alan. Monſtr. 2 Meyer. &c. Micquellus.

Digitized by Google

 A 1438 Chriſti ad 1500.

Joanna Durcia virgo erat in agro Tullenſi, patre agricola, ovium cuſtos. Ea divinis inſtincta vocibus ad ſolvendam Aureliæ obſidionem, & Carolum tot anguſtiis explicandum, ultro hunc adiit: ac fide facta, Aureliam cum ſubſidiis miſſa, fractos præliis aliquot Anglos *a* anno 1429, Maij 12, ab urbe repulit. regem Durocottorum Remorum ad ſacra regni rite capienda perduxit. Fuſis ſæpius hoſtibus, tandem ad Compendium capta eſt anno 1433. *b* quam poſt longam de ea quæſtionem habitam, Petrus Cauchonius Bellovacenſis epiſcopus damnavit. Angli vivam exuſſêre anno 1401: quo tempore Baſilææ Synodus eſt haberi cœpta, ait *c* Monſtreletus. De hac virgine, quæ Aurelianenſis puella vulgò dicitur, probroſa quædam falsò ab nonnullis jactata ſunt. Sed innocentem, ac Deo caram fuiſſe, cùm multa perſuadent, *d* quæ plenis voluminibus tradita leguntur: tùm ſecundiſſimus rei ſecutus exitus; qualem nonniſi auctori Deo fas ſit adſcribere. Deinceps enim Anglis in pejus omnia ceſsêre. Carolus reconciliato ſibi Burgundo *e* anno 1435, paullatim ex hoſtium manu regnum recepit. *f* ſic ut anno 1453 cæſo Talbotio egregiæ fortitudinis viro, ereptáque rurſus Aquitania, nihil præter Caletes reliqui Anglis in Gallia fecerit. Ad hunc modum Anglicanus tumultus poſt annos duodequadraginta finem accepit.

*Ioanna Aurelian. puella.*

*a* Alan. &c.

*b* Monſtr. l. 2. f. 59. Æmil. Gag. Mey.

*c* Lib. 2. f. 70.

*d* Vide Hiſtor. Ioan. 4. pleriſque editam. Bellefor. in Chron. in Caro 7. & ad Nicol. Gil.

*e* Alanus. Monſtr. 2. fol. 112. Oliv. 1. c. 3.

*f* Monſtr. l. 3. Polyd. l. 23. Alan.

*Anglicanæ turbæ domeſticæ.*

Pulſos finibus alienis Anglos diſcordia domi civilis excepit. Duæ apud illos erant regiæ familiæ: altera Eboracenſium, Lanclaſtriorum altera. Henricus Lanclaſtrius, Richardo II abdicare coacto, interfectóque, regnum uſurparat *g* anno 1399: ejúſque nominis IV appellatus exceſſit *h* anno 1413. Huic ſucceſſit Henricus V ejus filius qui cum Philippo Burgundo ſocietate facta, Francorum opes labefactavit, & ſuſcepto ex Catharina Caroli VI filia Henricô VI, mortuus eſt anno 1422, ut ſuprà retuli.

*g* Polyd. Virg. fine l. 20.

*h* Id. fine l. 21.

Poſt ejectos Galliâ Anglos, *i* anno 1453, orta domi principum factione; cujus auctor erat Richardus Eboracenſis; rex Henricus collatis ſignis ab illo ſuperatur, anno 1460. ac de conſilii ſen-

*i* Polyb. l. 23.



Digitized by Google

A 1422 Chriſti ad 1500.

tentia Richardo deſtinatur regni ſucceſſio. Interim Margareta Regnati Andegavenſium ducis filia, virili animo prædita mulier, Henrici conjux, haud exigua manu contracta, Richardum acie vincit &, interficit. tum ſubeuntem auxilio Richardum alterum Vvarvici Comitem caſtris exutum in fugam conjicit, ac virum reſtituit in regnum. Pòſt Richardi filius Eduardus Merchiæ Comes, Vvarvicenſis axilio Henricum, & Margaretam pellit ex Anglia, rexque ipſe renunciatur *a* anno 1461, quarto Cal. Jul. Hunc deinde Vvarvicenſis, orta inter ambos ſimultate, Ludovici XI Franciæ regis ope fugavit: & Henricum priſtinam ad dignitatem reduxit anno 1471. Eduardus verò, Carolo Burgundiæ duce opitulante, regnum, quod amiſerat, recepit ſexto pòſt menſe: & Richardo Vvarvicenſi in pugna interfecto, Henrico, nec non Eduardo unico ejus filio, vitam eripit. Hunc Henricum longè ſanctiſſimum fuiſſe; adeo ut vivus, mortuúſque miraculis inclaruerit; *b* teſtis eſt Polydorus. Regis nomen habuit annos 38, menſes 6. Margareta conjuge, filio, & regno ſpoliata, ad patrem revertit in Gallias.

*a* Polyb. l. 24. Vide Comm. in c. 50 & ſeq.

*b* Lib. 24.

Eduardus tribus & viginti regnavit annis extinctúſque eſt anno 1483. cujus frater Richardus Glceſtriæ dux, homo ſceleratus, occiſis ejus filiis, tyrannidem invadit: quam tertio demum anno oppugnantus ab Henrico Richemundenſi, Joannis, qui ſexti Henrici frater erat, filio, cum vita perdidit. enricus porro iſte anno 1486 regnum auſpicatus eſt, ejus nominis ſeptimus, octavi pater ejus, qui ab catholica communione deſcivit. Atque ille filiam Eduardi regis IV ex Eboracenſi familia duxit Elizabetham. *c* Quo facto Lancaſtriorum, & Eboracenſium famoſa illa; & Anglis exitialia odia reſtinxit.

*c* Polyb. l. 26.

In Galliis, Anglorum excuſſo dominatu, reſpirabat Carolus: niſi quòd à bello quiete parta, domeſticas in turbas incidit. *d* Nam Ludovicus ejus filius offenſus patri, ad Philippum Burgundum receptum habuit anno 1456: nec inde in

*d* Monſt. l. 2. f. 68 Oliv. l. 1. c. 36.

Digitized by Google

Franciam rediit ante illius obitum: qui incidit anno 1461, Jul. 22.

*A 1422 Chriſti ad 1500.*

Igitur Ludovicus ejus nominis XI anno eodem in patris locum venit; homo callidus, & aſtutus. Qui ſub exordium regni, conſpirantium inter ſe principum factionibus agitatus, conatus illorum, conſilio ac prudentia diſcuſſit. Nam omnibus quæ peterent prolixè tribuendo, diſtractos à ſe invicem ſingulos deinde eſt agreſſus. *a* Hanc pactionem pugna anteceſſit illa, quæ ad Montemlehericum octavo circiter ab Urbe lapide facta anno 1465. in qua neutri ſatis liquida victoria conſtitit. Princeps erat adverſarum partium Carolus comes Caroleſius, Philippi Burgundiæ ducis filius. Is patris obitu, qui anno 1467, Junii 15, feria 2 contigit, ampliſſimis in opibus ac potentia cùm eſſet; ut erat natura ferox, & novarum cupidus rerum, finitimos laceſſere non deſtitit. *b* præſertim verò Renatum Lotharingiæ ducem, & Helvetios; quibus cum Ludovicus contra communem hoſtem ſocietatem fecerat. Renatum ut facilè vicit Carolus, & principatu propemodum exutum fugere coëgit in Franciam: ſic ab Helvetiis clade bis accepta, cùm Renatus provinciam ſuam recuperaſſet; adversùs illum contendit in Lotharingiam. Ibi dum Nanceium obſidet, ab Renato, Germanicis & Helveticis auxiliis inſtructo victus, in acie cecidit *c* anno 1477, Januarii 5, unica relicta filia Maria, quæ Maximiliano Friderici Imper. filio nupta. Caroli audita morte, Ludovicus extemplo Burgundiam, veterémque in Belgica ditionem poteſtati ſuæ ſujecit.

*Ludovicus XI.*

*a* Monſtr. l. 3. Chr. Lud. X. Commin. c. 8. Monſtr. l. 3. p. 37.

*b* Comm. Til. Aemil. Gaguin.

*c* Comm. c. 91. Aemil Gag. Til. Append. Monſt. f. 190.

*d* Obiit in Turonibus, Chriſti anno 1483, tertio Cal. Sept. feria 7: *e* cùm priùs ad Franciſcum Paulanum acciviſſet ex Italia virum ſanctiſſimum, ac miraculis inclitum: à quo Minimorum inſtitutus eſt ordo.

*d* Comm. 1. 136.

*e* Commin. c. 130.

*Minimorum Ordo.*

Tertium decimum agens annum Carolus VIII, Ludovici F. *f* quippe natus anno 1470 prid. Id. Jul. regnum ſuſcepit ſub Annæ ſororis tutela, quam Petrus Borbonius Bellojocenſis duxerat. *g* Eam ſibi prælatam ægrè tulit Aure-

*f* Chr. Lud. XI Til.

*g* Guagin. Aem.



Digitized by Google

A 1438 Chriſti ad 1500.

lianenſium dux Ludovicus Caroli F. Ludovici nepos illius, quem Joannis Burgundi juſſu Lutetiæ confoſſum eſſe demonſtravimus. Igitur ad Franciſcum Britanniæ ducem fugiens, cùm in ſocietatem plerique veniſſent procerum; commiſſo cum regiis ducibus prælio, ad Fanum Albini in Aremoricis, victoria pariter ac libertate cecidit *a* anno 1488. *b* & triennali cuſtodia detentus eſt. Supplici duci pax ea lege conceſſa, ut quod regis armis quæſitum erat, id in illius poteſtate maneret. *c* Inter hæc duce mortuo, Annam ejus filiam Maximiliano Romanorum regi pactam, uxorem Carolus accepit, repudiata Margareta Maximiliani filia, quam ſibi Ludovico patre auctore deſponderat. *d* Bellum ob id inferente Maximiliano, pax denique ſecuta eſt: cùm ei Comitatus Atrebatenſium de regis voluntate ceſſiſſet.

*a* Chron Caro. 8. ex Jalignio &c. excerp. à Godef. *b* Idip. 166. *c* Gag. Excerp. Jalig. &c. Til. *d* Iid.

*e* Pace in regno compoſita, longinqua bella Carolus expetiit, ſuſcepta in Italiam expeditione, ad Neapolitanum recuperandum regnum; quod ab Renato Andegavenſium duce in Ludovicum undecimum tranſlatum, Ferdinandus habebat Alphonſi M. filius, Alphonſi pater alterius; cujus gener erat Joannes Galeacius, nihil ex Mediolanenſi principatu præter nomen obtinens, cùm penes Ludovicum Sfortiam ejus patruum poteſtas omnis eſſet, quam tutelæ ſpecie ad ſe traxerat. Ægrè id ſcilicet Alphonſus ferebat, ac pro genero parabat bellum. Hoc ut Ludovicus averteret, Carolum ſpe Apuliæ potiundæ in Italiam excivit. Ergo ut hoſtile nihil à tergo relinqueret, *f* Ferdinando Hiſpaniæ rege Ruſcionem, ac Perpinianum, de quo inter ipſos certamen erat, permiſit ultrò, tum *g* anno Chriſti 1494, ſuperatis Alpibus, in Italiam deſcendit. Quam cum repentino terrore compleſſet, expeditum per Tuſciam Romam uſque, & Neapolim deinceps iter habuit. *h* Romæ ab Alexandro VI Conſtantinopolitani imperii titulum accepit anno 1495, cùm *i* ſuperiore Ferdinandus exceſſiſſet Jan. 25. *k* Cujus filius Alphonſus Caroli adventu perterrefactus in Siciliam trajecit, ac regno ſe abdicans, id Ferdinando filio reliquit.

*e* Commin. in Car. 8. Guicc. Append. Monſtr. Gag. Jalig. Excer. &c. Ferron.
*f* Gag. Gillius. Ferro.
*g* Comm. Guic. &c.
*h* Til.
*i* Guicc.
*k* Com. Guic.

Digitized by Google

a Ferdinandus metu Francorum in Iſchiam inſulam ſeſe recepit. Carolus Neapolim ingreſſus b Februarii die 22 brevi toto regno potius. | A 1412 Chriſt ad 1500. a Guic. b App: Monſtr: Gill. c. Guc. 2. Comm.

Tam repentini Francorum ſucceſſus invidiam apud Italiæ principes, ac civitates hâbuere. c Ergo adjuncto ſibi Maximiliano Imperatore, & Ferdinando Hiſpaniæ rege; clam etiam Alexandro Pontifice favente; Veneti, ac Ludovicus Sfortia, cui d mortuo Galeatio Mediolanenſium ducis jus, ac titulum Maximilianus Imperator conceſſerat, conjurationem faciunt, regémque Franciæ ordinatis in Apulia rebus in Galliam redeuntem intercludere conantur. e Pugnatum eſt Prid. Non. Jul ad Forum Fovanorum, haud procul Parma, & ab exigua Francorum manu f (ſeptem haud amplius millia fuiſſe produntur) perrupta ſunt hoſtium, maximè Venetorum, millia quadraginta. Carolus g recepto Ludovico Aurelianenſium duce, qui ab Ludovico Sfortia Novariæ circunſeſſus in ſummas anguſtias venerat, decoris & gloriæ plenus rediit in Franciam anno eodem, quo Romam ac Neapolim adierat. h Vix eo digreſſo, Neapolitani, ac reliqui omnes ad Ferdinandum defecêre. Franci, Gilberto Monpenſerio præfecto mortuo, paullo pôſt omnes exceſſêre. i Hanc Italiæ cladem, adventúmque Caroli non ſemel prædixiſſe dicitur Hieronymus Savanorola Dominicanus, celebris, ac Florentinis mirificè gratus orator, k qui ob contumaciam, ſeditioſáſque conciones, extremum ſupplicium luit poſtridie ejus diei, quo Carolus è vita diſceſſit. Qui apud Ambaſiam in Turonibus repente apoplexia periit, 7 Id. Apr. anno 1498, regni decimoquinto.

d Guic. 1.

e Guic. 2. Com: c. 31. & ſeq. Gag. Append. Monſtr. Excer. Ialig. &c:

f Gaguin.

g Excer. Ialig. &c. Comm. c. 58. Guic. 2.

h Comm. 38. Guic. &c.

i Comm. in Caro. c. 25. App. Palm. Nau.

k Guic. fine l. 3. Nauc.

l Comm. c. 53. Guic. l. 3. Til. Gag. &c.

*Ludovicus XII.*

m Ludovicus ejus nominis XII, mortuo ſine herede Caroſo, ex lege ſucceſſit, Caroli filius, Aurelianenſium dux: n qui ſe extemplo utriuſque Siciliæ, & Hieroſolymæ regem, ac Mediolanenſium ducem appellari voluit. ac ſubinde totus in Italicam expeditionem incubuit: ducta prius Anna vidua, Aremoricorum principe, Caroli quondam octavi conjuge; ac divortio cum Joanna facto, Ludovici XI filia, quam invito illi pater induxerat. quæ quidem Bituriga s conce-

m Guic. 4. Comm. Til. Ferron. &c.

n Guicc.

A 1500 Chriſt ad 1547.

dens magna in ſanctitatis fama poſtmodum fuit.

a Guic. 4. Til. Perron Naucl.

*a* Mediolanum Ludovici Sforziæ fuga in Francorum poteſtatem pervenit cum Iuſubribus reliquis anno 1499.

## *Quæ anno Chriſti 1500 ad 1547, toto orbe geſta ſunt, Imperatoribus Maximiliano, & Carolo V, ac regibus Galliæ Ludovico XII, & Franciſco.*

CAPUT XI
Guic. 4. & ſeq. Til. Addit. ad Monſt. Ferron. Velleii Append. ad Gaguin. Hiſt. Bayar.
b Guic. 4.
*Ludovici XII geſta.*

MAximiliano Imperatore, ac Ludovico XII rege Franciæ, atrox in Italiam inſtauratum eſt bellum.

Trivulcium, qui Inſubres Ludovici XII nomine regebat, *b* quòd Guelficæ factionis eſſet, Mediolanenſes oderant. Nam hæc civitas Gibellinorum parti ex antiquo favebat. Itaque Ludovicum Sfortiam apud Maximilianum degentem clam revocant, ſéque illi tradunt anno 1500. Verùm paullo pòſt captus à Francis Ludovicus cum Aſcanio Cardinali fratre, ad arcem Lochienſem (id oppidum in Turonibus ſitum eſt) in cuſtodiam mittitur; *c* in qua decem annos vixit.

c Guic.

d Id. l. 5. Ferron.

*d* Secundùm hæc fœdere cum Ferdinando Hiſpaniæ rege facto, Ludovicus Neapolitanum occupat regnum: quod tum Federicus legatum ſibi ab Ferdinando Alphonſi fratris filio tenebat. Atque hic ex pacto ſe abdicans, in Andegavos, attributam ſibi ab rege cum ſtipendiis annuis provinciam, conceſſit anno 1501. Diviſo Francos inter & Hiſpanos Neapolitano regno, haud diuturna pax eſſe potuit.

e Guic. 6.

Conſalvus Ferdinandi dux intra biennium Francos inde penitus expulit: ob ídque *magni ducis* nomen eſt adeptus. *e* Deceſſêre oppidis omnibus Franci anno 1504.

f Guic. 8. & ſeq. Ferron. Til. Chron. Hiſtor. Bayar. &c.

*f* Contra Venetos deinde præpotentem in Italia civitatem viciniſque formidabilem, Ludovicus cum Maximiliano, & Julio II Romano Pontifice conſpirat, anno 1508. Sequente porro, Veneti acie ab Ludovico ſuperati, quidquid in continente habebant, propemodum amit-

Digitized by Google

tunt. Sed Julius, reconciliatis ſibi Venetis, in Ludovicum arma convertit. Præerat Francicis rebus in Italia Vaſto Fluſtas dux Nemorenſis, qui latè pervaſtatis omnibus, cùm Venetorum, Hiſpanorum, ac Julii copiis ad Ravennam congreſſus eſt: partáque memorabili victoria, temerè in hoſtes invectus occubuit. Ravenna ab victoribus direpta. Huic prælio, quod *a* anno 1512 contigit, ipſo die Paſcatis, Bayardus eques Allobrox longè per id tempus fortiſſimus & clariſſimus, interfuit. Intento in res Italicas rege Ludovico finitimi principes Franciæ bellum intulere. Ferdinandus Hiſpanus Vaſconum regno, quod *Navarram* vocant, Joannem Albretum exuit. Henricus VIII Angliæ rex, qui patri cognomini ſucceſſit anno 1509, Picardiam aggreſſus, Morinos, ac Nervios occupat. Ita Franci tot circunſeſſi hoſtibus Italiam omittunt anno 1513. quo Julius Papa moritur, *b* Ludovicus verò Franciæ rex, compoſitis cum Anglo rebus, & Henrici ſorore Maria in matrimonium accepta; quippe Anna jam obierat; Claudia, & Renata ſuperſtitibus liberis; dum novum in Inſubres bellum apparat, vita functus eſt Calendis *c* ipſis Januar. ineuntis anni 1515.

A 1500 Chriſti ad 1547

*Pugna ad Ravennam.*

*a* Guic. 10. Hiſt. Bayar. c. 54.

*b* Bella 1. Com.

*c* Bellaius Til. Parad. 1. &c.

Julio Papæ Leo X ex Mediceorum ſtirpe ſubrogatur; Ludovico regi Franciſcus Dux Valeſiorum, & Ingoliſmenſium Comes, illius gener. Claudiam enim ipſius & Annæ filiam, poſt matris obitum, duxerat. Pater huic erat Carolus, Joannis Ingoliſmenſis filius, viri ſanctitate, ac miraculis poſt obitum illuſtris; cujus pater Ludovicus Aurelianenſium dux fuit, à ſicario apud Lutetiam interfectus.

*Franciſcus. I.*

Franciſcus, ut primùm rex eſt factus, ad Mediolanenſem expeditionem converſis viribus, Helvetios, qui ſe illi oppoſuerant, bidui pugna concidit ad Marinianum *d* anno 1515, Septemb. 13, & 14. Qua ex victoria Mediolanenſis principatus deditio ſecuta eſt. Leo tum Papa, Romanæ Eccleſiæ præerat, qui Julio II ex anno 1513 ſucceſſerat. Cum hoc, Bononiæ colloquio habito Franciſcus de abroganda pragmatica ſanctione, & Concordato recipiendo ſtipulatus

*d* Til. Bellaius. Guic. l. 12. Parad. 1.



Digitized by Google

*Concordatum.*
*a Ibid.*

eſt, *a* anno 1516. Lateranenſi deinde concilio, quod ex anno 1512 celebrari cœptum fuerat, finis adhibitus eſt anno 1517, decretáque in Turcas expeditio.

*b* Cochl. Til. Guic. &c.
*Lutherus.*

Idem annus Germaniæ, totíque Eccleſiæ funeſtus accidit peſtilentis hæreſis exortu. cujus conditor Lutherus, *b* apud Iſlebium en Saxonia natus anno 1483, Nov. 10. anno iſto 1517 contra Indulgentias declamare cœpit. Quo ex igniculo paullatim incendium exarſit; quo Europa tota conflagravit.

*Carolus V. Imper.*
*c* Guic. 13. Til. Bella. Parad. 1.
*d* Ibid.

Interim Maximiliani Imp. obitu, Carolus ejus nepos, Philippi Auſtriaci, & Joannæ Ferdinando & Iſabella natæ, filius, *c* anno Chriſti 1519 imperium accepit ætatis anno 20. ſiquidem anno 1500 Febr. 24, editus eſt in lucem. Cum hoc perpetuum ferè bellum Franciſcus habuit. quod *d* anno 1521 denuntiatum eſt. Itaque eodem tempore potentiſſimis duobus regibus, Carolo, & Henrico Anglo, Franciſcum oppugnantibus, tribus in locis bella ſuſtinuit. In Vaſconibus res initiò proſperè ceſſit, capta regni arce Pompeiopoli. qua in obſidione Ignatius Loiola Cantaber contra Francos oppidum propugnans, ictu lapidis crure fracto, in extremum vitæ periculum venit. quod vulnus Ignatio ſalutem animi, & Eccleſiæ novum Societatis Jeſu ordinem peperit. Hiſpani paullo pòſt, ejectis Francis, amiſſa omnia recuperarunt. Par in Italia Franciſci regis infelicitas extitit. Nam adversùs Odetum Fluſiatem Lautrecium rebellantes Inſubres, Gallos inde pepulerunt, anno ipſo 1521. Quo Emmanuel Luſitaniæ rex princeps maximus obiit Decembris 13, eíque Joannes filius ſucceſſit, ejus nominis tertius.

*Franciſci & Caroli Imper. bella.*
*S. Ignatius.*

At verò Leone decimo Calend. Dec. anni ejuſdem repentina morte functo, Hadriano VI, qui tum Hiſpaniam adminiſtrabat, ejus locum ſuſcepit, Jan. 9, ſequentis anni. Quem annum Chriſtianis luctuoſum clades Rhodia fecit. *e* Hanc enim inſulam Solimannus Turca, poſt ſex menſium obſidionem urbe capta, in ſervitutem redegit anno 1522, Decemb. 22, proditione Andræe Meralij Luſitani equitis. *f* Septimo pòſt anno in

*Rhodus capta.*
*e* Parad. 1. c. 7. Guic. l. 15.
*f* Annal. Turc. Parad. l. 3.

Digitized by Google

Melitam inſulam tranſportati equites, hactenus ibi contra barbaros Chriſtianæ rei præſidio eſſe pergunt. A 1500 Chriſti ad 1547.

In Galliis Carolus Borbonius Magiſter utriuſque militiæ: quem *Comitem ſtabuli* vocant, offenſus regi ad Hiſpanum defecit anno 1523. *a* Dehinc ineunte 1525, Franciſcus, Mediolano, aliſque Inſubrum oppidis receptis, in Ticini obſidione captus Febr. 24, in Hiſpaniam mittitur ad Carolum; à quo parum honeſtis conditionibus *b* ſequenti anno dimittitur, regiis liberis obſidibus datis. Qui *c* anno 1529, æquioribus legibus ſancita pace, vicies centenis aureorum millibus redempti ſunt.

*a* Til. Bellaius l. 2. Parad. l. 1. c. 6. Guic. l. 15. *Franciſcus capitur.*

*b* Guic. l. 16. Bella. Til. Parad.

*c* Iid.

At Carolus Borbonius contra Clementem VII alienatum à Carolo V bellum movens, admotis ad Urbem copiis *c* dum inter primos murum conſcendit, glande ferrea trajectus cecidit *d* anno 1527. cujus milites captam cum Pontifice Romam fœdè diripuerunt. Franciſcus ad liberandum Pontificem, Lautrecium cum armata manu miſit in Italiam. Is Neapolim obſidens, vulgata per exercitum lue, *e* anno 1528 periit.

*Roma capta.*

*d* Til. Bellaius, Guic. l. 18. Parad.

*e* Til. 1 l. l. 2. c. 7.

Inter hos armorum tumultus Solimannus Pannoniam ingreſſus, Budam expugnavit, ac Ludovicum regem devicit. Is deinde per paludes admiſſo equo fugiens, in cœnoſam voraginem implicatus interiit Aug. 29, anno 1526. Hujus in locum Ferdinandus Imperatoris frater eligitur.

In Germania, ſerpente Lutherana peſte, ſciſſa eſt in varias hæreſes Chriſtiana profeſſio: dum, ut quiſque lingua, & audacia promptus eſt, ſuæ auctor eſſe ſectæ, quàm alienæ mavult inſiſtere. Cujus contagio veneni in Britanniam denique pervaſit inſulam. *f* Henricus VIII, qui edito contra Luterum luculento nuper opere, *Defenſoris fidei* titulum meruerat anno 1521, Annæ pellicis captus illecebris, cum Catharina conjuge Caroli Auguſti matertera divortium facit anno 1532. Ob id Romani Pontificis ſententia notatus, ſe cum omni regno ſuo ab ejus communione divulſit; principatúmque ſibi il-

*f* Hiſt. Schiſm. Anglic. Guic. 28. Til.

Digitized by Google

A 1500 Christi ad 1547. *Anglicanum ſchiſma.*

liu Eccleſiæ ſumpſit. Tum ab nefariis iſtis conſiliis abhorentes ſummos etiam, illuſtréſque viros affecit ſupplicio. In his Thomam Morum regni Cancellarium, probum & eruditum hominem; ac Joannem Fiſcherum Roffenſem epiſcopum purpura ornatum à Pontifice, anno 1535 gladio ſubjecit. *a* dum Carolus Imperator in Africam claſſe trajecta, pulſo Barbaroſſa inſigni prædone, qui Algerum nuper occuparat; & Goleto arce validiſſima, haud procul eo loco, ubi Carthago ſita fuit, ſubacta, Muleaſſum in regnum reſtituit.

*a* Parad. 5. c. 8. Til.

*b* Idem rebellantes in Germania principes, quos Lutheranum virus afflaverat; & iteratis colloquiis fruſtrà ſæpe ad concordiam invitatos, magno victos certamine ad officium coëgit anno 1546. *c* cùm biennio antè pacem cum Franciſco rege feciſſet, inductus eo, quòd noviſſimam in Gallias expeditionem haud quaquam pari, ac ſperabat, exitu ſuſceperat. Quippe dum in expugnandis modicis aliquot oppidis moras agit, exercitum ſuum imminuit, ac majorum rerum occaſinem amiſit. Præcipua ad Sandeſiderianum illius offenſio fuit: quod in Campaniæ Gallicanæ aditu perexiguum, ac malè munitum totis adortus viribus, ſeſquimenſis obſidione expugnare non potuit, nec niſi æquiſſimis datis conditionibus in ditionem redegit anno 1544. Interim Angliæ rex altera ex parte Francos aggreſſus, bellum in Morinis impigrè gerebat. qui eodem tempore Bononiam, quod Geſſoriacum veteres dixêre, deditione cepit. At anno ſequente, qui fuit Chriſti 1545, pacem itidem cum Franciſco compoſuit. Anno porrò 1547 ambo illi reges, Henricus Angliæ, & Franciſcus Galliæ, diſſimilem vitæ ſortiti ſunt exitum: ille obfirmatus in ſchiſmate; hic ſacramentis ritè omnibus acceptis, in Catholicæ fidei confeſſione diem obiit ſupremum prid. Cal. Apr. regni ann. 33, cùm antecedente Januario Henricus obiiſſet.

*b* Parad. l. 4. c. 8. Til.

*c* Bella. Com. 10. Til.

*Sandeſideriana urbis obſidio.*

*Viri literati, & pii.*

Multùm huic principi debent Gallicanæ literæ. Nam illius liberalitate accitis undique viris omni genere artium excultis e publicæ Scho-

læ honeſtis ſtipendiis Lutetiæ conſtitutæ ſunt *a* anno 1530. Quam in rem hortatoribus eſt uſus Joanne Bellaio, qui deinde Cardinalis fuit; & Guillelmo Budæo viro undecunque doctiſſimo: cùm eodem floreret tempore Deſiderius Eraſmus Batavus: qui anno 1536 ſeptuagenarius obiiſſe fertur. Budæus anno 1540. Celebre apud poſteros nomen reliquerunt, & alii complures: velut in Germania Joannes Eckius, & Joannes Cochlæus, Albertus Pighius: qui contra Lutherum pro Catholicis partibus acerrimè ſteterunt: in Italia Thomas de Vio Cardinalis Caietanus; Ambroſius Catharinus è S. Dominici familia Theologi. Politiore verò doctrina præſtantes ſunt habiti, Paulus Jovius Comenſis Epiſcopus: Jacobus Sadoletus Carpentoractenſis Epiſcopus: Petrus Bembus: Andreas Alciatus, qui anno 1548 moritur: cùm anno antè Franciſcus Vatablus Hebraïcæ linguæ profeſſor *b* eodem, quo Jacobus Tuſanus, die Martii 13 deceſſiſſet: Paulus Æmilius, Guicciardinus hiſtorici. Sanctitate ornarunt hanc ætatem *c* B. Ignatius Societatis Jeſu conditor; quam anno 1540 Paulus III Pontifex, die 27 Sept. ratam eſſe juſſit: & B. *d* Franciſcus Xaverius Cantaber; qui anno 1541 primus ex Ignatii diſcipulis ultimum in Orientem profectus, magnis ibi geſtis rebus, ac miraculis, Indorum dici Apoſtolus meruit.

A 1500 Chriſti ad 1547. *a* Til.

*Viri docti.*

*b* Til.

*c* Hiſt. Soc. Jeſu. Ribad.

*d* Iidem & Turſelli.

## *De iis, quæ per orbem memoratu digna contigerunt ab anno 1547 ad 1587. ſub Carolo V, Ferdinando, Maximiliano, Rodulpho Imperatoribus: & Henrico II, Franciſco II, Carolo IX, Henrico Valeſiis, regibus Franciæ.*

CAPUT XII.

FRanciſco Valeſio Galliæ regi ſuperſtes fuit Carolus V Imperator annos ferè 12: quibus Henricus Franciſci Filius regnabat in Galliis. In Germania, Luthero turbarum omnium auctore ſublato; qui *e* anno 1546, Feb. 18, ſubitam

*e* Cochl.

Digitized by Google

A 1547 Chriſti ad 1589.

a Guicc. Comm. l. 2.

mortem obierat, non tamen civiles motus acquievêre. *a* Nam qui per occaſionem Germanicæ aſſerendæ libertatis, ac novi propugnandi dogmatis, Carolo bellum intulerant, ad Albim flumen ab eo funduntur anno 1547. Horum princeps erat Fridericus Saxoniæ dux, qui in victoris poteſtatem venit: ab eóque damnatus capitis, ſubinde rogatu procerum mitiorem pertulit pœnam. cum eóque captus & Lantgravius Philippus. Horum pœna Germanici tumultus paululum compreſſit.

b Ann. Franc. Bellef. Marth. Fleix.

*Franciſcus I I. Henricii I I. regnum.*

*b* Henricus interim Franciæ rex, ut rempublicam conſtitueret, ab religione orſus, Lutheranos occultè graſſantes ſeveriſſimis edictis compeſcuit. nec paucos ex illa ſecta comprehenſos incendio puniit. Lutheranos tum cujuſcunque hæreſis homines appellare mos erat. Ac tum Calvini per Gallias novus increbreſcebat error; &, qui illum ſpargebant, fictæ integritatis fuco ac ſpecie haud paucos illexerant. Contra hos

*Tridentina Synodus.*

omnes Tridenti per id tempus Synodus habebatur ex anno cœpta 1545, Paulo III Romano Pontifice. Sed ob civilia Chriſtianorum diſſidia, in longum extracta, ſub Pio denique IV anno 1563 finem accepit.

Inter hæc bellum Henricus cum Imperatore Carolo reſumpſit anno 1551. & utrinque captis oppidis, Franci Mediomatricos, aliáque circumjecta ſuæ poteſtatis fecêre anno 1552: Carolus centum armatorum millibus Diviodurum Mediomatricorum, quos Metenſes vocant, caput obſedit. Sed Franciſco Guiſio propugnante, potiundi deſperatione inde diſceſſit.

c Guicc. Comm. l. 2.

Tum rerum humanarum tædio, & amore receſſus, *c* anno 1555, apud Bruxellas regno ſe imperióque abdicans, illud in Philippum filium, hujus adminiſtrationem in Ferdinandum fratrem, tranſtulit. Hoc velut onere levatus in Hiſpaniam navigavit, ibíque ſe S. Juſti monaſterio ſepſit: ubi *d* anno 1558, Ferdinando per Septemviros renuntiato Imperatore, vivere deſiit.

d Guicc. l. 2.

e Hiſt. Schiſm.

*e* In Anglia paululum reſpiravit Catholica fides anno 1553, cùm poſt Eduardi mortem,

Digitized by Google

Maria Henrici VIII, & Catharinæ filia regnare cœpit. Ea verò Philippo Hiſpaniarum principi nupta anno 1554, accito Reginaldo Polo Cardinali propinquo ſuo, totam inſulam Romanæ fidei, communioníque reſtituit. Verùm ſexto pòſt anno, qui fuit Chriſti 1558, Mariâ mortuâ, Eliſabetha Henrici, & Annæ Bolenæ filia priſtinam revocavit perfidiam.

A 1547 Chriſti ad 1589.

*In Anglia fides reſtituta.*

*a* Interim Franci bellum, quod cum Carolo geſſerant, cum Philippo ejus filio haud ſegniter urgebant. Franciſcus Guiſius in Campaniam, Neapolitanúmque regnum duxit exercitum anno 1557. Quo quidem ad S. Quintini oppidum in Veromanduis à Philippo cæſi ſunt Franci, Auguſti 10 die, cùm ad obſidionem ſolvendam accurriſſent. Eo prælio plerique nobiles capti. Oppidani deditionem fecêre. Sed Hiſpani victoria uti neſcierunt. Pax denique ab ambobus regibus pari utriuſque voto recepta, nuptialique adſtricta fœdere, data Philippo in conjugium Elizabetha Henrici filia *b* anno 1559, Junij 29.

*a* Ann. Franc. *Guiſij in Italiam expeditio.*

*b* Bellef. &c.

Verùm, ut humanæ res ſunt, tanta hilaritas brevi ingenti mœrore compenſatur Henrici regis obitu: qui per ludicrum certamen equitum, lethale in capite vulnus accepit: obiítque Julij 10, ætatis 41, regni 13.

*Mors Henrici II.*

*c* Franciſco II Henrici filio, qui ætatis 17 anno patri ſubrogatus eſt, ſeſquianni ferè principatus fuit. Idque ſpatium Calvinianorum, quos *Hugenottos* vocant, ſeditionibus inquietum fuit: quanquam de iis ſevere quæſtio eſt habita: & ex Senatorum ordine Annas Burgius, qui Henrici juſſu in vincula conjectus erat, publicè in patibulum actus eſt, ejúſque cadaver exuſtum. *d* Decemb. 23, anni 1559. His ſuppliciis irritati Hugonotti contra regem conſpirant: & Ambaſia, ubi tunc erat, clam eum conantur abducere. Re verò per certos indices cognita, Ludovicus Borbonius princeps Condæus in ſuſpicionem adductus cuſtodiæ traditur. ac dum in eum capitis inquiritur, apud Aureliam, quo regni totius ordinum delecti convenerant, Franciſcus rex morbo interiit anno 1560, Decemb. 5.

*c* Ann. Franc. *Franciſcus.*

*d* Bellef.

Digitized by Google

*A 1547. Christi ad 1589.*
*Carolus IX.*
*Colloquium Piſſiacenſe.*

Carolus eum frater natu proximus ſecutus eſt. Sub quo Hugonottorum furor, majore ſumpta fiducia, in apertam rebellionem erupit. Ad hos, ſi qua ratione fieri poſſet, in concordiam adducendos Paſſiaci conventus habetur anno 1561: in quo de fidei controverſiis coram principibus hæretici cum Catholicis Theologis in certamen venerunt. Cùm nihil profectum eſſet, res ad arma deducitur. Multis prœliis victi potiùs, quam domiti ſunt rebelles quorum tria fuêre præcipua: Primum ad oppidum Drocas: in quo princeps Condæus ab Franciſco Guiſio Catholicarum partium duce captus eſt, anno 1561. Secundum ad Jarnacum in Santonibus: quo, ducente Catholicos Henrico Caroli fratre, idem Condæus occubit, anno 1569, Tertia in Pictonibus ad Moncontorium pugna eodem & anno & imperatore facta. Cæſi magno numero perduelles:

*Pagus Drocenſis.*
*Iarnacenſis.*
*Moncontorienſis.*
*Cædes Hæreticorum.*

Majore poſt biennium Lutetiæ trucidati ſunt, cùm ad celebrandas Henrici Borbonij Navarræ regis, qui tum illarum partium erat, cum Margareta ſorore Caroli nuptias, eò frequentes advenirent. Pari in pleriſque Galliæ urbibus cæde mactati ſunt hæretici. Ea 9 Calend. Septembr. anni 1572 inchoata Lutetiæ eſt, die S. Bartholomæo ſacro; à quo deinceps nomen invenit.

*Maximilianus Imp.*

Ante hæc, Ferdinandi Cæſaris morte Maximilianus II ejus filius Romani imperii titulum recepit anno 1564, qui annus ad rationem computandorum temporum inſigne illud attulit, quòd Caroli edicto cautum eſt in Galliis,. ut in publicis privatiſque tabulis ab Calendis Januariis annorum repeteretur exordium; quod hactenus à Paſchate, vel Incarnatione capi conſueverat, Sed & anno eodem Joannes Calvinus hæreſiarcha tot motuum, malorúmque auctor extinguitur Maii 27.

*Anni initium in Galliis à Paſchate ſumi deſitum.*

*Belgici motus.*

In Belgio, quod Margareta Philippi fratris nomine gubernabat, ſimiliter ut in Gallia reliqua, infeſta hæreticorum armis erant omnia. Miſſus ad hanc pacandam provinciam Ferdinandus Albanus dux anno 1567, aſperitate animadverſionis, ac præſertim duorum primariæ

Digitized by Google

nobilitatis Comitum, Egmondani, & Hornani ſupplicio Flandros irritavit anno 1568 Quo Carolus Philippi regis Hiſpani filius ex Maria Luſitana, à patre in cuſtodiam datus, ejus mandato neci traditur. Batavi, quos *Hollandos* vocant, & Mattiacarum inſularum incalæ; *Zelandicas* vulgò nominant; primi anno 1572 ſignum libertatis ſuſtulere, excuſſo Hiſpanorum imperio, quod immodicis exactionibus inviſum reddiderat Albanus. Ad illorum fœdus acceſſere ſubinde civitates cæteræ; & in eam coaluêre rempublicam, quæ *Fœderatorum Ordinum* hodiéque dicitur.

A 1547 Chriſti ad 1589.

*Batavorum ab Hiſpano defectio.*

Scotia vicinæ Angliæ contagione peſtilentem hauſit hæreſim. In quam Maria Stuartia regina, cùm ſe poſt Franciſci II conjugis ſui Francorum regis recepiſſet obitum; & Henricum Stuartium ducem Lenoxium ſibi virum optaſſet anno 1564, eo ab hæreticis interfecto, ipſa è cuſtodia, quæ illam Jacobus nothus ſepſerat, ad Elizabetham Angliæ reginam dilapſa, ejus iniquiſſima ſententia, poſt 20 annorum carcerem, capite multatur anno 1587,

a Per hos Chriſtianorum in Europa tumultus, Turcica res magnis auctibus excrevit. Pialis Baſſa ab obſidione Melitæ, quæ anno 1565 accidit, re infecta rediens, Chion inſulam ſequente anno Genuenſibus eripuit. Venetis exinde Muſtapha Cyprum ademit anno 1571, cùm Salaminam undecim menſium obſidione cinxiſſet. Qua urbe potitus, contra pactam fidem Chriſtianos jugulavit omnes: præfectum verò Bragadinum, naſo & auribus truncatum, vivum cute nudavit. Ea indignitate permotus Pius V Pontifex ſanctiſſimus: (hic cognomini quarto anno 1565 vita functo, ſequente ſuffectus erat) ſacrum in illos inſtruit bellum. Igitur contractis in unam claſſem Pontificiis, Hiſpanis, Venetiſque navibus, pugna fit ad Naupactum in ſinu Corinthiaco. qua victi barbari, ducentæ triremes partim captæ, partim depreſſæ: Turcarum cæſa, vel captiva fuere ad 25 millia: viginti Chriſtianorum libertati reddita.

a Biſarrus in Hiſt. Cypr.

*Pugna ad Naupactum.*

Fœderata claſſis, orta inter principes altercatione, ſine ullo operæ pretio, quod eſſe ma-

Digitized by Google

A 1547 Chriſti ad 1589.

ximum poterat, eſt dilapſa. Dies victoriæ fuit Octobris 7 anni 1571. Nec diu poſt hanc, cæteráſque bene geſtas in Pontificatu res, Pius Papa ſuperfuit. Eo quippe, qui ſecutus eſt, 1572, Calend. Maii in cœlum abiit: ſeptimo menſe antequàm nova in cœlo ſtella conſpiceretur: quæ quidem Novembri menſe in Caſſiopea videri cœpta, & ſenſim attenuata, Chriſti ineunte 1574 apparere deſiit. Eo, qui interjectus eſt, anno 1573, Rupellam in Santonibus prævalidam arcem ab Hugonottis occupatam Henricus obſedit Caroli frater. Sed cùm ſub idem tempus Polonorum principum ſuffragiis ad illius gentis regnum expetitus eſſet, ab ea urbe diſceſſit: hujus expugnatæ decus Ludovicus XIII reſervans, à quo anno pòſt ſexto & quinquageſimo capta, rebellium hæreticorum perfugium eſſe deſiit.

Henricus in Poloniam pervenit Januario ſequentis anni 1574. Indéque rurſus, ſexto pòſt menſe, properavit in Gallias, ad regnum capiendum; quod rectore vacuum Caroli mors fecerat Maii 30, regni 14.

*Henricus III.*
*a* Annal. Franc.

*a* Henricus Valeſius nominis ejus tertius anno ſæculi hujus 1574 auſpicatus imperium, ad annos perduxit 15, ſupérque menſes duos. quod omne tempus perpetuis in angoribus, ac periculis exegit, domeſticis pariter, & externis agitatus tumultibus. Franciſcus Alenconius ejus frater princeps defectionem fecit anno 1575, clam Margaretæ ſororis induſtria cuſtodibus eluſis; à quibus ob ſuſpiciones aſſervari juſſus fuerat. Cum hoc Henricus Borbonius Vaſconum rex, & Henricus alter Condæus patruelis illius, cum haud exigua Hugonottorum manu conjungitur, Germanis in auxilium conductis. Sed interventu Catharinæ matris reconciliatis inter ſe fratribus, Bleſis ex omnibus ordinibus regni conventus agitur anno 1576: in quibus lata in hæreticorum gratiam edicta revocantur. quæ res majores ſubinde turbas concivit.

*b* Iid Ann. & Flaud. Hiſt.

*b* Per Belgium interim Fœderatorum in Hiſpanos impetus ab Joanne Auſtriaco compreſſi. qui cùm anno 1578 è vivis abiiſſet, ad Franciſ-

cum Alenconium ſumma imperii defertur ab conjuratis ordinibus. Is ex Anglia; quò nuptiarum cum Eliſabetha regina conficiendarum ſpe navigarat; ad Belgium appulſus anno 1582, cupidéque ab omnibus acceptus; inſequenti anno revertit in Franciam; cùm mutata eorum, à quibus erat vocatus, in ſe ſtudia reperiſſet. Jam illîc pro Hiſpanis aderat Alexander Farneſius dux Parmenſis; qui fuſis, ejectiſque rebellibus paullatim civitates ad obſequium reduxit, anno maximè 1583, & 1584. Hoc poſteriore, Guilielmo Arauſicano interfecto, Mauricius ejus filius dux à Fœderatis adſciſcitur annum agens 18. A 1547 Chriſti ad 1589.

a Intereà Luſitani magnam in Africa cladem à Saracenis accepêre; cæſo ibi cum flore Luſitanæ nobilitatis, rege Sebaſtiano: qui anno ætatis 24 ad Muleium regno ejectum armis reducendum glorioſam magis, quàm utilem expeditionem ſuſceperat, anno 1578. Huic Cardinalis Henricus avi illius frater, grandi jam natu, affectáque valetudine ſucceſſit: & eo mortuo, caducam regni poſſeſſionem multis ad ſe trahentibus, Philippus Hiſpaniæ rex adiit anno 1580. a Hiſt. Afric. expedit.

b At in Anglia Catholicos omni cruciatum genere vexabat Elizabetha. quos inter egregia fidei confeſſione claruit Edmundus Campianus è Societate Jeſu anno 1583, ut reliquos & numero, & conſtantia memorabiles omittam. Hunc qui anteceſſit annus 1582, inſignis fuit emendatione Calendarii Eccleſiaſtici. quam Gregorius XIII Pontifex maxima cum laude, & utilitate ſtatuit. Triennio pòſt, idem accepto trium Japoniæ principum per legatos illius gentis obſequio, 10 Aprilis extinctus eſt. cui Sixtus V ſublectus eſt. Eodémque anno renovatis in Gallia civilibus procellis, occultum inter ſe fœdus de profligandis hereticis iniêre Catholici principes; imprimis Henricus Guiſius, & Carolus Borbonius Cardinalis, Henrici Navarræi patruus, quam conſpirationem *Ligam* appellare conſuevimus. Sixtus Pontifex, dicto in Henricos, Vaſconem, & Condæum, anathemate, utrumque ſucceſſione regni pronuntiavit in- b Hiſt. Schiſm Anglic. *Anglicana perſecutio.*

Digitized by Google

A 1547. Chriſti ad 1589

dignum; quod ad illos proximè pertinebat ex anno 1584, quo Franciſcus Alenconius fato conceſſerat Junij 10, apud Caſtrum Theodorici. Hinc teterrimum latè bellum tota Gallia diſſipatum eſt. Henricus Navarræorum rex Germanum militem conſcripſerat, Huic Roberto Bulionio duce ſubeunti dum it obviam, Annam Joieuſium cum exercitu ſibi occurrentem ad Curtraſium in Aquitania devicit. qua in pugna dux ipſe cecidit, anno 1587. Germani porro multis ab Henrico Guiſio laceſſiti præliis, ad Alnetum denique in Belſia profligantur. Poſtero anno, qui ſæculi fuit 88, Henricus Condæus obiit 5 Martij, herede poſtremo relicto ejuſdem nominis Septembri menſe in lucem edito: qui Romanam poſtea communionem ſecutus eſt; & paternam avitámque generoſitatem ſinceræ pietatis laude cumulatam ad hunc diem obtinet.

*Curtraſienſis pugna.*

Funeſtus ille idem annus extitit Henrici Guiſij nece, ac Ludovici Cardinalis ejus fratris: qui per Bleſenſia totius regni comitia juſſu Henrici regis interfecti ſunt, ob id potiſſimum infenſi, quod paullo antè Luteriæ cùm eſſet Maio menſe, Guiſij adventu commotus repente populus ſeditionem fecerat, ac metu conſternatum regem in fugam compulerat. Henricus Guiſius Decembris 23, poſtridie frater ejus, ab regio ſtipatu confoſſi ſunt.

Inter has Galliæ tempeſtates Carolus Emmanuel Sabaudiæ dux Salucianum principatum Franciæ ditionis in Subalpina regione occupat, Hiſpana claſſis quanto nunquam apparatu in Angliam invecta, partim naufragio,patim Draci Anglicani Ducis maritimæ rei ſcientiſſimi conſilio ac virtute periit.

Ineuntem denique 89 ſæculi iſtius annum funeſtavit Catharinæ regum matris obitus 5 Januarij. Sed multo,regis ipſius indigniſſima cæde triſtior evenit. Qui ex Guiſiorum morte magna collecta invidia, cùm civitates ab eo paſſim deficerent, ipſáque præ cæteris caput regni Lutetia rebellaret; hanc, accito in auxilium Henrico Navarræo, oppugnare inſtituit; & ſtativis ad eam

poſitis, immani parricidio trucidatur, venenato cultro per ventrem adacto Calend. Auguſt. Cujus morte Valeſiorum ſtirps regno idonea deſiit. Itaque Borboniorum in familiam, ut agnatione proximam, rerum ſumma deflexit. cujus origo ab Roberto Claromontano Comite S. Ludovici ſecundo filio deducitur. A 1517 Chriſti ad 1589.

Nunquam major alias, quàm his regnantibus quos capite iſto percenſui, clarorum ingeniorum per Gallias, cæteráſque regiones proventus extitit. Quos ſi omnes enumerare voluero, pleni voluminis res erit. Paucos ergo pro ſuſcepta brevitate perſtringam.

*Viri eruditi.*

In Galliis eminebat Henrico II rege Joannes Fernelius Ambianus medicus excellens: Andreas Tiracuellus Juriſconſultus: Julius Cæſar Scaliger. Sub Carolo Adrianus Turnebus: Rondeletus medicus: Joannes Auratus: Petrus Ronſardus Gallicanæ per id tempus poëtices habitus princeps: Jacobus Cujacius Toloſanus Juriſconſultus: M. Atonius Moretus Lemovix: Franciſcus Balduinus Juriſconſ. Dionyſius Lambinus: Joannes Paſſeratius: quorum plerique ad Henrici III pervenere tempus. In aliis provinciis ſub Henrico circiter II, & Carolo: Staniſlaus Goſius: Ruardus Tapperus: Guillelmus Lindanus: Cornellius Janſenius: Andreas Vega: Laurentius Surius Carthuſianus: Jacobus Pamelius: Jacobus Lainez Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis: Joannes Maldonatus: Franciſcus Turrianus ex eadem ambo Societate, Arias Montanus: Martinus Azpicuelta Navarrus: Antonius Auguſtinus Tarraconenſis Epiſcopus: Petrus Victorius: qui quidem poſtremi tres anno 1586 è vita diſceſſerunt: Paulus Manutius: Onufrius Panvinus: Carolus Sigonius: Hieronymus Cardanus, compluréſque alii. Sanctitatem celebrem habuere S. Ignatius, qui anno 1556 prid. Cal. Aug. obiit, poſt S. Franciſcum Xaverium: cui mors anno 1552 contigit Decemb. 2. S. Tereſia anno 1582, S. Carolus Borromæus biennio pòſt cœlitum auxêre numerum.

Digitized by Google

A 1560 Chriſti ad 1610.

## *Quæ Imperatore Rodulpho, & Henrico IV Borbonio Rege Franciæ per orbem geſta ſunt.*

## Ab anno 1589, ad 1610.

CAPUT XIII.
Annal. Franc.
*Henricus IV.*

NOva poſt Henrici III necem regum familia auſpicatò iniit anno 1589: Henrico IV Navarræorum rege ad Francorum regimen aſſumpto. contra quem fœderati, quòd nondum Catholicus eſſet, bellum inſtaurant. Horum dux erat Carolus Meduanus Henrici Guiſii ab Henrico III interempti frater. Dira ſubinde tota Gallia rerum perturbatio ſecuta eſt: cum certantibus internecino odio partibus, ſciſſâque civitatum concordia; tam finitimæ inter ſe, quàm earundem ſinguli invicem populi inteſtinis diſſidiis arderent. Carolus Borbonius regis patruus, qui in cuſtodia adhuc habebatur, rex per ludibrium decimus nominis illius ſalutatur anno 1590. Sub hæc ad Andreæ fanum nobili adepta victoria: per quam Egmondanus Comes Hiſpanorum auxiliorum ductor occubuit; quæque *Ivriaca* dici ſolet, Lutetiam arctiſſima obſidione vallat Henricus; cùm interim Carolus Borbonius apud Fontenaium naturæ debitum ſolvit: & Parmenſi duce ad opem Pariſienſibus ferendam è Belgio ſubeunte, rex in eum, Urbe relicta, ducit exercitum, pugnandíque copiam facit. Ac Lutetiæ, poſt ſolutam obſidionem, de novo creando rege ab fœderatis anno 1593 comitia celebrantur. Ea verò per ambitionem principum ac diſſenſionem irrita fuêre. Henricus Catholicam profeſſus fidem Julii 25, Romam ad Clementem Pontificem, (qui ſuperiore anno Pontificatum inierat Januarii 30,) impetrandæ veniæ cauſſâ legatum miſit Nivernenſem ducem. Quod cùm differret Pontifex, Henricus interea Autrici Carnutum Februarii 27, anno 1594, ſacro oleo perungitur; quòd Durocottorum Remorum,

*Ivriaca pugna.*

*Henricus IV Catholicam fidem amplectitur*

Digitized by Google

Remorum, ubi id ex more peragi conſuevit, in poteſtate erat hoſtium. Lutetiam deinde Martii 22 cum armato milite clam intromittitur. Tandem anno 1595 ab Jacobo Perronio regis legato exoratus Pontifex, abolita damnationis ſententia, regem in integrum reſtituit. In quo præclaram illi navavit operam Franciſcus Toletus è Societate Jeſu Cardinalis, genere licèt Hiſpanus: eóque nomine multùm ſe illi debere præ ſe rex tulit. Tum verò certatim proceres, civitatéſque ad Henrici fidem rediere.

A 1589 Christi ad 1610.

Tandem anno 1598 apud Vervinos, Maii 2 inter Francos, Hiſpanóſque pax eſt conſtituta, auctore Pontifice. & Philippus Hiſpanus quinto inde menſe mortuus eſt. Septembris 13.

*Pax inter Francos & Hiſpanos*

*a* Dum in Francia res ita geruntur; in Belgio contra Hiſpanos Mauricius Fœderatorum dux Ordinum bellum haud cunctanter urgebat, Itaque per abſentiam Parmenſis, qui adverſus Henricum identidem excurrebat in Franciam; urbes aliquot vi aut deditione cepit. Parmenſis anno 1592 apud Atrebates diem obiit. cujus loco primùm Erneſtus Auſtriacus Rodulphi frater Imperatoris: tùm eo extincto frater utriuſque miſſus eſt Albertus Cardinalis; cui Iſabellæ Philippi ſenioris filia in conjugium data, provinciarum illarum principatus obtigit anno 1598. Hic Oſtendam maritimam Flandriæ urbem aggreſſus anno 1601, tertio pòſt anno per Ambroſium Spinolam Genuenſem in deditionem recepit; haud ſanè digna mercede tot impendiorum, & capitum, quæ in eam obſidionem inſumpſiſſe dicitur. *b* Medio tempore Elizabetha Angliæ regina ætatis anno 70, regni 45 fato conceſſit, Chriſti 1602: ſucceſſorémque Jacobum Scotiæ regem habuit: quod teſtamento ipſa juſſerat; Mariâ Stuartiâ genitum; quam ab Elizabetha contra jus interfectam ſuprà memini. *c* In Suecia quoque per id tempus turbatum eſt: cùm Carolus Sigiſmundi regis Poloniæ patruus commiſſum fidei ſuæ regnum intervertiſſet, excluſo Sigiſmundo: qui eò recuperandi illius gratiâ è Polonia contenderat anno 1599. Id Catholico ademptum principi

*a Hiſtor. Fland.*

*Oſtenda obſidio.*

*b* Annal. Franc *à*

Spond. Chro. *Suecia regnum à Carolo uſurpatum.*



Digitized by Google

A 1589 Chriſti ad 1610.

hæretici deinde proceres in ejuſdem participem ſectæ Carolum anno 1604 publico transtulêre decreto. Porrò Sigiſmundus iſte Joannis III Sueciæ regis, qui anno 1592 obiit, unicus filius, eodem anno Suecorum appellatus rex, ordinatis Sueciæ rebus, biennio pòſt in Poloniam redierat. In Hungaria, & Tranſſilvania ſimiles ob religionem motus extiterunt.

*Hungarici tumultus.*

Sigiſmundus Bathorius Tranſſilvaniæ regulus præcipiti uſus conſilio, anno 1598 principatu ſuo ceſſerat in gratiam Maximiliani Auſtrii. Id ægrè Andreas Bathorius Cardinalis patruelis illius tulit. ac ſubinde Sigiſmundus ipſe mutata mente pacta reſcidit. Ex eo bellum inter Bathorios, & Auſtriacos geri cœtum: Tranſſilvania in horum poteſtate permanſit: Sigiſmundus interventu Clementis Pontificis in gratiam cum Imperatore rediit: ac Pragæ 1613 demum anno moritur. At hæretici rurſus, Imperatore ſpreto, Stephanum Botskaium Hungarum Zuinglianis imbutum erroribus ducem eligunt. qui Turcarum auxilio magnam Daciæ partem adjunxit ſibi; & Catholicos miſerè vexavit, anno 1605. Idem ſequente anno pacem cum Imperatore facit his conditionibus, uti ſibi, ac liberis, ſi quos mares relinqueret, Tranſſilvaniam haberet. quo tempore Rudolfus Imperator vicennales cum Turcis inducias iniit. In Moſchovia verò anno eodem 1606 Demetrius princeps, quòd propenſiore in Germanos Polonóſque eſſet animo, nec ab Romano Pontifice abhorreret, ab ſuis crudeliſſimè trucidatur.

Ut ad Ciſrhenanas res ſtylum referam; Henricus Franciæ rex Allobrogum duci Carolo bellum indixit anno 1600, ut Saluſſiæ principatum ab eo per civiles Galliæ motus occupatum, armis reciperet. Convenit tandem inter ipſos: ex eóque Saluſſiæ tractus Sebuſianorum ciſalpinâ provinciâ repenſus eſt. Biennio poſtea Carolus Gontaldus dux Bironius Henrico propter audaciam bellicam, & intrepidum in periculis animum pergratus hactenus, cùm majores appeteret res, & in regis caput occultè conſpiraret

capite plexus eſt prid. Calend. Auguſt. anno 1602.

A 1589 Chriſti ad 1610.

Societas Jeſu reſtituta.

Societas Jeſu ante annos novem Lutetia, aliiſque civitatibus Senatuſconſulto juſſa cedere, priſtinas in ſedes regis edicto revocatur exeunte anno 1603. quod edictum Senatus Pariſienſis 4 Non. Januar. ſequentis anni ratum habuit. Eadem Societas à pleriſque regni civitatibus expetita, ſumma regis humaniſſimi voluntate paſſim Scholas aperire cœpit.

Quarum optandarum populis exemplum ipſe rex dedit. qui ſuopte ſumptu Flexiæ Andegavorum itidem Scolas Societati illi conſtituit; aſſignato ad eas Vindocinenſium ducum palatio; in quo primùm ſatus ferebatur: decretóque, ut poſt mortem cor ibi ſuum conderetur. Quod quidem citius factum, quàm & regni, & Societatis interfuit, utique doluerunt. Horret animus referre fortiſſimi, clementiſſimique poſt hoc conditum imperium regis acerbiſſimam necem. quem cùm omnes immortalem cuperent, Luteriæ Pariſiorum unius deteſtandi ſicarii parricidium abſtulit Maii 14, anni 1610, poſtridie quàm incredibili apparatu Mariam conjugem apud S. Dionyſii oppidum, ut reginas mos eſt, ungendam coronandámque curaverat. Ea Franciſci Medicæi magni Etruriæ ducis erat filia. quæ anno 1600 initis cum Henrico nuptiis, Ludovicum ſalutarem Galliæ principem ſequente anno 1601 peperit, Septemb. 27

Dum Franciæ regnaret Henricus, quâ ſanctitate, quâ literis ornati inſigniter obierunt, Philippus Nerius Oratorii Romani inſtitutor, anno 1595, Martii 26. qui ab Gregorio XV, cum aliis 4, Iſidoro Hiſpano, Ignatio Societatis Jeſu conditore, Franciſco Xaverio Indorum Apoſtolo, & Tereſia, in Sanctorum numerum ritè eſt adſcriptus Martii 12, anni 1622. Franciſcus Toletus è Societate Jeſu Cardinalis, anno 1596. Cæſar Baronius Cardinalis, nobilis Annalium Eccleſiaſt. ſcriptor, anno 1607, prid. Cal. Jul. Juſtus Lipſius anno 1606, Lovanii moritur Martii 23. Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis: Abraamus Ortelius: Thomas Sta-



Digitized by Google

A 1610 Chriſti ad 1632.

pletonus, eodem tres annos 1598. Ex hereticis Theodorus Beza, 1605, Octobr. 25 ætatis 87. Joſephus Scaliger anno periit 1590 Januarii 20, ætatis 69.

## *De iis, quæ Imperatoribus Rodulpho Matthia, & Ferdinando: Ludovico verò Franciæ rege, ſcitu digna contigerunt.*

## Ab anno 1610 ad 1632.

CAPUT XIV. a Ex hiſt. Ludovici XIII. & annuis Comment. *Turba Gallicana.*

POſt Henrici Magni deplorandam ſæculis omnibus necem, quietiores in Gallia res fuere, quàm ſpes omnium tulerat, ſub Ludovico puero: cujus tutela cum regni procuratione matri extemplò permittitur. Initium tumultuandi fecère anno 1614 principes aliquot; qui nimiam Concini Florentini potentiam exoſam habebant.

Per hos tumultus Ludovicus nihilominus in Aquitanos profectus eſt anno 1616, ut Annam Philippi II regis Catholici filiam, quam per legatum ſibi antè deſponderat; juſtum ad conjugium reciperet: eodémque tempore ſororem Elizabetham paribus auſpiciis cum Philippo tertii filio conjungendam reciperet. Sic potentiſſimi principes, ſummo Chriſtianæ rei commodo, pacis inter ſe fidem arctius hoc nuptiali commercio vinxerunt. Publicam hilaritatem ſequente anno geminavit domeſtica concordia: Henrico Condæo principe, ac fœderatis reliquis cum Ludovico reconciliatis. Verùm ſubitò, novis exortis ſuſpicionibus, Calendis ipſis Septembris anni 1616, Condæus in cuſtodiam mittitur.

*Novi tumultus.*

Principes, qui ſuperiore bello cum eo ſocietatem fecerant, ab comitatu diſcedunt. His bellum auctoritate regis indicitur, quod anno inſequente 1617 terminatum eſt, Concino regiis ab ſatellibus in ipſo aditu regiæ confoſſo, die Aprilis 24. quòd ab rege certis de cauſſis compre-

hendi juſſus, armis ſe tentaſſet defendere. Ejus necem fœderatorum procerum cum rege pax, & publica tranquillitas excepit. A 1610 Chriſti ad 1632.

Regina mater, dum turbæ illæ conquieſcerent, tantiſper in ſeceſſum rogata ſe Bleſas recepit. Quo ex tempore Ludovicus rex publicam rem ſuis auſpiciis cœpit gerere. Cujus tractandæ ut ab religione duceret initium, Septembri menſe lege publica decrevit; ut in Benearnenſi provincia, quæ ad radices Pyrenæi ſita eſt; catholicus cultus ubique reſtitueretur; tùm ut hæretici erepta ante annos circiter 50 Eccleſiis bona redderent.

*Juliacenſis obſidio*

Extra Franciam hæc ferè memoria digna per eoſdem illos annos acciderunt. Juliacum oppidũ inferioris Germaniæ à Mauritio Naſſovio Francicis auxiliis adjuto, ineunte Septembri anni 1610, in deditionem acceptum eſt: de cujus poſſeſſione principes aliquot inter ſe certabant; poſtquam Joannes Guilielmus dux ſine prole mortuus eſt.

*Mauri ex Hiſpania pulſi*

Philippus Hiſpaniæ rex Alarachiam arcem validiſſimam ad fretum Gaditanum à Mauris extructam corruptis pretio cuſtodibus adeptus, Mauros omnes Hiſpania juſſit excedere. Ad nongenta capitum millia exiiſſe dicuntur eodem illo Chriſti anno 1610, & aliquot deinde conſequentibus.

Sigiſmundus Poloniæ rex Smolenskum Roxolaniæ, ſeu Moſcoviæ munitiſſimum oppidum poſt biennii obſidionem capit anno 1611, Julio menſe. cujus filium Vladiſlaum Moſchi ducem eligunt: etſi poſtea mutato conſilio alterum optarunt. ex quo atrox deinde bellum extitit.

*Carolo Sueciæ rege mortuo ſuccedit Guſtavus.*

Carolus Sueciæ rex illatæ ab rege Dano mœrore cladis extinctus Novembri menſe anni 1611, Guſtavum filium regni ſucceſſorem nactus eſt: nequicquam ad Sigiſmundum Poloniæ regem transferre cupientibus aliis.

*Rodulphus obiit. Matthias ſuccedit.*

Ineunte verò 1612, Januarii 20, Rudolphus Imperator obiit; anno ab exceſſu Maximiliani as patris triceſimo ſexto. cui frater ejus Matthi eodem ſucceſſit anno.



Digitized by Google

A 1610 Chriſti ad 1632.

Veneti poſt hæc Croatarum excurſionibus offenſi, Ferdinandum Archiducem Auſtriæ Caroli Archiducis, qui Maximiliani II Imperatoris frater fuit, filium, armis agreſſi ſunt anno 1615. Quod bellum per mutua utrimque damna triennio geſtum ineunte 1618 depoſitum eſt.

*Bellum Sabaudiæ ducis cum Mantuano.*

